Gray Herbarium — Harvard University

B. L. ROBINSON, Curator
Asa Gray Prof. Syst. Bot.
M. L. FERNALD,
Fisher Prof. Nat. Hist. (Bot.)
CHARLES A. WEATHERBY, Assistant Curator
LYMAN B. SMITH, Assistant
WILLIAM B. DREW, Assistant
RUTH D. SANDERSON, Librarian
MARJORIE W. STONE, Bibliographer

CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS, U.S.A.

January 21, 1933.

Miss Nell Horner,
Missouri Botanic Garden,
2315 Tower Grove Avenue,
St. Louis, Missouri.

My dear Miss Horner:-

Thank you very much for your letter of January 17th. It is interesting that most libraries have bound their volumes of "La Naturaleza" in the same way. Perhaps you would like to have a summary of the information about the "Plantae Novae Hispanias" which has come to us from various librarians. The Bull. of the Torrey Bot. Club, 14: 243. 1887 cites pages 1-16 as appearing in Ser. II, tomo 1. In our library we have unbound copies of nos. 5, 6, 7, 8 and 9 in their original form showing the pages which came out in each number. Miss Cobb of the Boston Society of Natural History suggested we try dividing the pages with three signatures to a number. This gave very satisfactory results that were upheld by the data available here.

No.	Page	Signature	year.
	1-16	1, 2, 3	1887
1	17-40	4, 5, 6	1888
2	41-64	7, 8, 9	1888
3	65-88	10, 11, 12	1888
4	89-112	13, 14, 15	1889
5	113-136	16, 17, 18	1889
6	137-160	19, 20, 21	1890
7	161-184	22, 23 24	1890
8	I-VIII	25, 26.	1890
9	IX-XIII	27	

As you see the only part of the above schedule which is open to question is the division line between nos. 2+3 and 3+4. As these four numbers were all published in the same year, this point is not very important. However it would seem fairly safe to assume that nos. 2, 3, and 4 were made up of three signatures each as is known to be the case with nos. 1, 5, 6 and 7. This is not true of 8 and 9. no. 8 includes in addition to the usual 3 signatures of text, 2 signatures of indices and no. 9 finishes the volume with only one signature. While no. 1 has only 16 numbered pages it includes title pages and prefaces making up the three signatures and page 17 is marked as the beginning of the 4th signature.

In indexing the new names in Sessé + Moçiño's "Plantae Novae Hispaniae" we are basing the dates on the above evidence and thought you might like to have this data in your library.

Sincerely yours,
Marjorie W. Stone.

PLANTÆ

NOUÆ HISPANIÆ

NUTU, OPE, ET AUSPICIO
BENIGNISSIMI REGIS CAROLI IV, ADÙC USQUE COLLECTÆ, ET LINNEANO SYSTEMATE ORDINATÆ, QUARUM TERCENTÆ AUT PLURES A NEMINE UNQUAM EDITÆ VIDENTUR ET RARIORES ICONIBUS AD VIVUM REPRÆSENTANTUR.

AUCTORIBUS

MARTINO SESSE ET IOSEPHO MARIANO MOCIÑO.

INTER FOLIA FRVCTVS

Issued in parts—supplementary to each number of La Naturaleza, 2d Ser. vol. 1. 1887-1891. 2nd 1st Suppl.

MEXICI
APUD IGNATIUM ESCALANTE
BAJOS DE SAN AGUSTIN NUMERO 1.

MDCCCLXXXVII

1887–1890

See Lloydia 5: 96 for correct dates.

PLANTAS

DE

NUEVA ESPAÑA

COLECCIONADAS
POR MANDATO Y BAJO LOS AUSPICIOS DEL BENIGNÍSIMO REY CÁRLOS IV, Y ORDENADAS
CONFORME AL SISTEMA DE LINNEO.

COMPRENDE MÁS DE TRESCIENTAS QUE NUNCA HABÍAN SIDO DESCRITAS; ALGUNAS MUY RARAS,
Y ACOMPAÑÁNDOSE
CON DIBUJOS TOMADOS DEL NATURAL.

INTER FOLIA FRVCTVS

MÉXICO

IMPRENTA DE IGNACIO ESCALANTE
Bajos de San Agustin núm. 1.

1887 – 1890

See Lloydia 5: 96
for correct dates.

PRÆFATIO.

TRIENNI peregrinatione collectas vegetabilium species duobus modo voluminibus sistimus; quas quum difficiles itineris incommodis lassati descripserimus, Auctorum qui per consimiles Americæ plagas peragrarunt operibus destituti, non minus et in dictione elegantia et indeterminatione desit exactitudo.

In hanc potissimum incumbere nostrum esse rati, eas tantum species hic congeneres statuimus quæ rite determinatæ nobis videbantur, iteratæ obseruationi plurimas committentes, quarum genus nullis ad huc descriptum invenire potuimus; experientia quippe didicimus, sero tandem, ac maturiore studio, quæ modo nova adparebant, ab aliquo iam Botanicorum prius exploratas et definitas reperi. Quo quidem animo ducti nulla in præsentia noua genera vulgare curavimus, sed species tantum ab aliis receptas, nec paucas, quas a nemine ante nos visas fuisse suspicamus, collatis enim congenerum omnium, caracteribus diversas omnino reperimus.

Iam vero quoniam climatum forsan diversam plantarum faciem, quamquæ a prioribus Botanicis relata est quandoque inveniebamus, caracterem genericum non semel exhibemus ut eius cum antiquo comparatione firmior generum theoria constituatur. Quumque callidiores Nouæ Hispaniæ Regiones, ubi et terra feracior et tempestatum vicissitudinibus minus obnoxia est, oberiorem nobis vegetabilium segetem ministrauerint; hæc autem non nisi germinare possint, eaque propter inter rarissimas stirpes usque modo habeantur, præter quamquod iconibus illa omni diligentia pictis exprimere studuimus exsiccataque adseruauimus; nihil omnino prætermisso ad pilos usque et lanugines adumbrauimos.

Quod si antecessorum Botanicorum differentiales notas speciebus a nobis repertis exactè respondere inspeciebamus, nihil prorsus addito illorum differentias transcripsimus, citationesque nominum illustrium, prout in Botanica Linæi passim, quam in Hispanum sermonem versit Antonius Palacius, vir de vegetabilium scientia optimé meritus, referuntur, adhibuimus. Ast ubi aliquam partem ex illis præcipuè, unde potiores differentiæ notæ desumuntur, in nostris aberrantem animadvertebamus, vel si differentia plantis primitus imposita non omnimoda claritate illas a congeneribus secernere videbatur, nostram in ipso limine educere, non abs re futurum esse credidi-

mus, ut hujusmodi vegetabilia postea obseruanti, nulla iam specierum equiuocatio subrepat.

Ne quis tamen, visis iconibus nostris, in quorum antiquibus non omnia ad amussim expressa sunt, negligentiâ putet quadam fuisse prætermisa, præmonitum eum volumus id evenisse quod non omnia simul inspicere nobis datum fuerit; aliarum quippe flores tantum, aliarum fructus, solum modo uidebamus; in novissimus autem quæ modo desint addenda curauimus si easdem iterum species videre contigerit. Et quoniam iconum ipsarum series ita inordinatim exprimitur, ut priorum classium plantæ maiore plerumque quam subsequentium numero notentur: illas vero posteriores inspeximus, facile est ad inteligendum. Nec hujusmodi inordinationem obfuturam credimus, quæ non ab aliud ita seruata est, ut ab scriptis nostris omnis confutio tollatur: cœterum, opere confecto, aliter omnimo iconum numerus exprimendus est.

Circa vires autem medicinales vegetabilium Mexicanorum a celeberrimo Hernandis, pleraque, et ab aliis Autoribus, prout a Palacio referuntur, pene omnia desumpsimus, paucis dumtaxat exceptis, quæ a Indorum relatione discere potuimus; eo quippe barbarici Gentes istæ post debellationem Hispanicam deuenerunt, ut neque Maiorum sermonem inteligant, neque nomina olim imposita rebus suis modo constet. Quapropter ubi primum aliquantum otii nanciscamur, ut clarissimorum posterioris œui Medicorum lectione vacare possimus, potiora de materia medica capita disponere tentabimus, quod quidem ex alarius, nos præstituros fidimus, quo experientiam in omnibus præstituram non desperamus. Ad prouincialia nomina quod adtinet, quum vix aliquo modo digna habeantur atque constantia plurimaque omnino deficiant, ea dumtaxat referenda curauimus, quæ firmiora nobis videbantur.

Quotiescumque vero Hernandii operum meminimus, citationes omnes Romanam Editionem indicant, qua sola hæc scribentes potiebamur; præsente quippe collectione iam pene ad umbilicum perducta, volumina Hernandii locupletiora cura ac diligentia clarissimi viri Casimiri Gomezzi Ortegæ, edita ad nos pervenerunt, cuius ad fidem omnia postmodum exponemus, citacionesque priores nouissimæ editione conformes reddemus.

PREFACIO.

HEMOS reunido en dos volúmenes las especies vegetales coleccionadas en una peregrinación de tres años por las vastas regiones de la Nueva España. Un estudio que se ha hecho entre las penalidades de la marcha y sin contar con el auxilio de las obras de los viajeros que nos han precedido, debe ofrecer, naturalmente, poca elegancia en la dicción, y escasa exactitud en las clasificaciones. Decididos, sin embargo, á procurar esta última por todos los medios que estén á nuestro alcance, tan sólo admitimos como congéneres las especies que nos parecieron bien determinadas, reservando muchas otras para un examen más detenido, cuando no hallábamos mencionado por algún autor el género á que pertenecían. Un estudio más atento y una experiencia aunque tardía, nos mostraron que muchas plantas consideradas como nuevas habían sido ya examinadas y descritas por algun botánico; y guiados por esta idea, cuidamos de no establecer ningún género nuevo, presentando solamente las especies ya caracterizadas y algunas que sospechábamos no haber sido conocidas antes de nosotros, pues comparándolas con todos sus congéneres las hallábamos completamente diversas. Mas como á veces hallábamos en las plantas la *facies* particular que les imprime el clima, fenómeno observado ya por los antiguos botánicos, hemos insistido en el carácter genérico para que, comparándolo con el antiguo, se establezca con más firmeza la teoría de los géneros.

Muchas plantas que actualmente se tienen como raras, pues no germinan ni prosperan sino en aquellas regiones de la Nueva España, las más cálidas, donde la tierra es más feraz y el tiempo menos sujeto á repentinas variaciones, han sido dibujadas con especial esmero; á muchas se las ha conservado secas, y procuramos describirlas sin omitir los caracteres más insignificantes en la apariencia.

Siempre que los caracteres diferenciales que asignaron á las especies nuestros antecesores en la botánica, correspondían exactamente á los caracteres que hallábamos nosotros, los hemos transcrito sin modificacion alguna, así como las citas de los nombres ilustres que aparecen en la obra de Linneo traducida al español por D. Antonio Palacios, á quien mucho debe la ciencia de los vegetales. Mas cuando hemos advertido en nuestros ejemplares alguna discrepancia, principalmente en los caracteres que su-

ministran las mejores diferencias específicas, la señalamos desde luego; y asimismo cuando el carácter específico asignado antes no es suficientemente claro, juzgamos conveniente exponer la diferencia hallada por nosotros, para evitar que un nuevo observador se equivoque en la apreciación de estas especies.

Para que no se atribuya á negligencia la imperfección de nuestras láminas, debemos advertir que en muchos casos nos fué imposible la adquisición de ejemplares completos. De algunas plantas sólo conocimos los frutos, de otras las flores y á veces solamente los troncos. Procuraremos corregir estos defectos, si se presenta ocasión más propicia para ensayar un nuevo examen de las mismas plantas. Con respecto á la extraña colocación que se advierte en las láminas, es fácil conocer que depende del orden en que los ejemplares han sido examinados. Hemos juzgado conveniente no tocar la obra en este punto para evitar la confusión en las referencias; pero una vez que concluyamos habrá de cambiarse por completo el orden de los números.

En cuanto á las plantas mexicanas, notables por sus virtudes medicinales, nos hemos referido á las obras del celebérrimo Hernández y á las de otros autores citados por Palacios, con excepción de lo muy poco que pudimos haber de los indios; porque estos pueblos bárbaros, desde que fueron conquistados por España, parecen haber olvidado la lengua de sus mayores, hasta el grado de no conservar ni los nombres de los objetos más usuales y necesarios.

Así, tan pronto como nos sea permitido dedicar el tiempo al estudio de los autores modernos, intentaremos escribir algunos capítulos más substanciales tocantes á la materia médica, esforzándonos en precisar, si nos fuere posible, las leyes de la universal experiencia.

Con respecto á los nombres vulgares, conservaremos solamente los que parecen ofrecer alguna fijeza en medio de esa infinita variedad que ofrecen las nomenclaturas provinciales.

Siempre que citemos las obras de Hernández debe suponerse que nos referimos á la última edición. Estando ya casi á la mitad del presente trabajo, aparecieron de nuevo las dichas obras arregladas con suma diligencia por el sabio D. Casimiro Gómez Ortega, y de ellas nos servimos para continuar la descripción, cuidando de poner nuestras primeras citas en conformidad con el texto de la edición romana.

INDEX CLASSICUS

SPECIERUM OMNIUM.

CLASSIS I.

MONANDRIA MONOGYNIA.

CLASSIS II.

DIANDRIA MONOGYNIA.

CLASSIS VI.

HEXANDRIA MONOGYNIA.

CLASSIS XI.

DECANDRIA MONOGYNIA.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA MONOGYNIA.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA MONOGYNIA.

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA.

CLASSIS XV.

TETRADINAMIA SILICULOSA.

CLASSIS XVI.

MONODELPHIA PENTANDRIA.

DECANDRIA.

POLYANDRIA.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA HEXANDRIA.

OCTANDRIA.

DECANDRIA.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA PENTANDRIA.

ICOSANDRIA.

POLYANDRIA.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIA.

CLASSIS XX.

GYNANDRIA DIANDRIA.

CLASSIS XXI.

MONŒCIA MONANDRIA.

CLASSIS XXII.

DIŒCIA DIANDRIA.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA MONŒCIA.

CLASSIS I.

MONANDRIA MONOGYNIA.

G. CANNA.

Indica. Canna foliis ouatis, utrinque acuminatis, neruosis Hort. Vps. 1.

Cannacorus latifolius vulgaris. Tourn p. 367. Tozcuitlapilxochitl. Hern. Mex. 282.

Habitat in Europa, et Noua Hispania.

Propietas. Radix frigida humidaque temperie constans orato, et glutinoso sapore prædita tumores præter naturam repellit. Hern. L c.

Glauca. Canna foliis petiolatis lanceolatis, eneruibus. Royen Lugdb. 77.

Cannacorus glaucophyllos, ampliore flore, iridis palustris faciè. Dillen. Elth. 69, t. 59, p. 69.

Habitat in Prouincia Michoacanensi in humidis prope Uruapam locis, et in Carolina. Floret Augusto. ♃.

Praecedenti similis, ab ea tamen differens foliis petiolatis eneruibus, floribusque paulo maioribus.

G. COSTUS.

Arabicus. Costus. Mat. Medic. p. 36. Ic. 282.

Alpinia (spicata) floribus spicatis. Iacq. Amer 1 t. 1.

Costus arabicus. C. B. P. 36.

Zingiber Sylvestre, maius; fructu in pediculo singulari. Sloam. Jam. 67.—hist. 1 p. 165, t. 105, f. 2.

Coyol, Mex.

Planta arundinacea culmo simplici, septempedali, tereti, fragili.

Folia alterna, oblongo-lanceolata, integerrima, glabra, aueniæ, saturate uirentia.

Petioli membranacei, uaginantes, rubro-uirentes.

Spica terminalis, ouato-oblonga, strobilo abietino similis.

Flores lutei, inodori, elegantes.

Bracteae ouatae, acutae, membranaceae basi rubentes, apice uirides.

Habitat in utraque India, in Occidentali ad torrentes fluminis Quaxinipilapæ in itinere Acapulcum versus ducente. Floret Julio. ♃.

Proprietas. Radix subamara, et aromatica, fibras, stimulando calefacit, diaphoresim promouet, menstrua urinamque violaceo odore imbutam prouocat.

Costum dulcem, et amarum in officinis distinguunt; nos autem plurium scriptorum autoritate innixi, ab eadem planta ortum utraque credimus radix quippe senescens amarior reditur.

G. MARANTA.

Arundinacea. Maranta culmo ramosa. Mill. Dicc. n. 1.

Maranta arundinacea, cannacori folio. Plum. gen 16. Martin Cent. 39. t. 39.

Habitat in calidioribus Indiæ Orientalis, et in umbrosis prædii de *Nexapa* montibus prope iter Acapulcense. Floret. Julio. ♃.

Herba sesquipedalis culmo ramosa.

Folia ouato oblonga, acuta, utrinque glabra, neruoso-striata.

Petioli breuissimi.

Floris albi, inodori, bini aut plurimum in singulo pedunculo terminali.

G. BŒRHAAUIA.

Diffusa. Bœraauia caule diffuso, pubescenti, uiscoso; foliis ouatis repandis; floribus diandriis triandriisue. Fl. Mex.

Boerhaauia caule læui, diffuso, foliis ouatis. Fl. Zeyl. 70.

Ualerianella, folio subrotundo, flore purpureo femine oblongo, striato, aspero, Sloan. Iam 97. Rai. Suppl. 244.

Ualerianella curassauica femine aspero uiscosa. Herm. Parad. 237. t. 237.

Talu-Dama. Rheed. Malab. 7 p. 105. t. 56.

Habitat in India aridisque, ac arenosis Nouæ Hispaniæ locis. ♃.

Planta suffruticosa, diffusa.

Rami procumbentes, apice ascendentes, bipedales, teretes, pubescentes, uiscosi.

Folia opposita ouata, repanda, margine rubentia, infernè albicantia, quandoque uiscosa.

Petioli breuissimi.

Flores purpurei, inodori, capitulo terminali congesti diandrii, triandriisue.

Propietas. Huius plantæ decocto endemicum Malabaricis morbum *Pitao* dictum, febri comitatum sana-

ri; illiusque corticem sero lactis, ac cumino immixtum et potum aluum laxare adserit Rheedius Mexicani Medici utilem in epilepsia credunt, Ualerianæque, cui valde affinis, loco exhibent.

Erecta. Bœrhaauia læuis erecta foliis ouatis repandis; floribus paniculatis, triandriis. Fr. Hort. 2.

Bœrhaauia floribus paniculatis, seminibus pentagonis truncatis. Sou. Hort. 2.

Bœrhaauia diandra. Burm. Ind. 2. t. 1, f. 1.

Planta suffruticosa bipedalis.

Rami oppositi, erecti, teretes, glabri.

Folia opposita, breuiter petiolata ouata, repanda, glabra, subtus albicantia.

Paniculæ terminales, diffusæ paucifloræ.

Flores albi, inodori, triandrii.

Semina quinqueangulata.

Habitat Veracruce, et oppido Apatzingan. Floret Octobri. ♃.

Scandens. Bœrhaauia floribus diandriis umbellatis, foliis cordatis, caule erecto. Fl. Mex.

Bœrhaauia caule erecto, floribus diandris, foliis cordatis, acutis. Iacq. Hort. t. 4.

Bœrhaauia caule scandente, floribus diandris. Sp. Plant. 1 p. 4.

Bœrhaauia floribus umbellatis, seminibus filiformibus truncatis, apice tuberculatis. Sou. Hort. 2.

Bœrhaauia sarmentosa. Brown. Iam. 123.

Suffructex sarmentosus quinquepedalis.

Rami diffusi, teretes glabri.

Folia opposita, cordata, integerrima, glabra.

Petioli breues superné canaliculati.

Umbellæ axillares, terminalesque simplices, nudæ nisi parua foliola suprema pro inuolucro habeantur.

Pedunculus communis longissimus, tenues, partiales filiformes erecto-patentes geniculati.

Flores uiridis albicantes diandri, limbo campanulato, stigmate capitato.

Capsulæ oblongæ, striatæ, tuberculis granulosis ad apicem, densioribus maioribusque scabræ.

Semina solitaria in oppido Apatzingan. Jamaica et in ciuitate S. Jacobi de la Vega. Floret Octobri. ♃.

CLASSIS II.

DIANDRIA MONOGYNIA.

G. IASMINUM.

Officinale. Iasminum foliis oppositis pinnatis: foliolis distinctis. Mat. Med. 39.

Habitat in India Orientali, hortisque Americanis et Europæis hodie frequentissimum. ♄.

Propietas. Flores fragrantes subamari, emollientes, anodini et uterini partum difficilem iuuant.

G. OLEA.

Europæa. Olea foliis lanceolatis. M. Med. p. 39.

Olea foliis lanceolatis, ramis tetragonis Hort. Cliff. ♄.

Habitat in Europa Australi et temperatis. Nouæ Hispaniæ Locis. ♄.

Proprietas. Cortex, et folia amara, adstringentique virtute donantur. Drupæ immaturæ stomaticæ sunt, et anorexiam tollunt præcipué si sale, et aceto conditæ fuerint. Oleum e maturis expressum præter usum culinarem, lenit, laxat, et obtundit crudi assumptum si musculo carnium aut auenaceo mixtum siue solum propinetur, in tussi reumatica cardialgia, celica passione, dysenteria, calculo renum, induratione fæcum aluinarum, doloribus post partum, eroxionibus, spasmis atque torminibus et a venenis quibuslibet causticis, vel corrosiuis siue a quacunque alia materia acri erodente productis proficuum reperitur usus externus latius etiam Empiricis, et uetulis innotescit.

G. UERONICA.

Serpillifolia. Ueronica racemo terminali, subspicata; foliis oualis glabris crenatis. Ocd. Dau. t. 492.

Ueronica foliis imis opositis, ouatis; summis alternis lanceolatis, racemo terminali. Sou. Hort. 70.

Habitat in agris Europæ frequentissimaque in satis Mexico uicinis. Floret Iunio. ♃.

Uariat statura, foliis maioribus rotundatis, et flore paruo intensé cœruleo, â quibus Hallerius Ueronicam repentem Nummulariæ folii constituit. Dill. Giess. non sp. p. 67.

Aruensis. Ueronica floribus solitariis, foliis cordatis incisis pedunculo longioribus. Fl. Suec. 16. 19.

Ueronica floribus axillaribus foliolis calycinis lanceolatis inæqualibus. Sou. Hort. Mons. p. 12.

Habitat in agris cultioribus Europæ, ac hortis S. Angeli prope Mexicam. Floret Iulio. ☉.

Propietas. Decoctum siue infusum huius plantæ, licet non Veterum laudibus respondeat, blande tamen abstergit, et attenuat, imo leuissime adstringit, ac roborat, adeoque in obstructionibus uiscerum reserandis, diaphoresim, atque diuresim augendis locum tenet. Utile etiam cusetur ad inveterata ulcera, et recentia uulnera sananda, scabiei etiam aliisque eruptionibus cutaneis proficuum.

G. IUSTICIA.

* FRUCTICOSA.

Pulcherrima. Iusticia foliis ouatis, utrinque acuminatis, petiolatis, spicis terminalibus, tetragonis erectis, bracteis ouatis Suppl. 81. Ic. 192.

Iusticia (pulcherrima) floribus tetrandis. Iacq. Amer 6. t. 2. f. 4.

Suffructex quinquepedalis.

Rami fere radicalis erecti subcorymbrosis quadrangulares.

Folia opposita lanceolata integerrima subsessilia, superné glabra, subtus uillosa uenis alternis oblicuis subtus prominentibus lineata.

Spicæ quadrangulares in ultimis foliorum axillis terminalesque.

Corollæ coccineæ, elegantes, inodoræ, ringentes, labio superiore recto acuto, semibifido; inferiore reuoluto.

Bracteæ ouatæ, ciliatæ imbricatæ.

Filamenta quatuor corolla parum breuiora infralabium superius recondita, anteræ oblongæ.

Habitat in calidissimis Americæ locis. Floret Octobri et Nouembri. ♄.

Gandarussa. Iusticia fructicosa glabra, foliis lanceolatis elegantis, spices uerticillatis. Suppl. 85.

Frutex quinquepedalis ramosissimus.

Rami oppositi erecti quadrangulares.

Folia opposita lanceolata, integerrima, utrinque glabra subsessilia.

Spicæ axillares subuerticillatæ, subsessiles.

Flores uiolacei ringentes, inodori.

Bracteæ subulatæ.

Coccinea. Iusticia fruticosa foliis ouato-lanceolatis, spicis axillaribus filiformibus ternis, secundisque Fl. M. Ic. 209.

Frutes quadripedalis.

Rami oppositi, teretes geniculati, erecti.

Folia opposita ouato lanceolata integerrima, superné glabra, subtus pubescentia breuiter petiolata.

Spicæ axillares trifidæ spiculis filiformibus laxis secundis foliis breuioribus.

Bracteæ subulatæ breuissimæ.

Corollæ coccineæ ringentes fauce subtus fornicata, lateribusque acutangula, labio superiore erecto acuto integerrimo, inferiore trifido reuoluto.

Habitat in umbrosis Cuahunahuacæ circuitibus Floret Maio. ♄. Mexicanis, Mohuitl, et corrupté Moitle audit.

Proprietas. Decoctum foliorum pro potu ordinario exhibitum in epilepsia præstantissimum, innumerisque experimentis fulcitum medicamen extollitur.

Œconomia. Folia præbent in decoctione colorem fuscum quo lintea cotonaea stabiliter tinguntur, qui quidem color mexicanis quapaztlé dicitur. Nonnulli adfirmant ex iisdem confici atramentum chimense Pictoribus et Mathematicis adeo aestimatum.

Superba. Iusticia fruticosa foliis ouato lanceolatis, floribus axillaribus subsolitariis pedunculatis Fl. Mex. Ic. 3.

Suffructa quinquepedalis ramosissimus.

Rami alterni, diffusi teretes glabri substriati.

Folia opposita ouato-lanceolata glabra, breuiter petiolata.

Pedunculis axilares, breuissimi, solitarii, aut bini.

Flores coccinei tubo corollæ subarcuato, limbo quadrifido, lacinia superiore paulo breuiore reflexa, reliquis tribus descendentibus recuruatis.

Bracteae subulatae.

Habitat in Ayacapiztlæ, Floret Novembri. ♃.

Uerticillata. Iusticia fructicosa foliis ouato-lanceolatis, floribus uerticillatis. Fl. Mex.

Planta fruticosa tripedalis caule tereti albicante supra foliorum exortum tuberculis incrassato.

Folia ouato-lanceolata integerrima, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Flores coccinei, uerticillati, labio superiore fornicato, integerrimo, inferiori trifido.

Bracteae ouatae longitudine calycis.

Habitat in calidis Zitlalam montibus iurisdictionis Chilapae. Floret Octobri. ♃.

Lutea. Iusticia fruticosa foliis lanceolatis spicis tetragonis, bracteis elipticis, ciliatis, intimis apice bifidis. Fl. Mex.

Planta suffructicosa quinquepedalis. Rami teretes glabri, iunioris apice uillosi.

Folia opposita lanceolata integerrima, superné scabra, subtus tomentosa, uenis obliquis prominentibus lineata, breuiter petiolata.

Spicæ terminales acutæ quadrangulares imbricatæ.

Corollæ luteæ tubo arcuato limbo quinquepartito, laciniis quatuor ascendentibus subouatis, descendente simili.

Bracteæ cuiqui flori ternæ imbricatæ, ouales, acutæ, membranaceæ, ciliatæ; exteriores binæ integerrimæ; intima apice bifida.

Habitat in Quahunahuaca et Ayacapiztlæ anfractibus. Floret Octobri. ♄.

Teucriflora. Iusticia suffruticosa foliis lanceolatis, uerticillatis, spicis tetragonis, floribus tetrandris Fl. Mex.

Suffrutex quinquepedalis.

Rami uerticillati, subquaterni, erecto patentes, punctis albicantibus inspersi.

Folia uerticillata quaterna, aut quina lanceolata, glabra, subsessilia.

Spicæ axillares, sessiles, quadrangulares.

Bracteæ ouatæ calycibus breuiores.

Colloræ ex albo roseæ tubo basi inflato, fauce reflexa, labio superiore breuissimo emarginato, inferiore trifido laciniis obcordatis, subæqualibus.

Filamenta quatuor autheris ad latera filamentarum adnatis in pyramidem connexis, labioque superiore obtectis.

Habitat in Tepalcatepec. Floret Decembri. ♃.

Hiemalis. Iusticia suffruticosa foliis ouato-oblongis, spicis axillaribus simplicibus, corollis papilionacei bracteis cuneiformibus. Fl. Méx.

Suffrutex quadripedalis, caule tereti, glabro albicante.

Rami oppositi, cauli similis.

Folia opposita, ouato-oblonga, petiolata utrinque uillosa.

Spicæ axillares foliis breuiores solitariæ.

Flores lutei subpapilionacei.

Bracteæ oblongo-cuneiformes ciliatæ calyce, longiores.

Habitat in montibus hæreditatis Ahueiuyo. Floret Decembri. ♃.

Alba. Iusticia suffruticosa foliis ouatiis, spicis axillaribus filiformibus compositis, corollis papilionaceis bracteis setaceis. Fl. Mex.

Suffrutex tripedalis.

Rami oppositi, seniores teretes glabri albicantes; iuniores striati uillosi erecti.

Folia opposita ouata acuta uillosa breuiter petiolata.

Spicæ axillares filiformes, laxæ secundæ, ut plurimum trifidæ.

Flores albi papilionacei, uexillo intus purpureo maculato.

Bracteæ setaceæ breuissimæ.

Habitat in montibus á Tepalcatepeque Coahuayanam versus interiectis. Floret Jannuario ♃.

** HERBACEAE.

Sexangularis. Iusticia foliis, ouatis integerrimis, bracteis cuneiformibus, ramis sexangularibus. Forskoehl. Desca pl. in fl. Ægiptiaco Arab. p. 5, n. 13.

Iusticia annua sexangulari caule foliis circeæ coiugatis, flore miniato, Amœn Herb. 274. Hort. Cliff. 10.

Euphrasia Alfines majore folii. Flore galeato pallidé luteo. Iamaicensis Pluh. Alm. 142, t. 279, f. 6.

Habitat in Iamaica, Ueracruce ac hortis Sancti Angeli prope Mexicanum Floret toto anno.

Herba sesquipedalis caule erecto hexagono.

Rami oppositi suberecti cauli consimiles.

Folia opposita petiolata ouata integerrima uillosa.

Pedunculi axillares solitari.

Flores purpurei.

Bracteæ cuneiformes calyce longiores.

Assurgens. Iusticia foliis lanceolatis, spicis axillaribus, bracteis subulatis, altera longissima, caule assurgente hexagono. Fl. Mex.

Iusticia foliis ouatis integerrimis, bracteis subulatis, ramis hexagonis. Amœn. Acad. 5, p. 391.

Iusticia herbacea assurgens ad alas alternas, nodos et summitates florida. Arown. Iam. 110 t. 2, f. 1.

Herba caule ramisque assurgentibus, sexangularibus, glabris.

Folia lanceolata, breuiter petiolata, integerrima, glabra.

Spicæ axillares, terminalesque, foliis breuiores, pauci floræ.

Corollæ coccineæ labro superiore oblonge subfornicato inferiore tridentato.

Bracteæ subulatæ, calyce paulo longiores, altera illarum longissima.

Habitat in hortis Tlaltenango prope Quahunahuacam. Floret Nouembri.

Observatio. Variat floribus purpureis, caule ramisque teretibus.

Paniculata. Iusticia herbacea foliis lanceolatis, floribus paniculatis, bracteis elipticis, caule hexagono. Fl. Mex.

Herba sexquipedalis caule erecto hexagono subuilloso.

Folia lanceolata subsessilia integerrima.

Pedunculi axillares paniculati.

Bracteæ ouales persistentes.

Corollæ ringentes tubo filiformi subincuruo, labio superiore lanceolato erecto inferiore ouato integerrimo, basi purpureo maculato.

Stamina purpurea.

Habitat in montibus de *Tlacotzotillam* prope iter del Copalillo. Floret Octobri. ⊙.

Pulchella. Iusticia herbacea foliis ouatis petiolatis, floribus axillaribus solitariis sessilibus. Fl. Mex. Ic. 190.

Herba sexquipedalis caule tereti exili incano uilloso ramossisimo.

Folia ouata (raro subcordata) uilloso-uiscosa petiolata.

Flores albi axillares solitarii subpapilionacei: lacinia superior (uexillum) ouata erecta intus luteo maculata, laterales (alæ) oblongæ patentes extus purpureæ: inferior (carina) depressa subspiralis ascendens.

Habitat prope Mitequense flumen. Floret Octobri. ⊙.

Exilis. Iusticia herbacea foliis ouatis eliptico-ouatis, spicis axillaribus filiformibus laxis, bracteis subulatis. Fl. Mex. Ic. 2.

Herba sesquidrodantalis caule tereti glabro exili.

Folia ouata basi nonnulla attenuata integerrima glabra breuiter petiolata.

Spicæ axillares terminalesque filiformes, laxæ.

Corollæ uiolaceæ infundibuliformes tubo filiformi subarcuato, limbo quinque partito patentissimo subæquali.

Bracteæ subulatæ uix calyce longiores.

Habitat Nochiztlan. Floret Nouembri. ⊙.

Papillonacea. Iusticia foliis ouato lanceolatis, spicis tetragonis, bracteis ouatis trineruiis ciliatis. Fl. Mex. Ic. 4.

Herba sexquipedalis caule stricto tereti glabro.

Rami plurimi diffusi teretes scabriusculi.

Folia opposita ouato-lanceolata uillosa petiolata.

Spicæ terminales solitariæ imbricatæ acutæ quadrangulares.

Bracteæ ouatæ, trinerues ciliatæ.

Flores albi subpapilionacei; labio superiore purpureo maculato.

Habitat in Mazallami, prædio itinere Acapulcensi. Floret Octobri. ⊙.

Flagelliformis. Iusticia foliis confertis lanceolatis, spicis compositis flagelliformibus. Fl. Mex.

Herba sesquidodrantalis caule fere simplici stricto uilloso.

Folia conferta lanceolata integerrima uillosa, subssesilia.

Spicæ axillares uariis numero uariæ, compositæ raro simplices filiformes.

Pedunculi communes teretes filiformes, longissimi, articulati.

Bractæ alternæ acuminatæ amplexicaules, inferiores steriles.

Corollæ minimæ bilabiatæ, tubo filiformi, subarcuato, calyce longiore; labio superiore breuissimo emarginato purpureo, inferiore tripartito albicante, laciniis omnibus emarginatis.

Stigma lanceolatum bilamellatum.

Capsulæ ouato-oblongæ acutæ.

Habitat in Apatzingan. Floret Octobri. ⊙.

Subcapitata. Iusticia herbacea foliis ouatis, subdentatis floribus terminalibus confertis sessilibus. Fl. Mex.

Herba sesquipedalis caule tetragono uilloso, ramis consimilibus.

Folia ouata subdentata uillosa breuiter petiolata.

Flores purpurei terminales conferti sessiles.

Bracteæ setaceæ.

Habitat in umbrosis Tepalcatepeque montibus. Floret Nouembri. ⊙.

Ciliaris. Iusticia herbacea foliis lanceolatis, floribus oppositis sessilibus, bracteis calicibusque setaceis hispidis flore longioribus. Suppl. 84.

Iusticia ciliata. Iacq., uol. 2, p. 47, t. 104.

Herba tripedalis caule ramisque erectis, strictis albicantibus, glabris, iunioribus floriferis uillosis.

Folia lanceolata nonnunquam ouata. Petioli ciliati.

Flores coccinei axillares solitarii, sessiles; galea corollæ acuta erecta.

Bracteæ lineares ciliatæ corollam subæquantes.

Habitat prope Tomatam. Floret Nouembri ⊙.

G. DIANTHERA.

Comata? Dianthera spicis filiformibus uerticillatis inferioribus subumbellatis.

Caulis suffruticosus tripedalis teres, fragilis.

Rami cauli similes ad sumitatem uiscoso-scabri.

Folia opposita lanceolato-oblonga integerrima, uilloso-uiscosa subsessilia.

Spicæ axillares quaternæ filiformes laxæ secundæ, foliis parum longiores.

Flores albi secundi subsex in eadem spica.

Habitat in hæreditatem Ahueiuyo. Floret Decembri. ♃.

Sarmentosa. Dianthera floribus axillaribus, sessilibus raro spicatis. Fl. Mexican.

Planta sarmentosa, ramis innumeris diffusis, teretibus striatis uillosis gracilibus.

Folia opposita ouata integerrima, glabra, breuiter petiolata.

Flores uiolacei axillares sessiles, raro spicati rarissimeque inferiores solitarii, labio superiore recto bifido acutissimo, inferiore tripartito, laciniis subouatis æqualibus.

Bracteæ cuneiformes.

Habitat in calidis temperatisque Nouæ Hispaniæ. Floret Autumno. ♃.

Sexangularis. Dianthera pedunculis axillaribus subtrifloris, bracteis cordatis conniuentibus persistentibusque. Fl. Mex. Ic. 22.

Herba sesquipedalis, caule erecto hexagono glabro.

Rami brachiati cauli consimiles.

Folia opposita ouata acuta integerrima glabra, petiolo obsolete quadrangulari.

Pedunculi axillares tri, raro biflori, intermedio intimoue longius pedicellato.

Corollæ purpureæ labio superiore vix emarginato ascendenti reflexo, inferiore paulo labiore integerrimo reflexo.

Bracteæ binæ cordatæ conniuentes persistentes.

Habitat in Australis Oceani littore prope Coahuayamam. Floret Septembri. ⊙.

G. GRATIOLA.

Rotundifolia. Gratiola foliis ouato-subrotundis, quinque neruiis, dentatis. Fl. Mex.

Gratiola foliis ouato-trineruiis.

Tsianga-puspam. Rheed Malab. 9, p. 111, t. 57.

Radix fibrosa.

Caulis spithamai, longus ramosus procumbens, basi repens, tetragonus, læuis, glaber.

Rami indiuisi, cauli consimiles.

Folia opposita ouato subrotunda dentata quinqueneruia, utrinque glabra sessilia.

Pedunculi axillares filiformes alterni solitarii, uniflori, foliis longiores.

Calyces quinque partiti, laciniis subulatis.

Corollæ purpureo-cœruleæ filamentis duobus longioribus castratis.

Habitat ad margines riuulorum ex Colimensi Uulcano, effluentium. Floret Februario. ⊙.

G. PINGUICULA.

Uulgaris. Pinguicula scapo uilloso, nectaris subulato longitudine petali. Fl. Mex. Ic. 11. f. 2.

Pinguicula nectario cylindraceo longitudine petali. Œd. Dan., t. 93.

Habitat in Europa, et circuitibus Chilapæ. Floret Augusto. ☉.

Proprietas. Folia tusa, ulceribus imposita, cito mederi dicuntur.

Luritanica. Pinguicula nectario apice incrassato. Ic. 11, f. 3.

Habitat cum præcedenti á qua tantum nectario, et statura differt. Floret Augusto. ☉.

Uillosa. Pinguicula scapo subuilloso. Fl. Lapp. 13. t. 12, f. 2, Ic. 11, f. 3.

Habitat cum prœcedentibus quibus habitu omnimo similis. Scapus filiformis, uillosus, bipollicaris, flores albi, labii superioris laciniis emarginatis, intermedia longiore tridentata labium inferius uix ullum; nectarium obtusum longitudine petali.

G. UERBENA.

Curassauica. Uerbena diandra spicis longis, calycibus aristatis, foliis ouatis argute serratus. Mill. Dicc. n. 17.

Ueronicæ similis fruticosa Curassavica. Herm. Parad. 240.

Herba bidodrantalis caule tetragono supernè sulcato.

Folia ouata serrata, utrinque glabra.

Petioli canaliculati.

Spicæ filiformes laxæ elongatæ.

Flores uiolacei.

Habitat in Mazatlan et Curassao.

Floret Iunio et Iulio. ☉.

Lapulacea. Uerbena tetrandra calycibus fructigeris, subrotundis, inflatis, seminibus echinatis. Iacq. Obs. 1 p. 37, t. 24. Ic. 4.

Uerbena diandra? calycibus subrotundis, erectiusculis, seminibus echinatis. Sp. Pl. ed. 2, p. 28.

Caulis herbaceus, quadripedalis tubulossus hispidus.

Rami brachiati.

Folia opposita ouata acuta dentata hispida, breuiter petiolata.

Spicæ longissimæ interruptæ.

Flores purpurei alterni subpedunculati.

Habitat in Jamaica, et prope Mexicum. Floret Iulio. ☉.

Caroliniana. Uerbena, tetrandra spicis filiformibus, foliis indiuisis, lanceolatis, serratis, obtusiusculis, subsessilibus. Dillen.

Uerbena Carolinensis Milissæ folio aspero. Dillen. Elth. 407.4.307, p. 388.

Habitat in Carolina et Noua Hispania, praecipue in Mexici circuitibus. Floret Iulio. ♃.

Statura uerbenæ officinalis, ab illa tantum differens foliis integris.

Urticifolia. Uerbena tetrandra spicis filiformicibus paniculatis, foliis indiuisis serratis ouatis acutis petiolatis. Hort. Ups. 9, Sabb. Hort. Rom. 3, t. 55.

Uerbena tetrandra spicis filiformibus paniculatis foliis ouatis obtusis serratis, petiolatis. Fl. Mex.

Habitat in aridis Uirginiæ, Canadæ, et Nouæ Hispaniæ locis.

Officinalis. Uerbenæ tetrandra spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido laciniatis, caule solitario. Mat. Med. 47 Oed. Dan. t. 628.

Habitat Mexici omnibusque Hispaniæ locis. Floret tota aestate.

Obseruat. Uariat caule glabro, vel aspero, foliis dentatis aut trifidis, superioribus lanceolato, oblongis integerrimis.

Proprietas. Radix amara, foliaque iniucunda. Tota planta uulneraria, febrifuga, detergens et resolutiua. Propinatur hidropicis in puluerem reducta. Infusum theiforme, succus, extractum febribus intermittentibus opitulantur.

Supina. Uerbena tetrandra spicis filiformibus solitariis, foliis bipinnatifidis. Mill. Dicc. núm. 3.

Habitat Mexici, et in Hispania. Floret toto anno. ☉.

Proprietas. Inter Pharmacopolas Mexicanos prosthoechas officinarum communiter usurpatur.

Scabrella. Uerbena tetrandra spicis oblongis, foliis oblongis integerrimis caule simplici scabro. Fl. Mex. Ic. 16.

Herba sesquidodrantalis caule simplici scabro erecto.

Folia alterna oblonga sessilia, integerrima scabra.

Spicæ terminales solitariæ laxæ oblongæ. Flores purpurei.

Bracteæ singulis floribus ternæ subalatæ ciliatæ.

Semina intra capsulam oblongam.

Habitat in saxolis Cuyuacami circuitibus. Floret Augusto. ☉.

Integrifolia. Uerbena tetrandra spicis filiformibus foliis oblongo-elipticis integerrimis. Fl. Mex.

Habitat in Queretari circuitibus. Floret Maio. ♃.

Grandiflora. Uerbena tetrandra spicis solitariis foliis bipinnatifidis. Fl. Mex. Ic. 24.

Herba tripedalis caule erecto tetragono uilloso.

Rami brachiati, cauli consimiles.

Folia bipinnatifida uillosa, superiora pinnatifida.

Spicæ terminales solitariæ oblongæ.

Flores rosei, elegantissimi congeneribus duplo maiores.

Bractæ ouatæ concauæ.

Habitat in Puruandiri montibus. Floret Julio. ☉.

G. CUNILA.

Fragrans. Cunila foliis ouatis integerrimis umbellis axillaribus secundis. Fl. Mex.

Suffrutex tripedalis erectus ramosissimus radice fibrosa, caule tetragono fusco–ferrugineo.

Rami oppositis suberecti graciles apice ferrugineo tomentosi reliquo cauli similes.

Folia opposita ouata acuta integerrima subtus tomentosa albicantia subsessilia disticha.

Umbellæ axillares compositære plurimum trifidæ secundæ.

Inuolucra inuollucellaque setacea breuissima.

Flores albi perinde ac tota planta fragrantissimi.

Habitat in Zapotlán. Floret Februaris. ♃.

G. ROSMARINUS.

Officinalis. Rosmarinus. Mat. Med. 47.

Rosmarinus (augustifolia) foliis linearibus, marginibus reflexis, subtus incanis. Mill. Dicc. n. 1.

Habitat in temperatiis Europæ, et Americæ locis. ♃.

Proprietas. Tota planta fragrans, neruina, tonica, cæphalica, stomaticà, resolutiua, et emenagoga.

G. SALUIA.

Ægytiaca. Saluia, foliis lanceolatis denticulatis, floribus pedunculatis. Sylt. Ueg. p. 64. Iacq. Hort. t. 708. Ic. 7.

Saluia foliis lineari–lanceolatis denticulatis floribus pedunculatis. Hort. Cliff. 13. Sou. Illustr. p. 2.

Herba sesquipedalis caule obsolete tetragono glabro.

Folia lineari lanceolata, denticulata, superné glabra, inferné subrugosa, sessilia.

Spicæ interruptæ, uerticillis trifloris pedicellatis.

Flores cœrulei inodori.

Habitat in hortis Sancti Angeli, et Ægypto. Floret Julio. ☉.

Obseruat. Variat floribus albis tetrandis; foliis lineari oblongis, integerrimis.

Officinalis. Saluia foliis lanceolata ouatis, integris, crenulatis, floribus spicatis calycibus acutis. Hort. Cliff. 12. Mat. Med. 42.

Habitat in quibusdan hortis Mexicanis, Europa, Australi, et in Hispania frequentissima.

Obseruatio. Variat floribus tetrandis.

Proprietas. Fragrans et submara, adstringens, tonica, neruina, stomatica, et uterina.

Pomisera. Saluia foliis lanceolato–ouatis, integris, crenulatis, floribus spicatis, calycibus obtusis. Hort. Cliff. 12.

Saluia cretica frutescens pomifera foliis longioribus incanis et crispis. Tourn. Coroll. 10. It. 1. p. 32. t. 92.

Herba tripedalis caule obtuso tetragono uilloso.

Folia lanceolato–ouata crenata subrugosa tomentosa.

Spicæ axillares, terminalis, longissima laxior é uerticillis pedicellatis non raro ad maturitatem secundis.

Flores cœrulei, labio superiore concauo, inferiore trifido, lacinia intermedia maiore emarginata.

Habitat in Creta, ac Quahunahuaca. Floret Septembri. ☉.

Mexicana. Saluia foliis ouatis, utrinque acuminatis, serratis. Hort. Cliff. 13. Royen Lugdb. 308.

Sclarea Mexicana altissima, facie Heliotropii. Dill. Elth. 339. t. 254. f. 230.

Herba quinquepedalis caule obtuse quadrangulari, profunde sulcato incani.

Rami brachiati cauli similes.

Folia opposita ouato–lanceolata, serrata atrouirentia, mollissima glabra breuiter petiolata.

Spicæ terminales é uerticillis pedicellatis distantibus.

Flores intense cœrulei, elegantes, inodori, tomentosi.

Bracteæ cordatæ, acutæ deciduæ.

Habitat in humidis Mexici circuitibus. Floret Augusto. ♃.

Obseruatio. Uariat folis ouatis, uerticillis densis, collorisque minoribus cœruleo albicantibus.

Fastuosa. Saluia foliis ouato–lanceolatis calycibus inflatis: floribus racemosis. Fl. Mex. Ic. 302.

Suffructex octipedalis.

Rami brachiati obtuse tetragoni iuniores uillosi, albicantes.

Folia ouata utrinque acuminata inæqualiter serrata, rugosa, scabriuscula.

Petiolis foliis triplobreuiores.

Racemi simplices, axillaris terminalisque.

Flores oppositi breuiter pedunculati, coccinei, elegantes, inodori.

Calyces corollis inflati tridentati.

Habitat in Xochistlam et Chilpantzingo aliisque Nouæ Hispaniæ calidis locis. Floret Septembri. ♃.

Glutinosa. Saluia foliis cordato–sagittatis serratis acutis. Salb. Hort. t. 3. Ic. 12.

Saluia montana maxima foliis.

Hormini flore flauescente. Tourn. p. 180.

Habitat in Santæ Rosæ prope Guanaxuatum oppido, et in Europa. Floret Julio. ☉.

Obseruatio. Uariat floribus flauis et intense cœruleis.

Proprietas. Viscida odorataque est, sed saporio expens: calefacit emollit, ac discutit Gesnero teste.

Coccinea. Saluia foliis cordato–oblongis acutis, serratis, subtus tomentosis, spicis uerticillis, pedun-

culatis, bracteis concauis, acuminatis, calyce longioribus, summis sterilibus. Fl. Mex.

Saluia foliis cordatis ouatis, acutis serratis subtus mollissime tomentosis, racemo terminali uerticillato. Suppl. 88.

Planta annua fere quinquepedalis tota ad extremitatem tomentosa.

Folia cordato-oblonga acutissima, serrata, utrinque sed subtus densius tomentosa, breuiter petiolata.

Spicæ longissimæ uerticillis imis remotis fœcundis supremis densis sterilibus.

Bracteæ ouatæ acuminatæ concauæ, calycibus longiores.

Corollæ diluté purpuræ extus tomentosæ.

Calyces cylindrici, tridentati mollisimi.

Habitat in Quahunahuaca et capite Bonæ Spei. Floret Maio. ⊙.

Grandiflora. Saluia foliis subcordatis acutis serratis, uerticillis pedunculatis, calycibus tridentatis, acutis. Fl. Mex. Ic. 11.

Planta quinquepedalis, caule herbaceo stricto ferrugineo tomentoso ramosissimo.

Folia subcordata acuta serrata subtus albicantia, in humidis læuia, in aridis rugosa, minoraque.

Spicæ longissimæ uerticillis pedunculatis.

Corollæ coccineæ elegantissimæ congeneribus grandiores.

Bracteæ deciduæ suatæ, acutæ concauæ.

Habitat in umbrosis Eremi. P.P. carmelitarum montibus. Floret Nouembri. ♃.

Ciliaris. Saluia foliis ouato-oblongis, dentatis ciliatis, bracteis cordatis ciliatis. Fl. Mex.

Herba bipedalis caule ramisque profunde canilaculatis uillosis.

Folia infima ouato-oblonga, suprema dentata ciliata angustiora breuiter petiolata.

Spicæ terminales uerticillis sessilibus.

Flores cœrulei.

Bracteæ ouatæ acutæ ciliate.

Habitat in saxolis Cuyuacani circuitibus. Floret Septembri. ⊙.

Longiflora. Saluia foliis ouatis, crenatis, uerticillis pedunculatis, labio corollæ infimo reuoluto. Fl. Mex.

Planta herbacea tenacissima ad orgyæ altitudinem assurgens, caule ramisque fusco rubentibus, pilosis.

Folia ouata acuta crenata uillosa breuiter petiolata.

Spicæ laxæ filiformes uerticillis remotis, subquinque flores pedunculatis.

Corollæ coccineæ elegantes, elongatæ, labio inferiore reuoluto.

Habitat in Mexici circuitibus. Floret Augusto. ⊙.

Palafoxiana. Saluia foliis ouatis, serratis corollis uentricosis, compressis, bracteis rotundatis, concauis, coloratis, supremis sterilibus. Fl. Mex.

Herba quadripedalis caule ramisque strictis uersus apicem atro rubentibus.

Folia ouata acuta serrata glabra, ad costas rubentia.

Petioli rubentes.

Spicæ iuniores ouatæ, seniores elongatæ, laxæ, uerticillis subquinque floris pedunculatis.

Calyces bilabiati acuti atro-rubentes.

Corollæ coccineæ uentricosæ compressæ, labio superiore barbato.

Bracteæ coccineæ concauæ deciduæ, superiores steriles.

Habitat in hortis Mexicanis, ubi vulgo *Mirto* de Palafox audit. Floret Julio et Augusto. ⊙.

Hirsuta. Saluia foliis cordatis crenatis, uerticillis subspicatis, caule hirsutissimo. Fl. Mex.

Herba quadripedalis hirsutissima.

Folia cordata acuta crenata.

Petioli atro-rubentes.

Spicæ laxæ, uerticillis podicellatis subquinque flores.

Corollæ cœruleæ.

Bracteæ ouatæ concauæ.

Calyces tridentati, acutissimi hirsutissimi.

Habitat in S. Angeli circuitibus. Floret Septembri. ⊙.

Purpurea. Saluia foliis ouatis argutè serratis, floribus arctè spicatis, calycibus tomentosis. Fl. Mex.

Herba quadripedalis caule ramisque atro-purpuræscentibus.

Folia ouata minutè serrata utrinque glabra.

Spicæ compactæ uerticillis breuiter pedicellatis sub secundis.

Calyces cilindrici, tridentati, mollissimi tomentosi.

Flores purpurei tubo subarcuato.

Habitat in humidis, et umbrosis Quahunahuacæ hortis. Floret Octobri. ⊙.

Uiscosa. Saluia foliis ouato oblongis serratis calycibus obtusis, uilloso-uiscosis longissimis, laxis. Fl. Mex.

Herba sexquipedalis caule ramisque supra articulos tuberculis incrassatis hirsutis.

Folia ouato-oblonga acute serrata subrugosa-uillosa.

Petioli breues marginati.

Spicæ longissimæ laxæ uerticillis subsessilibus.

Calyces obtusiusculi, uilloso-uiscosi.

Bracteæ subcordatæ, minimæ concauæ acuminatæ.

Flores cœrulei fragrantissimi.

Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

Bicolor. Saluia foliis oblongis crenatis, rugosis, calycibus obtusis tomentosis. Fl. Mex.

Suffrutex quinquepedalis ramosissimus, prope apicem tomentosus.

Folia oblonga crenata rugosa, subtus tomentosa, subpetiolata.

Spicæ uerticillatæ, interruptæ.

Calyces bilabiati obtusi, tomentosi purpurei.

Corollæ albæ tomentosæ.

Bracteæ ouatæ acuminatæ, terminales steriles.

Habitat in hortis Mexicanis: ubi *Saluia Real* uulgo adpellatur. Floret toto ferè anno. ♃.

Obseruatio. Uariat corollis purpureis.

Proprietas. Pro Saluia officina usurpatur a Pharmacopolis Mexicanis.

Stricta. Saluia foliis lanceolatis crenatis, rugosis, spicis tetragonis densis. Fl. Mex. Ic. 8.

Herba bipedalis.

Rami numerosi prope radicem, indiuisi, subæquales, striati, incani stricti.

Folia lanceolata crenata rugosa, subtomentosa, subpetiolata.

Spicæ quadrangulares, densæ.

Bracteæ ouatæ tomentosæ.

Flores cœrulei, minimi, fragrantissimi.

Habitat in frigidis Amecamecæ, et PP. Carmelitarum Eremi montibus. Floret Nouembri. ☉.

Rhombifolia. Saluia foliis radicalibus rhombeis crenatis rugosis caule nudo. Fl. Mex.

Herba dodrantalis caule nudo erecto indiuiso hirsuto.

Folia radicalia depressa, rhombea, crenata, rugosa utrinque uillosa, subsessilia.

Spicæ laxæ uerticillis laxis pedicellatis.

Calyces bilabiati, labio superiore emarginato, infimo tridentato acuto.

Corollæ cœruleæ intensè fragrantes.

Stigma inferne barbatum.

Habitat in montibus Guanaxuato, Floret Iunio. ☉.

Patzquarensis. Saluia foliis ouatis crenatis, floribus uerticillatis, calyces labio superiore longissimo, bracteis cordatis, neruosis, persistentibus. Fl. Mex. Ic. 13.

Caulis herbaceus bipedalis obtusè, tetragonus, hirsutus, sulcis oppositis lanatis, supra articulos incrassatis.

Folia ouata crenata rugosa infernè hirsuta.

Petioli marginati.

Flores uerticillati sessiles.

Bracteæ cordatæ neruosæ ciliatæ persistentes, uerticillis longiores, superiores steriles.

Calyces bilabiati, labio superiore longissime acuminato indiuiso; inferiore bidentato.

Corollæ labium superius purpureo-cœruleum, fornicatum emarginatumque; inferius intensè cœruleum ad faucem albo-striatum.

Stylus carinatus, altero margine, ciliatus, longitudine labii superiores.

Habitat Patzquari. Floret Augusto. ☉.

DIANDRIA TRYGINIA.

G. PIPER.

Amalago. Piper foliis lanceolato-ouatis, quinqueneruis, rugosis. Mill. Dicc. n. 3.

Piper longum arboreum alius folio neruoso minore spica et breuiore. Sloan. hist. 1. p. 132. t. 87. f. 1.

Frutes octipedalis caule ramisque geniculis incrassatis.

Folia cordata, rugosa, quinqueneruia.

Spicæ axillares filiformes solitariæ.

Habitat in Iamaica, et ad torrentes riuulorum Mazatlan. Floret Iunio. ♄.

Siriboa. Piper foliis cordatis subseptemneruis, uenosiis. Fl. Zeyl. 29.

Siriboa. Rumph. Amb. 5. p. 340. t. 117. f. 2.

Frutex octipedalis caule, ramisque geniculis incrassatis.

Folia cordata septemneruia nonnulla nouemneruata.

Spicæ solitariæ oppositifoliæ.

Habitat in India Orientali, ac montibus Mazatlan. Floret. Iunio. ♄.

Decumanum. Piper foliis cordatis nouemneruiis reticulatis.

Saururus frutescens foliis plantagineis, fructu breuiore. Plum. Amer. 59. t. 76.

Sirum Decumanum. Rumph. Amb. 5. p. 45. t. 27.

Habitus præcedentium.

Spicæ oppositifoliæ Amalago longiores.

Habitat cum præcedentibus. ♄.

Proprietas. Folia igne calefacta œdemate ac paralysi aplicantur ab Indis.

Reticulatum. Piper foliis cordatis septemneruis reticulatis. Mill. Dicc. 11.

Saururus Botroydes maior arborescens, foliis plantagineis. Plum. Amer. 57. t. 25.

Frutex biorgyalis congeneribus similimus.

Folia cordata subrotunda acuminata septemneruia, uenoso-reticulata, rugosa.

Petioli basi excauati, amplexicaules.

Spicæ oppositifoliæ floribus subpedicellatis.

Habitat cum præcedentibus. ♄.

Obseruatio. Uariat numero staminum à 2 ad. 5.

Pellucidum. Piper foliis cordatis, petiolatis, caule herbaceo. Iacq. Off. 1. n. 16.

Piper foliis cordatis, caule procumbente. Hort. Cliff. 6. t. 4.

Saururus minor procumbens, Botrytis foliis crasso cordato. Plum. Amer. 54. t. 72.

Herba uix spithamam longa caule rubenti, glabro pellucido.

Folia communiter terna petiolata, cordata, uenoso-rugosa, radicalia subpeltata.

Spicæ floribus pedunculatis.

Habitat in America calidiore, et umbrosis Nexapæ montibus. Floret Iunio. ☉.

Reflexum. Piper foliis quaternis ouati–oblongis, reflexis, caule tereti. Fl. Mex.

Piper foliis quaternis ouatis obtusis reflexis caule sulcato. Suppl. 97.

Herba sexquidodrantalis caule tereti, inferiore sulcato glaberrimo geniculato rubro–punctato.

Rami quaterni, quini, aut terni cauli similes.

Folia quaterna, raro quina, aut terna, ouali–oblonga crassiuscula auenia eneruia, utrinque glabra, reflexa.

Petioli subcanaliculati.

Spicæ terminales erectæ, filiformes, simplices solitariæ.

Bracteæ subrotundæ, sessiles persistentes.

Habitat in Capite Bonæ Spei, et saxasis Patzquari montibus. Floret Augusto. ☉.

Latifolium. Piper foliis cordatis multineruiis, petiolatis, spicis axillaribus pedunculatis, plurimis. Suppl. 191.

Frutex congeneribus habitu simili.

Folia cordata multineruia petiolata.

Spicæ axillares plurimæ pedunculatæ.

Habitat in umbroxis et humidis Ayahuatempam montibus. Floret Augusto. ☉.

Cardifolium. Piper foliis cordatis uenoso–reticulatis, spicis oppositifoliis solitariis. Fl. Mex.

Frutex piperi Decumano et latifolio similes caule biorgyali.

Folia cordata, uenoso–reticulata eneruia rugosa.

Spicæ oppositifoliæ solitariæ.

Habitat ad torrentes calidarum regionum. Floret Augusto. ♄.

Obliquum. Piper foliis ouato–oblongis uenoso rugosis, spicis solitariis oppositifoliis, fructibus sessilibus. Fl. Mex.

Frutex triorgyalis, habitu congenerum.

Folia ouato–oblonga obliqua nonnulla, sublanceolata, pubescentia, uenoso–rugosa, breuiter petiolata.

Spicæ pedunculatæ oppositifoliæ solitariæ, fructibus sessilibus.

Habitat ad Quahunahuacæ torrentes. Floret Iulio. ♄.

Tuberosum. Piper scapo nudo foliis radicalibus, subrotundis peltatis. Fl. Mex.

Herba humilis radice tuberoso–globosa, supernè fibris innumeris armata.

Scapus semidodrantalis teres filiformes.

Folia radicalia subrotunda supernè concaua peltata, tropæolo maiori similia, septineruia, utrinque glabra.

Petioli longissimi filiformes.

Spicæ binæ, aut ternæ radicales laxæ filiformes simplices, solitariæ.

Bracteæ subouatæ.

Habitat in umbroxis Patzquari montibus. Floret Septembri. ☉.

Nitidum. Piper foliis ouato–oblongis nitidis eneruis, petiolis apice subulato productis spicis, oppositi foliis, solitariis, fructibus sessilibus. Fl. Mex.

Differt a Pipere obliquo foliis nitidis latioribus altero, baseos latere minore quam in illo et appendice subulato ad apicem petiolorum saporeque piperino multo acutiore.

Habitat in Apatzingan, ubi vulgo dicitur *Chilillo*. Floret Nouembri. ♄.

CLASIS III.

TRIANDRIA MONOGYNIA

G. VALERIANA.

Officinalis. Ualeriana floribus triandris foliis omnibus pinnatis. Mat. Med. 45.

Habitat in montibus Ayahuatempam, et in Europa. Floret Septembri. ♃.

Proprietas. Radix fœtida, odori graui et subamara, antiepileptica, sudorifica, diuretica, emenagoga et anthelmintica commendatur in histerismo, hemicrania et uisus debilitate.

Phú. Valeriana floribus triandris, foliis caulinis pinnatis radicalibus, indiuisis. Mat. Med. 45.

Habitat in Alpibus, Heluetiæ, Austria, Pirinæis, et frigidis Sancti Augustini montibus Mexico uicinis. Floret Septembri. ☉.

Obseruatio. Uariat foliis radicalibus lyratis differt ab. Officinali caule terete foliisque exterioribus maioribus.

Proprietas. Certat uirtutibus cum Officinali licet radix amaror fœtidiosque.

Montana. Ualeriana floribus triandris, foliis ouato-subrotundis dentatis, radicalibus petiolatis. Fl. M.

Ualeriana floribus triandris, foliis ouato–oblongis subdentatis, caule simplici. Iacq. Uindo. 202. Austr. cent. 3. t. 269.

Habitat et floret cum præcedenti. ☉.

Elongata. Ualeriana floribus triandris, foliis radicalibus ouatis caulinis cordatis, sessilibus, inciso subhastatis Iacq. Austr. 3. t. 219. Scopol Carn. 2. n. 44.

Habitat in Austria inferiore et montibus Patzquaro uicinis. Floret Augusto. ☉.

Chinensis. Ualeriana floribus triandris foliis omnibus cordatis repando–lobatis. Burm. Ind. t. 6. f. 3.

Herba sexquipedalis caule tereti, glabro.

Folia opposita cordata repanda Boerhaauia scandenti simillima.

Umbellæ paniculatæ.

Flores albi.

Habitat prope Acahuizotlæ diuersorium, et in China. Floret Iunio. ⊙.

Mixta. Ualeriana floribus triandris caule quadrifido, foliis imis bipinnatifidis, seminis pappo plumosa. Sowag. Monfp. p. 275.

Habitat Monspelii, in Mazatlan. Floret Octobri. ⊙

Obseruatio. Rami ut plurimum ex eadem radice quatuor enascuntur absque caule. Gou. idemque â nobis obseruatum.

Ramosa. Ualeriana triandria foliis pinnatis foliolis ramosis seminibus granulis coronatis. Fl. Mex.

Herba tripedalis caule tereti glabro.

Rami oppositi erecti, caule similes.

Folia opposita pinnata foliolis ramosis in lacinias filiformes multifariam diuisis.

Petiole communes canaliculati, basi connexi.

Umbellæ axillares terminalesque.

Inuolucra diphylla.

Flores albo-rubentes triandri.

Semina oblongo-angulata granulis duodecim fusco-rubentibus coronata.

Habitat in montibus Guanaxuati. Floret Iunio. ⊙

G. TAMARINDUS.

Indica. Tamarindus. Mat. Med. 46. Rumph. Amb. 2. p. 90. t. 23. Sœflling It. 210. Iacq. Amer. 10. t. 10 et 179. f. 98. Ioam Bah. hist. 1. p. 422.

Siliqua Arabica quæ tamarindus. C. B. P. 403.

Habitat in India. Ægipto, Arabia, ac calidis omnibus. Nouæ Hispaniæ locis. ♄.

Proprietas. Pulpa sapore acito grato, odoreque subuinoso prædita, laxans, refrigerans, in febribus inflammatoriis et putridis nec non in diarhæa biliosa, dysenteria epidémica et ictero felici sucesso usurpatur.

G. IXIA.

Americana. Ixia scapo ancipiti, foliis gramîneis plicatis pedunculis triquetris. Fl. Mex.

Herba bipedalis caule ancipiti glabro.

Folia lineari-oblonga acuta plicata.

Flores lutei ad basim petalorum croceo maculati octo circiter in quolibet racemulo.

Styli tres bifidi acuti staminibus longiores.

Habitat in Mazatlan montibus. Floret Iunio. ⊙.

Mexicana. Ixia caule multifloro ancipiti, floribus pedunculatis erectis, foliis lineari-ensiformibus erectis. F. M. Ic. 18.

Radix tuberoso-fasciculata.

Caulis sesquidodrantalis, anceps, glaber.

Folia lineari-ensiformia erecta glabra.

Pedunculi terminales subquinque flori.

Flores lutei pedicellati, erecti, inodori.

Habitat in montibus S. Angeli. Floret Iunio. ⊙.

G. IRIS.

Sambucina. Iris corollis barbatus caule foliis altiore, multifloro, petalis deflexis, planis, erectis emarginatis. Iacq. Hort., 2.

Iris Nostras pharmacopeis.

Habitat in Europæ et Mexicanis hortis. ♄.

G. MOREA.

Graminea. Morea caule tereti unifloro, foliis carinatis longitudine caulis. Fl. Mex.

Radix bulbus tunicatus.

Caulis spithamam longus teres simplex filiformis.

Folia lineari-oblonga carinata acuta erecta longitudine caulis.

Spatha diphylla altero folio longiore uniflora.

Flores purpureus petalis oblongo-ouatis patentissimis.

Stamina connexa.

Stigma sexfidum.

Habitat in montibus S. Angeli. Floret Iunio. ⊙.

G. COMMELINA.

Communis. Commelina corollis inæqualibus, foliis ouato-lanceolatis, caule repente glabro. Hort. Ups. 18. Ic. 21.

Commelina procumbens annua saponariæ folio. Dill. Elt. ♄. 93. ♃. 78. f. 89.

Radix tuberoso-pendula.

Rami numerosi procumbentes.

Folia ouato-lanceolata, uaginantia, margine glabra.

Pedunculi gemini altero tenuìore, elongato, unifloro breuiore crassiusculo, subtrifloro.

Flores dilutè cœrulei.

Habitat in hortis S. Angeli. Floret Iunio. ⊙.

Erecta. Commelina corollis inæqualibus, foliis ouato-lanceolatis, caule erecto scabro simplicissimo Hort. Ups. 18.

Commelina erecta ampliore, subcœruleo flore. Dillen. Elt. ♄. 94. t. 77. f. 88.

Matlalytztic tetzcocana. Hern. Mex. 253.

Herba quadripedalis, radice tuberoso-fasciculata.

Caulis simplicissimus, striatus, scaber.

Folia ouato-lanceolato, subundulata, uaginantia, lineata, basi subciliata: uaginæ ferrugineo-striatæ.

Flores cœrulei elegantes quinque circite ex singula spatha.

Petala tria exteriora membranacea duplo minora concaua; interiora subrotundo patentissima.

Stylus staminibus longior ascendens.

Habitat in Uirginia et hortis S. Angeli.

Floret Iulio. Vulgo *Rosilla* adpellatur.

Obseruatio. Spatharum plurimæ abortiunt.

Proprietas. Radix contusa tumores discutit, duarumque dracmarum pondere deuorata sanguinis impetum cœrcere æstum uiscerum refrigerare adserit Doctor Hernandius loco citato. Indigenæ pro Tradescantia geniculata, aliis *Yerba del Pollo* communiter recipiunt.

Œconomia. Flores aquæ infusi elegantissimum cœruleum colorem redunt, quo papyrus ad flores confingendos tingitur Eo icones nostræ ut uidere est in passerum, ac florum plurium effigiebus uitidissime illustrantur.

Graminifolia. Commelina corollis inæqualibus foliis oblongis carinatis, caule erecto ramoso. Fl. Mex.

Herba bipedalis.

Radix tuberoso-fasciculata.

Caule ramosissimus, glaber.

Folia oblonga acuta carinata, basi ciliata.

Petioli uaginantes ferrugineo-striati.

Pedunculi axillares, terminales longissimi.

Spathæ cordato-oblongæ, compressæ lineatæ.

Flores cœrulei, uix spatha longiores, inæqualibus pedicellati.

Habitat prope Mexicum. Floret Iulio. ⊙.

G. CYPERUS.

Ligularis. Cyperus culmo triquetro, umbellæ spiculis capitatis oblongis sessilibus; inuolucris longissimis, serrato asperis. Amœn. Acad. 5. p. 391. Rottbœl descrip. pl. lib. 1. p. 35. t. 18. f. 2.

Cyperus Maxymus panicula minus sparsa, ferruginea; capitulis compactis crassioribus. Sloan. Iam. 35. Histor. 1. p. 36. t. 9.

Ira. Rheed. Malab. 12. p. 103. t. 55.

Habitat Mexici et in Iamaica. ♃.

Esculentus. Cyperus culmo triquetro nudo, umbella foliosa, radicum tuberibus ouatis zonis imbricatis. Royen Lugdb. 51.

Habitat Mexici et in Europa. ♃.

Proprietas. Taubera radicalia. Ualentinis Chufas dicta emulsionem modice calidam, et humectantem præbent pituitamque crassam toracicæ regioni impactam concoquunt urinæ acrimoniam arcent, ac tussim demulcent, dicet flatulenta augurentur.

G. SCIRPUS.

Palustris. Scirpus culmo tereti nudo, spica subouata terminali. Œd. Dan. t. 273.

Habitat in aqueductibus Mexicanis, plurimisque inundatis Europæ locis. ♃.

TRIANDRIA DIGYNIA.

G. SACCHARUM.

Officinarum. Saccharum floribus paniculatis, foliis planis. Mat. Med. 49.

Habitat in calidis Americæ locis, et in Hispaniæ. ♃.

Proprietas. Sal essentialis huius plantæ vulgo *Azúcar*, saponacea, edulcorans, uelaxans, pectoralis, antiseptica, uulneraria, et nutritiua. Magni usus in œconomia.

G. PANICUM.

Polistachion. Panicum spicis teretibus, inuolucellis unifloris, fasciculato-setosis, culmus erectis, superné ramosis.

Gramen caricosum alterum. Rumph. Amb. 6. p. 17. t. 7. f. 2.

Herba culmo infernè ramoso, et radicante.

Folia alterna, non raro in extremitate opposita.

Inuolucra longissima, basi ciliata.

Styli rubentes.

Habitat Mexici, et in India Orientali. Floret Iunio. ♃.

Distachion Panicum spicis geminis, secundis læuibus.

Gramen Panicum distachiophoron, seu spica gemella binis granorum ordinibus uno uersu constante. Pluck. Mantiss. 94.

Herba culmo sesquipedali in ramulos non nullos tenues diuiso.

Folia lanceolata plana margine scabra.

Spicæ geminæ terminales.

Flores bifariam, secundi sessiles, nudi, antheris flauis, pistillis purpureis plumosis.

Habitat in Mexici et India Orientalis. Floret Iulio. ♃.

G. MILLIUM.

Confertum. Millium floribus paniculatis confertis. Mill. Dicc. n. 4.

Gramen paniculatum Alpinum latifolium panicula milliacea sparsa. Scheuch. Gram. 134.

Habitat Mexici et in Heluetia. ♃.

G. AGROSTIS.

Indica. Agrostis panicula contracta mutica racemis lateralibus erectis alternis.

Gramen secalinum Indicum spica gracili tomentosa, aristis longis intortis. Pluck. Alm. 175, t. 191. f. 5. Burm.

Gramen pratense panicula, et foliis angustissimis, spicis breuibus muticis, locustis minimis. Sloan. Iam. 35. hist. 1. p. 115. t. 73. f. 1.

Herba culmo erecto bipedalis.

Folia lineari-oblonga plana.

Racemi laterales, alterni, erecti, in paniculam oblongam dispositi parum à rachide remoti.

Glumæ minimæ acutissimæ.

Habitat Mexici, et in India. ♃.

G. FESTUCA.

Elatior. Festuca panicula secunda erecta, spiculis subaristatis, exterioribus teretibus, Schreb. Gram. 34. t. 2. Seers Herborn p. 79. t. 8. f. 6.

Gramen arudinaceum locustis uiridi spadiciis, violacieis, breuibus aristatis. Schench. Gram. p. 266. t. 5. f. 18. Asso.

Habitat Mexici, et Europæ partis amœnis. ♃.

Obseruatio. Spica non omnino secunda.

G. AUENA.

Elatior. Auena paniculata calycibus bifloris, flosculo hermafrodito sub mutico masculo aristato. Schreb. Gram. 25. t. 1. Leers. Herborn. n. 8. t. 10. f. 4.

Habitat Mexici, et in Europæ maritimis. ♃.

Obseruatio. Uariat tam floribus hermaphroditis quam masculis muticis.

Fatua. Auena paniculata calycibus trifloris, flosculis omnibus aristatis, basique pilosis. Schreb. Gram. 109. t. 15. Leer Herborn. n. 90. t. 9. f. 4.

Habitat Mexici et in Europa. ♃

Obseruatio. Annis pluuiosis admodum tritico intensa, ideoque Agricolis caule metenda, priusquam in spicam erumpat.

G. ARUNDO.

Donax. Arundo calycibus quinque floris panicula difusa, culmo fruticoso. Gys. Ueg. 106.

Habitat in Europa, et Noua Hispania. ubi vulgo *Carrizo* adpellatur. ♃.

Proprietas. Radix resolutiua, et auocans.

Phragmites. Arundo calycibus quinquefloris, panicula laxa. Leers. Herborn. n. 94. t. 7. f. 1.

Arundo Media, vulgaris foliis et culmo in summo fusiforme corpus componentibus. Scheub. ♃. Gram. p. 162. Haller.

Carrizo vulgo Hispanis *Caña* Mexicanis.

Habitat in Mexici et Europæ inundatis. ♃.

G. HORDEUM.

Vulgare. Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, ordinibus duobus erectioribus.

Habitat in temperatis, ac frigidis, Nouæ Hispaniæ locis, et in Europa. ⊙.

G. TRITICUM.

Hybernum. Triticum calycibus quadrifloris, uentricosis, læuibus imbricatis submuticis.

Habitat cum præcedenti. ⊙

CLASSIS IV.

TETRANDRIA MONOGYNIA

G. CEPHALANTUS.

Occidentalis. Cephalantus foliis oppositis ternisque. Duham. Arb. 1. t. 54. Gromn. Uirg. 15.

Cephalantus foliis térnis. Hort. Cliff. 73. Royen. Lugdb. 187.

Arbor octipedalis.

Rami numerosi oppositi teretes, glabri.

Folia opposita, oblonga utrinque attenuata, integerrima, glabra subsessilia.

Pedunculi axillares, terminalesque, solitarii geniculati scabriusculi.

Bracteæ membranaceæ connatæ ad articulos peduncolorum.

Flores albi inodori in capitulo globoso.

Habitat ad torrentes fluminis prædium Sanctæ Iphigeniæ irrigantis et in Apatzingan. Floret Septembris. ♄.

G. DIPSACUS.

Fullonum. Dipsacus foliis sessilibus serratis. Gmel. it. 1. p. 158.

Dipsacus foliis connato-perfoliatis, aristis fructus rectis. Saubag. 156.

Habitat in agris Mexicanis et Europæis. ⊙.

Obseruatio. Uariat aristis fructiferis uncinatis, foliolis calycinis spinosis, multicis, capitulis longioribus breuioribusque.

Proprietas. Radix detersiua ulcera inueterata, et cauernosa exsiccat, sudorifica et diuretica creditur, Mexicique pro Chicorio Iutubo â Pharmacopolis recipitur.

Œconomia. Capitula coactillariis carminatoribusque inseruiunt.

G. SCABIOSA.

Atropurpurea. Scabiosa corollulis quinquefidis radiantibus, foliis dissectis, receptaculis florum subulatis. Miller Dicc. n. 75.

Scabiosa Peregrina rubra capitulo oblongo. C. B. P. 270. Tourn. p. 464.

Habitat in Nouæ Hispaniæ et Europæ Hortis. Floret Iulio. ⊙.

G. ALLIONIA.

Incarnata. Allionia foliis obliquè ouatis calycibus triphyllis, trifloribus, corollulis intus profunde truncatis. Fl. Mex.

Allionia folia obliquè cordatis, calycibus triphyllis trifloris.

Wedelia Lœfl. it. 180.

Calyx perianthium commune triflorum, triphyllum, foliolis ouatis concauis erectis membranaceis, subcoloratis persistentibus.

Proprium nullum manifestum.

Corolla camposita uniformis propria tubulosa diformis, limbo quadrifido, laciniis tribus exterioribus emarginatis, intima ad basim ferè truncata denticulataque.

Stamina filamenta quatuor setacea erecta fundo corollæ inserta, illiusque longitudinis: antheræ simplices subrotundæ.

Pistillum germen inferum oblongum compressum hinc quadrifariam dentatum, stylus filiformis parum staminibus longior: stigma subrotundum.

Pericarpium capsula lignosa compressa, unilocularis hinc quadrifariam dentata, dorso læuis, subtetragona.

Semen unicum ouatum.

Herba diffusa, radice perpendiculari subramosa, fibrosaque.

Rami numerosi undique diffusi, procumbentes, apice ascendentes, stricti, teretes, supernè purpurascentes uillosi.

Folia opposita obliquè ouata integerrima, subrepanda, uillosa, margine purpurascentia, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares alterni solitarii, teretes, petiolis longiores.

Flores purpurei, uti tota planta insipidi, inodorique.

Habitat in agris arenosis Chilpantzingi, et in Cumana. Floret Iulio. ☉.

Obseruatio. Habitu Bœrhaauiam Diffusa mentitur.

G. SCOPARIA.

Dulcis. Scoparia floris ternis floribus pedunculatis. Iacq. Amer 17. Murr. Prodr. 140.

Samoloides. Bœrk Lugd. 2. 265.

Ueronica Americana erecta frutescens et ramosa. Herm. Parad. 247. t. 141.

Ueronica fruticosa, erecta, dulcis, sexangulis caule. Sloam. Iam. 87. hist. 1. p. 195. t. 108. f. 2.

Suffrutex tripedalis caule sexangulari ramosissimo.

Folia terna oblongo-lanceolata, obtusiuscula, denticulata glabra.

Pedunculi axillares filiformes solitarii.

Flores albi parui inodori.

Habitat in calidis Acahuizotlæ, montibus Iamaica, et Curassao. Floret Maio. ♃.

Proprietas. Tota planta grato sapore dulci prædita est, qua propter inter pectoralia medicamina iure numerandam credimus.

G. CENTUNCULUS.

Sexangularis. Centunculus foliis cuneiformi-lanceolatis, ternis, caule hexagono. Fl. Mex.

Herba procumbens dodrantalis, caule ramisque sexangularibus.

Folia terna cuneiforme-lanceolata, obtusiuscula apice dentata subsessilia.

Pedunculi longe axillares filiformes solitarii uniflori.

Flores albi parui inodori.

Habitat in aridis et arenosis Ayacapixtlæ agris. Floret Octobri. ☉.

G. PLANTAGO.

Maior. Plantago foliis ouatis glabris, scapo tereti spica, flosculis imbricatis. Mat. Med. p. 55. OEd. Dan. t. 461.

Habitat passim ad margines riuulorum Nouæ Hispaniæ et Europæ.

Proprietas. Tota planta adstringente et uulneraria uirtute prædita est: exhibetur inquibuslibet fluxibus.

Media. Plantago foliis ouato-lanceolatis pubescentibus, spica cilindrica scapo tereti. OEd. Dan. t. 581.

Plantago foliis subhirsutis elipticis, spica cilindrica densa. Hall. Heluet n. 659.

Habitat in Nouæ Hispaniæ pratis temperatis, plurimisque Europæ locis. ♃.

Alpina. Plantago foliis linearibus, planis, scapo tereti, hirsuto, spica oblonga erecta. Iacq. Hort. t. 125. Sabb. Hort. Rom. 2. t. 7.

Plantago alpina, folio angusto longo et nigricante. Tourn. p. 127.

Coronepus Serpentaria omnium minima. Bauh. Hist. 3. p. 511. Haller.

Habitat in frigidis Chucandiri montibus Heluetiæ et Austriæ Alpibus, plurimisque Hispaniæ locit. ♃.

Scapus sesquidodrantalis.

Folia linearia subtus conuexa, uillosa.

Spica oblonga antè efflorescentia nutans.

Proprietas. Folia in puluerem reducta uniusque dracmæ pondere cum uino albo exhibita in uenenatis serpentum morfibus mille laudibus extolluntur à Mathiolo et Ioanne Bahuinio, unde Serpentariæ et Serpentinæ nomen plantæ impositum fuit. Radicen etiam uino albo decoctam in hydrope exhibent: nec non femenina in albi fluxu, et sanguinis sputo compescendis commendatur. Tota planta aceto siue uino

austero cocta dentium dolorem ablutione sedare adfirmant.

G. BUDLEYA.

Americana. Budleya foliis ouatis. Amœn Acad. 5 p. 394. Ic. 31.

Budleia foliis ouatis serratis oppositis, flori spicatis, racemosis, caule fructicosa. Mill. Dicc. n. 1. Reich.

Uerbasci folio minore arbor floribus spicatis, luteis seminibus singulis oblongis in singulis uasculis siccis. Sloam Iam. 139. hist. 2. p. 29. t. 173. f. 1. Rai. Dendr. 97.

Cayoluian, sen Tepozan. Hern. Mex. 66.

Arbor inelegans orgyas tres longa.

Rami brachiati, albicantes; iuniores tetragono sulcati tomentosi.

Folia ouata acuta crenata rugosa, subtus tomentosa.

Racemi terminales brachiati.

Flores pallidè luteis.

Habitat in humidis Mexici circuitibus. Floret Septembri. ♄.

Proprietas. Decoctum corticis, stipitum, radicisque histerismo, ac uuluæ prolapsui content, totaque planta in puluerem reducta tumoribus imposita, eos resoluit, aperit, et detergit, idemque in aliis ulceribus præstat, ac ustionibus medetur asserente Hernandis, loco citato.

Occidentalis. Budleia foliis lanceolatis.

Budleya foliis lanceolatis acuminatis integerrimis oppositis; spicis interruptis. Mill. Dicc. n. 2.

Cayoluiam, seu Tepozan. Hern. Mex. 66.

Arbuscula præcenti parum humilior, illique adeo affinis, ut ab indigenis etiam sub eodem nomine recipiatur.

Rami oppositi albicantes tetragoni; iuniores tomentosi.

Folia lanceolata, serrata supernè glabra subtus tomentosa breuiter petiolata.

Racemi terminales brachiati.

Flores decolores præcedentis minores.

Habitat in calidis ac temperatis Americæ locis. Floret Septembri. ♄.

Uerticillata. Budleya foliis ouato-lanceolatis, floribus uerticillatis. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis ramis diffusis teretibus, glabris uirgatis, pallidi luteis nonnumquam menbranula petiolorum basios decurrente tetragonis.

Folia opposita ouato-lanceolata, obtuse inæqualiterque serrata, subrugosa, superiora integerrima.

Uerticilli pedunculati.

Flores pallide luteis.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ locis, ♄. Floret toto ferè anno.

G. EXACUM.

Lanceolatum. Exacum foliis lanceolatis, sessilibus, floribus paniculatis, limbi laciniis erecto-conniuentibus. Fl. Mex.

Calyx perianthium tetraphyllum foliolis linearibus, erecto-patentibus, persistens.

Corolla monopetala persistens, tubus globosus longitudine calyciis; limbus quadrifidus laciniis acutis erecto-conniuentibus.

Stamina filamenta quatuor, filiformia tubo inserta, limboque breuiora antheræ simplices, rubrotundæ.

Pistillum germen rubrutundum tubum impleens: stylus filiformis longitudine staminum; stigma capitatum.

Pericarpium capsula ouata compressa bisulca bilocularis biualvis, longitudine calycis.

Semina plurima rubrotunda receptaculo magno adfixa.

Herba bipedalis caule erecto tetragono glabro.

Rami oppositi, suberecti, cauli simillimi.

Folia opposita lanceolata integerrima glabra sessilia.

Paniculae axillares diffusæ.

Flores lutei.

Habitat in montibus Sancti Augustini. Floret Septembri. ⊙.

G. HEDYPTIS.

Mexicana. Hedyptis foliis ternis lanceolatis floribus fasciculatis terminalibus. Fl. Mex. Ic. 23.

Calix perianthium quadripartitum laciniis subulatis breuibus erectis.

Corolla monopetala infundibuliformis, tubus cylindricus, calyce multi longior limbus quadrifidus, laciniis ouatis erecto-patentibus.

Stamina filamenta quatuor breuissima fauci tubi inserta autherae oblongae.

Pistillum germen inferum subrotundum, stylus filiformis uix tubo longior: stigma bifidum.

Pericarpium capsula globoso-didyma, bilocularis margine calycino coronata, iuxta apicem rima longitudinali dehiscens.

Semina plurima membranacea.

Receptaculum globosum.

Genus verè dubium, flores enim Petesiæ, et Pauetæ similes fructus autem Hediotidis.

Suffrutex tripedalis, radice tuberoso-globosa.

Rami uirgati, teretes, glabri, rubentes.

Folia terna lanceolata, integerrima, erecta, glabra sessilia.

Flores coccinei, elegantes, terminales, fasciculati.

Habitat in Mexici circuitibus. Floret Augusto. ♄.

Tlacoxochitl. Hern. Mex. 231.

Proprietas. Inter roborantia, ac uulneraria præstantiora à priscis Indicolis, Hernandis teste locabatur. ♃.

G. IXORA.

Alba. Ixora foliis ouato-lanceolatis floribus fasciculatis. Mill. Dicc. n. 2.

Iasminum Indicum lauri folio inodorum umbellatum floribus albicantibus, et Schetti album. Pluk. Alm. 196, t. 109, f. 2.

Benschetti. Rheed. Malab. 2, p. 19, t. 14.

Frutex quinquepedalis ramis teretibus glabris, albicantibus.

Folia opposita ouato-lanceolata integerrima glabra, subsessilia.

Stipulæ subulatæ.

Flores albi fasciculati, terminales, inodori.

Habitat in India ac montibus Mazatlan. Floret Iunio. ♄.

Obseruatio. Uariat foliis ouatis, floribus luteis.

Aphylla. Ixora caule aphyllo. Fl. Mex.

Suffrutex sesquidodrantalis caule simplici tereti glabro albicante exili aphyllo.

Flores coccinei, inodori, in capitulo terminali.

Habitat prope Xochistlan. Floret Octobri. ♄.

Pulcherrima. Ixora foliis ouatis, glabris, tubo corollae filiformi longissimo. Fl. Mex.

Caulis fruticosus, tripedalis, teres glaber exilis ramosissimus.

Folia opposita ouata, nonnulla basi atenuata, integerrima, glabra, breuiter petiolata.

Stipulæ membranaceæ.

Flores fasciculati, terminales.

Corollæ albæ, tubo filiformi.

Habitat in montibus Mazatlan. Floret Iulio. ♄.

Obseruatio. Species hæc albæ varietas demum obseruata fuit.

Uniflora. Ixora foliis lanceolatis floribus terminatibus, solitariis. Fl. Mex. Ic. 26.

Frutex subtripedalis ramosissimus, caule tereti fusco, glabro, ramisque consimilibus.

Folia opposita lanceolata, integerrima utrinque glabra, subpetiolata.

Stipulæ membranaceæ, apice subulateæ, ramos uaginantes.

Pedunculi terminales uniflori.

Flores albi elegantes iasminum noctu redolentes, tubo subincuruo.

Habitat Michaelopoli. Floret Iunio. ♄.

G. PETESIA.

Stipularis. Petesia foliis lanceolato-ouatis subtus tomentosis, racemis axillaribus lateralibusque. Fl. Mex. Ic. 269.

Petesia foliis lanceolato-ouatis subtus tomentosis thyrsis lateralibus.

Petesia fruticosa foliis ouatis oppositis, stipulis rigidis, interpositis, racemis minoribus alaribus calyce quinquefido. Brown. Iam. 143, t. 2, f. 2.

Arbuscula decempedalis, ramosissima, spectabilisque.

Rami oppositi patentes albicantes fragiles glabri.

Folia opposita lanceolato-ouata integerrima, supernè glabra, subtus tomentosa, uenis obliquis, subtus prominentibus lineata subsessilia.

Stipulæ interpositæ rigidæ erectæ.

Racemi axillares, lateralesque, bifidi.

Flores albi iasminum redolentes, altero in rami dichotomia solitariis.

Habitat in Mazatlan montibus. Floret Iulio. ♄.

Obseruatio. Uariat floribus luteis.

G. GALLIUM.

Boreale. Gallium foliis quaternis lanceolatis, trineruis glabris, caule erecto, seminibus hispidis. Hall. Heh. n. 722.

Habitat in aridis Tixtla montibus, et Europa. Floret Augusto. ♃.

Aparine. Gallium foliis octonis lanceolatis carinnis, scabris, retrorsus aculeatis geniculis uillosis, fructibus hispidis. Sabb. Hort. Rom. 1, t. 78.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iulio. ⊙.

G. SPERMACOCE.

Tenuior. Spermacoce glabra foliis linearibus staminibus inclusis floribus uerticillatis. Mill. Dicc. n. 1.

Spermacoce uerticillis tenuioribus. Dill. Elth. 370, t. 277, f. 359. Sabb. Hort. Rom. 2, t. 99.

Spermacoce annuum foliis lanceolatis glabris, floribus uerticillatis, Loeft. It. 202.

Herba sesquipedalis, radice fibrosa, caule quadrangulari, erecto, glabro, parum ramoso.

Rami alterni raro supremi oppositi cauli similes.

Folia opposita superiora quaterna, raro plura infra capitulum florum, lineari-oblonga integerrima glabra sessilia membrana stipulari setigera connexa.

Flores albi subcampanulati terminales capitati, foliis summis quaternis inuolucrati.

Habitat in agris Mexicanis et Carolina. Floret Iulio. ⊙.

Uerticillata. Spermacoce glabra foliis lanceolatis, uerticillis globosis. Mill. Dicc. n. 2.

Spermacoce uerticillis globosis. Dill. Elth. 369, t. 267, f. 358. Hort. Cliff. 33.

Scabiosa Iamaicensis Hissopifolia Pluk. Alm. 336, t. 58, f. 6.

Herba dodrantalis, caule tereti glabro.

Folia opposita lanceolata, glabra, sessilia, membrana stipulari setigera connexa.

Uerticilli axillares, sessiles, raro pedicellati, globosi.

Flores albi parui inodori.

Habitat in Quauhnahuac circuitibus. Floret Iunio. ⊙.

Stricta. Spermacoce foliis lineari-lanceolatis, lineatis, Suppl. 120.

Cratæogonum Amboinicum minus. Rumph. Amb. u. 6, p. 25.

Herba sesquipedalis caule tetragono stricto scabro.

Folia opposita auguste lanceolata, uenis alternis obliquis subtus prominentibus lineata, asperiuscula, uillosa, subsessilia, membrana stipulari setigera connexa: summa quaterna raro plura.

Uerticilli axillares parui terminales capitati foliis summis inuolucrati.

Flores purpureo et albo uariantes infundibuliformes, tubo filiforme.

Habitat cum praecedenti.

Tenuifolia. Spermacoce foliis lineari-subulatis reuolutis, floribus capitatis, inuolucratisque. Fl. Mex.

Calyx communis inuolucrum subheptaphyllum, foliolis lineari-subulatis reuolutis, patentibus alternis breuioribus.

Proprius perianthium superum quadripartitum laciniis subulatis breuissimis inaequalibus persistens.

Corolla monopetala infundibuliformis, limbo quadrifido, laciniis ouatis patentibus.

Stamina. Filamenta quatuor filiformia limbi incisuris inserta, lacinis breuiora antherae oblongae incumbentes.

Pistillum. Germen inferum subrotundum: stylus filiformis ferè longitudine staminum: stigmata duo crassuiscula.

Pericarp. Capsula obsolete tetragona bisulcata.

Semina circiter quatuor hinc gibba, inde angulata.

Herba debilis caule dodrantali, quadrangulari, erecto, glabro.

Rami oppositi erecti, cauli consimiles.

Folia opposita lineari-subulata, reuoluta, eneruia, auenia, erecta, glabra, sessilia, membrana stipulari setacea connexa.

Flores albi, parui inodori in capitulo terminali patenti sessiles.

Habitat Patzquari. Floret Augusto. ⊙.

Capitata. Spermacoce foliis lanceolatis lineatis, capitulis terminalibus. Fl. Mex.

Herba tripedalis caule tetragono scabro-hirsuto.

Folia opposita: superiora quaterna lanceolata, lineata hirsuta, scabra, subsessilia membrana stipulari aristata connexa.

Flores purpurei in capitulo terminali, infundibuliformes, tubo congeneribus longiore.

Stamina exserta purpurea: antherae cœruleæ.

Habitat cum præcedenti. ⊙.

Glabra. Spermacoce foliis lanceolatis, glabris, capitulis globosis, inuolucratis. Fl. Mex.

Herba sesquidodrantalis caule tetragono rubente glabro, erecto.

Folia opposita lanceolata, utrinque glabra, sessilia, membrana stipulari setigera connexa.

Capitula terminalia globosa foliolis inæqualibus inuolucrata.

Flores albi congeneribus similes.

Habitat cum præcedentis. ⊙.

Depressa. Spermacoce foliis lineari-lanceolatis, floribus terminalibus, sessilibus, caule procumbente, depresso. Fl. Mex.

Herba humilis caule tripollicari diffuso in terram depresso tetragono rubente uilloso.

Rami oppositi cauli similes.

Folia opposita, lineari-lanceolata, margine reuoluta, glabra, sessilia, membrana stipulari setigera connexa.

Flores terminales bini aut terni, sessiles, foliis summis inuolucrati parui inodori, subcampanulati, laciniis calycinis lineari-lanceolatis ciliatis.

Capsulæ hirsutæ.

Habitat cum præcedentibus. ⊙.

G. PTELEA.

Trifoliata. Ptelea foliis ternatis. Mill. Dict. n. 7, t. 211, Duham. Arab. t. 2, t. 43. Ic. 301.

Frutex uirginianus trifolius, ulmi samaris. Pluk. Alm. 159. Dill. Elth. 147, t. 122, f. 148.

Arbuscula duodecimpedalis, ramis innumeris patentibus alternis, rubrusis teretibus, glabris.

Folia terna foliolis ouato-lanceolatis integerrimis.

Flores albi racemosis.

Habitat in Chilpantzingo montibus, et Uirginia. Floret Iunio. ♄.

Obseruatio: Uariat foliis quinatis, floribusque monoicis, seu dioicis.

Simplicifolia. Ptelea foliis simplicibus. Fl. Mex.

Arbuscula decempedalis ramosissima.

Rami alterni numerosi cinericei glabri.

Folia alterna ouato-lanceolata minutim serrata, scariosa, utrinque glabra.

Petioli breuissimi filiformes.

Pedunculi axillares subquadriflori.

Habitat ad torrentes fluminis Sanctæ Mariæ de Tetela prope Quauhnahuacan. Floret Septembri. ♄.

G. OLDENLANDIA.

Capensis. Oldenlandia floribus axillaribus solitariis subsessilibus, foliis linearibus acutis. Fl. Mex.

Oldenlandia pedunculis axillaribus unifloris, foliis linearibus acutis, Suppl. p. 127.

Herba sesquidodrantalis caule tenui procumbente sulcato hirsuto.

Rami oppositi diffusi cauli similes.

Folia opposita linearia acuta margine reuoluta, apice seta terminato, hirsuta, sessilia, membrana stipulari connexa.

Flores albi parui axillares solitarii subsessiles.

Capsulæ hirsutæ.

Habitat in montibus Xorullo uicis. Floret Septembri. ⊙.

G. CISSUS.

Sicyoides. Cissus foliis subcordatis nudis setaceo–serratis ramulis teretibus. Mill. Dict. n. 2. Ic. 320.

Cissus foliis simplicibus nitidis. Iacq. Amer. 22. t. 15.

Irsiola scandens, foliis oblongo–ouatis ad margines denticulis setaceis. Brown. Iam. 47. t. 5. f. t. 2.

Suffrutex scandens, ramis teretibus glabris, crepitantibus intorsione.

Folia subcordata, setaceo–serrata, glabra, nitida.

Flores parui inodori, decolores, decidui, umbellati, oppossiti folii, inuolucellis denticulatis.

Baccæ nigræ uniformes.

Habitat in temperatis, et calidis, Nouæ Hispaniæ regionibus, et in Iamaica. Floret Iulio. ♃.

Obseruatio. Uariat foliis diuersiformibus, et lobatis corollisque purpureis.

Trifoliata. Cissus foliis ternatis, ouatis acutis uillosis, subdentatis, ramis membranaceo–angulatis. Fl. Mex.

Cissus foliis ternatis subrotundis hirsutis, subdentatis, ramis membranaceo–angulatis. Iacq. Amer. 23. t. 182. f. 10. Mill Dict. n. 4.

Bryonia alba triphylla maxima. Sloam. Iam. 106. hist. 1. p. 233. t. 144. f. 2. Rai Suppl. 347.

Habitat prope Quahunahuacan.

Floret Iunio. ♃.

Differt. á præcedenti foliis dumtaxat, ramisque membranaceo–angulati.

G. CORNUS.

Alba. Cornus arborea cymis nudis, ramis recuruatis.

Cornus siluestris; fructu albo. Amm. 277.

Habitat ad torrentes fluminis Sancti Angeli, in Siberia, et Canadá. Floret Septembri. ♄.

Mexicani *Tepeacuilotl* siue iasminum siluestre adpellant.

G. KRAMERIA.

Ixina. Krameria foliis alternis lineari–subulatis, corollis pentapetalis. Fl. Mex. Ic. 27.

Krameria (Ixina) Soelt. It. 195.

Calyx nullus nisi corollam dicas.

Corolla. Petala quinque oblonga; superius suberectum, inferius reliquis paulo maius concauum; tria intermedia (interiora) patentia.

Nectaria duo; superius erectum, triphyllum foliolis ouatis membranaceis, purpurascentibus, pedicello communi lineari, crasiusculo, longiori insertis. Inferius ad latera germinis diphyllum foliolis subrotundis concauis parum reflexis crassis marginatis pallidis.

Stamina filamenta quatuor intra germen et nectarium superius filiformia ascendentia, nectario breuiora. Anteræ ouato–oblongæ erectæ, apice biperforatæ.

Pistillum germen obliquè ouatum; stylus subulatus, directione et longitudine, staminum: stigma acutum.

Pericarp. Bacca sicca obliquè ouata, unilocularis, echinata, hirsutaque.

Semen unicum subrotundum, glabrum durum.

Radix ramosa horizontalis longè decurrens extus atro, intus dilutè purpurea.

Caulis suffruticosus procumbens.

Rami alterni ascendentes axiles teretes–uillosi, undique diffusia.

Folia alterna: summa raro opposita lineari–subulata, uillosa sessilia.

Racemi terminales simplices folioli secundi.

Pedunculi exaxillis foliorum floralium filiformes solitarii uniflori, tomentosi.

Bracteæ binæ subulatæ oppositæ, supra medietatem pedicellorum.

Corollæ intus atro–purpureæ, extus subsericeæ.

Habitat in Apatzingan et Cumaná.

Floret Octobri. ♃.

G. RIUINA.

Læuis. Riuina racemis simplicibus, floribus tetrandis foliis glabris.

Riuina (humilis) foliis ouato–lanceolatis glabris. Mill. Dict. n. 1.

Solanoides Americana Circeæ, foliis glabris. Tourn. Act. t. 706.

Suffrutex tripedalis ramis numerosis, striato–angulatis, alternis, glabris.

Folia alterna ouato–lanceolata, integerrima, utrinque glabra.

Racemi terminales simplices.

Flores albi.

Bracteæ setaceæ.

Baccæ coccineæ.

Habitat in humidis, umbrosis calidaraum Nouæ Hispaniæ regionum locis. Floret Septembri. ♄.

G. DORSTENIA.

Drackenia. Dorstenia scapis radicalis, foliis pinnatifido-palmatis, integerrimis, receptaculus oualibus. Mill. Dic. n. 3. Ic. 446.

Dorstenia scapis radicalis foliis pinnatifido-palmatis, dentato-sinnatis, receptaculis oualibus. Fl. Mex.

Herba radice tuberosa fibrosissima diuersiformi.

Folia radicalia pinnatifido-palmata, lobulis inferioribus, quandoque dentato-sinuatis summis denticulatis pubescentibus.

Petioli longissimi teretes inferné fusco-rubentes.

Scapus petiolis similes, illorumque longitudinis.

Receptaculum ouale, subpeltatum, carnosum.

Habitat in Apatzingan et prædi Mazatlanensis montibus prope iter Acapulci. Floret Augusto. ⊙.

Proprietas. Propinatur in Pharmacopoliis Mexicanis provera contrayerba sub, *Barbudilla*, nomine usdemque præditam esse uiribus experientia docet.

TETRANDRIA DIGYNIA.

G. BUFFONIA.

Tenuifolia. Bufonia Sauuag Monsp. 141. Amœn Acad. 1. p. 386.

Herniaria angustissima gramineo folio. Magnol. Hort. 97. t. 97.

Alchimilla gramineo folio, flore minore. Tourn. p. 508.

Habitat in frigidis, ac temperatis Nouæ Hispaniæ, et Europæ locis. Floret Augusto. ⊙.

Obseruatio. Uariat et Europæ floribus diandris, ac triandris, stylisque tribus, foliolis calycinis alternis minoribus nos autem pluries floribus tetraginis eam obseruauimus simulque pentandris.

G. CUSCUTA.

Europea. Cuscuta floribus sessilibus. Œd. Dan. t. 199. Mat. Med. p. 59.

Habitat in Europæ et Noua Hispania. ⊙.

Obseruatio. Uariat floribus pentandris, corollis quinquefidis.

Proprietas. Subamara acris stimulans, insciendens et aperitiua exhibetur in febribus intermittentibus uisceram obstructionibus.

Œconomia. Caules contriti atque in duriusculam massam reducti, quam *Tzacatlaxcaltli* Mexicani adpellant inseruiunt pro linteis papyroque, luteo tingendis.

Americana. Cuscuta floribus pedunculatis. Iacq. Amer 24. Lœfl. it. 216.

Cuscuta caule aphyllo, uolubili repente. Gronou. Uirg. 18.

Herba cuscutæ Europæ omnino similis, â qua tantum floribus pedunculatis, subcorimbosis differt.

Habitat passim in Noua Hispania, eodem cum præcedenti Mexicano nomine *Tzacatlaxcalli*, cognita.

Obseruatio. Uariat etiam floribus pentandris.

Œconomia. Idem ac præcedentis est usus.

G. APHANES.

Aruensis. Aphanes foliis trilobatis, lobis serratis stipulis incisis, folia subæquantibus, calycibus octofidis.

Alchemilla hirsuta foliis trilobatis lobis bi et tripartitis. Hall. Helu. n. 1569.

Habitat in omnibus penè frigidis Americæ, Europæ et Asiæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

CLASSIS V

PENTANDRIA MONOGYNIA.

G. MIRABILIS.

Ialapa. Mirabilis floribus congestis terminalibus erectis.

Solanum Mexicanum flore magno. C. D. P. 168.

Mirabilis corollarum laciniis obtusis emarginatis, tubis breuibus. Gou. Hort. 102.

Tlaquilim. Hern. Mex. 279.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ locis, et in Europa. Vulgo *Maravilla* sive D. Diego de Noche adpellatur. Floret Uere. ♄.

Proprietas. Radix duarum dracmarum pondere tuto serosos humores purgat, ut Iacobus Antonius Cortussus asseruit.

Longiflora. Ialapa floribus congestis longissimis subrutantibus seminalibus, foliis subuillosis. Act. Holm. 1755. p. 176. t. 6. f. 1. Amœn Acad. 4. p. 268. Ic. 231.

Alzoyati Mirabilis Mexicana Hern. Mex. 170. f. 2.

Habitat cum præcedenti at nomine diuerso *Pebete* vulgo nuncupatur. ♃.

Proprietas. Diarrhœam cœrcere, uentriculum firmare, flatumque discutere asserit Hernandius l. c.

Triandria. Mirabilis floribus triandris, foliis cordatis. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus quadripedalis.

Rami diffusi geniculati teretes striati uilloso-uiscosi.

Folia opposita cordata uilloso-uiscosa.

Racemi axillares.

Flores purpurei, congeneribus multo breuiores, triandri.

Bracteæ ouatæ.

Habitat in rimis parietum Ayacapistlæ et Quahunahuacæ. Floret Uere. ♃.

G. PLUMBAGO.

Ceylanica. Plumbago foliis petiolatis ouatis glabris caule filiformi. Hort. Cliff. 53.

Lycnis Indica spicata Ocymastri foliis fructibus Lappaceis oblongis, radice urente. Comm. Hort. 2. p. 169 t. 85. Tlepatli Hern. Mex. 429.

Caulis fruticosus quadripedalis.

Rami alterni teretes, glabri, geniculati, striati.

Folia alterna ouata undulata glabra breuiter petiolata.

Spicæ filiformes laxæ.

Flores albi antheris cœruleis.

Bracteæ ouatæ acutæ.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ Regionibus et in India. Floret toto fere anno. ♃.

Proprietas. Acris et caustica ad equorum tumores frigidos uxendos usurpatur.

G. CERINTHE.

Lanceolata. Cerinthe foliis lanceolatis petiolatis, spicis geminis. Fl. Mex.

Herba unipedalis caule ramisque uillosis.

Folia alterna lanceolata asperiuscula, uillosa, breuiter petiolata.

Spicæ laterales filiformes secundæ geminæ, raro solitariæ.

Flores albi.

Habitat Quahunahuacæ. Floret Maio. ⊙.

G. ECHIUM.

Longiflorum. Echium caule herbaceo foliis ouati–oblongis, corollis longissimis. Fl. Mex. Ic. 293.

Herba bipedalis caule stricto angulato hispido.

Rami alterni cauli similes.

Folia alterna ouati–oblonga, erecta supernè hispida sessilia.

Flores lutei alterni tubo corollæ longissimo, subsessiles.

Stamina exserta.

Habitat in Mazatlani, et Chilpanzingi montibus. Floret Iulio. ⊙.

G. HELIOTROPIUM.

Curassauicum. Heliotropium foliis lanceolatis obtusis glabris aueniis, spicis coniugatis. Fl. Mex.

Heliotropium Indicum procumbens glaucophyllum floribus albis. Pluk. Alm. 132. t. 36. f. 3.

Herba procumbens caule bipedali.

Rami teretes glabri, subincane ascendentes.

Folia alterna raro opposita, obtusè lanceolata auenia albicantia sessilia.

Spicæ coniugatæ recuruatæ.

Flores albi inodori, fauce tubi lutescente.

Habitat in Curassao, et Mexici circuitibus. Floret Uere et Æstate. ⊙.

Mexicanum. Heliotropium foliis lineari–oblongis, spicis filiformibus simplicibus. Fl. Mex. Ic. 29.

Herba sexqūipedalis caule simplici tereti scabro.

Folia alterna lineari–oblonga aspera sessilia.

Spicæ filiformes, simplices secundæ.

Flores luridi.

Habitat in Sancti Angeli hortis. Floret Iulio. ⊙.

G. LITHOSPERMUM.

Uirginianum. Lithospermum foliis subouatibus neruosis, corollis acuminatis. Mill. Dict. u. ♃. Ic. 30.

Lithospermum corollarum laciniis acuminatis hirsutis. Gronou. Uirg. 140.

Planta herbacea caule stricto bipedali hirsuto.

Folia alterna ouato–oblonga trineruia hirsuta erecta sessilia.

Spicæ oppositifolia simplices secundæ.

Corollæ calyce longiores albæ limbo obtuso.

Stamina crassa.

Styli corolla longiores.

Habitat in Mexicanorum Carmelitarum Eremo. Floret Nouembri. ⊙.

Officinale. Lithospermum seminibus læuibus, corollis vix calycem superantibus foliis lanceolatis. Sabb. Hort Rom. t. 2. t. 29. Mat. Med. p. 60.

Habitat in Europa et Nouæ Hispaniæ. Floret Augusto. ⊙.

Proprietas, Semina anodyna, diuretica lythontrica uerinæ acrimoniam demulsent, renumque mucaginem uiscosam expurgant.

Rosmarinifolium. Lithospermum foliis linearibus reuolutis corollis cylindricis calyce longioribus, seminibus quaternis glabris. Fl. Mex.

Herba dodrantalis caule simplicissimo, tereti scabriusculo.

Folia alterna lineari–subulata, margine reuoluta erecta sessilia.

Racemus terminalis simplex secundus.

Bracteæ foliis consimiles.

Corollæ luteæ subcylindricæ tubo calyce longiore, limbo erecto, fauce linea intus prominente annuli adinstar cincta.

Stamina longitudine tubi.

Stylus exsertus.

Semina quatuor, raro quinque glabra.

Habitat in Oppido Ario. Floret Septembri. ⊙.

G. ONOSMA.

Simplicissima. Onosma foliis linearibus carinnatis, radicalibus confertis, spicis axillaribus ternis. Fl. Mex.

Onosma foliis confertis lanceolato–linearibus uillosis. Mill. Dict. n. 1. Gmel. Sibir. 4. p. 76. t. 40. secundum Pallas it. 2. p. 14.

Herba sesquipedalis, caule tereti, simplici, stricto, uilloso, scabro.

Folia radicalia conferta lineari–oblonga carinnata hirsuta; caulinia linearia alterna sessilia.

Spicæ axillares ut plurimum trifidæ.

Flores pallidi decolores secûndi, campanulato–patentes.

Bracteæ subulatæ.

Habitat in montibus Patzquaro uicinis. Floret Augusto. ⊙.

Echioides. Onosma foliis lanceolatis, hirsutis, spicis filiformibus ternis. Fl. Mex.

Onosma foliis lanceolatis hispidis, fructibus erectis. Mill. Dict. n. 3. Iacq. Austr. t. 295. Pallas iter 1. p. 154 et it 2. p. 463.

Herba sesquidodrantalis.

Folia alterna lineari–lanceolata, hirsuto–scabra.

Spicæ ternæ foliaceæ secundæ.

Flores albi parui foliolis duobus calycinis oppositis maioribus, fructibus erectis.

Habitat in Mazatlani et Europæ agris. Flóret Iulio. ⊙.

G. SYMPHITUM.

Fruticosum. Symphitum foliis lineari–oblongis reuolutis subpetiolatis. Fl. Mex. Ic. 288.

Caulis fruticosus quinquepedalis ramosissimus.

Folia opposita lineari–oblonga margine reuoluta supernè glabra, subtus incana, subsessilia.

Spicæ terminales coniugatæ, secundæ.

Flores albi calycibus tomentosis.

Habitat in frigidis Chilpanzingi montibus. Floret Iulio. ♄.

G. BORRAGO.

Officinalis. Borrago foliis omnibus alternis calycibus patentibus. Mat. Med. 62. Sabb. Hort. Rom. 2. t. 20. 21.

Habitat in Nouæ Hispaniæ et Europa. ♃.

Obseruatio. Uariat floribus subrubris, et albis.

Proprietas. Tota planta succo uiscido, et insipido, scatet. Diuretica, diluens, expectorans et refrigerans. Flores cardiaci censentur utilissimique in pectoris adfectibus.

G. LYCOPSIS.

Aruensis. Lycopsis foliis lanceolatis hispidis calycibus, florescentibus erectis. Hort. Cliff. 44.

Habitat in agris Mexicanis, et Europæis. Floret Iunio. ⊙.

G. ANCHUSA.

Mexicana. Anchusa foliis oblongis, spicis foliolis, secundis, staminibus corolla breuioribus. F. M.

Herba sesquidodrantalis, caule striato, piloso, scabriusculo simplici supernè in tres spicas foliosas diuiso.

Folia alterna oblonga integerrima, uillosa, sessilia,

Spicæ ternæ foliosæ diuergentes.

Flores albi alterni secundi solitarii in axillis foliorum floralium.

Stamina intra faucem corollæ.

Folia floralia caulinis simillima.

Habitat in Patzquari montibus. Floret Augusto, et Septembri. ⊙.

Depressa. Anchusa foliis linearibus hirsutis, caule procumbente, spicis quaternis foliolis. Fl. Mex.

Herba semidodrantalis ramis depressis numerosis exeodem puncto radicali, angulatis uilloso–scabris.

Folia alterna linearia subulata reuoluta Rorismarini Officinalis similia hirsuta scabra subsessilia.

Spicæ terminales quaternæ foliosæ secundæ.

Flores albi in foliorum floralium axillis.

Folia floralia eliptica parua longitudine calycum.

Semina subrotunda.

Habitat in Uruapam. Floret Septembri. ⊙.

G. IGNATIA.

Amara. Ignatia foliis ouatis glabris, paniculis axillaribus. Fl. Mex. Ic. 321.

Ignatia. Suppl. p. 149.

Faba Sancti Ignatii. Pharmac.

Arbor elegans quindempedalis.

Rami erecti teretes glabri.

Folia opposita ouata, vel ouato–oblonga, integerrima supernè nitida, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Stipulæ membranaceæ ouatæ erectæ in ramulis iunioribus subuaginantes.

Paniculæ axillares foliis breuiores.

Flores albi iasminum redolentes breuiter pedicellati.

Baccæ subrutundæ apice excauatæ magnitudine Aurantii Chinensis, cortice sicco glaberrimo obductæ.

Habitat ad margines fluuii diuersorii de Quaxinipilapa e India. Floret Iunio. ♄.

Proprietas. Nux siue semina polimorpha Mexicanis *Cabalonga* dicta anthelmintica, subemetica menstrua prouocans: caule tamen adhibenda, nam viginti granorum pondere assumpta conuulsionem, tremorem, et syncopen inducit; infusum in febribus intermittentibus felici successu usurpatur. Præcipuus ue-

ro usus ad lupos enecandos, ad quod magni destimatur, et ex china huc usque transferebatur priusquam hic à nobis detegeretur.

G. ANAGALLIS.

Aruensis. Anagallis foliis indiuisis, caule procumbente. Sabb. Hort. Rom. 2. t. 46.

Habitat Mexici, et in Europa. Floret Iunio. ⊙.

Obseruatio. Uariat foliis ternis, quaternisque floribus crenatis albicantibus disco purpureo.

Proprietas. Herba acris præcipuè exsiccata creditur uulneraria, detersuia, et cephalica ptyalismum excitat, præstantissima in Hydrophobia.

G. MENIANTHES.

Nymphoides. Menianthes foliis cordatis integerrimis, coroliis ciliatis. Œd. Dam. t. 33. ɜ. Sabb. Hort. Rom. v. 2. t. 67.

Herba caule foliisque Nymphaceæ simillima.

Umbellæ laterales simplices subsessiles.

Flores lutei.

Habitat in lacu Mexicano, et Europa. Uulgo Nimpha, aliis Piscium folia, quia Ranas, Atherinasque, et Munidas, Linn. *pisces albos*, dictas illis inuoluunt.

G. SPIGELIA.

Anthelmia. Spigelia caule herbaceo, foliis summis quaternis. Amœn. Acad. 5. p. 133. t. 2. Mat. Med. 64. Ic. 327.

Spigelia quadrifolia spicis terminalibus. Brown. Iam. 156. t. 37. f. 3.

Herba caule simplici sesquipedali tetragono glabro.

Folia opposita; superiora quaterna lanceolata integerrima glabra, subsessilia.

Spicæ terminales laxæ secundæ.

Flores purpurei.

Habitat in Chilpanzingo, Cayena, Brasilia, et Iamaica. Floret Iulio. ⊙.

Proprietas. Herba expellens odore fœtida, et ad uermes uecandos efficacissima.

G. OPHIORHIZA.

Mungos. Ophiorhiza foliis lanceolato–ouatis. H. Zeyl. 402. Mat. Med. 65. Amœn. Acad. 2. p. 118.

Mungos radix. Kæmph. Amœn. 577.

Habitat in India et calidissimis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Nouembri. ♃.

Proprietas. Radix amarissima, et expellens propinatur in mordibus uenenatis hydrophobia et febribus synochalibus. Ingreditur in compositionem lapidis Goæ sub nomine *radicis serpentum*.

G. CONUOLUULUS.

Hederaceus. Conuouulus foliis cordatis integris, trilobisque corollis indiuisis, fructibus erectis.

Conuoluulus annuus, foliis cordatis rarius trilobis calycibus tuberculato pilosis. Hort. Cliff. 67.

Conuoluulus flore purpureo calyce punctato. Dill. Elth. 99. t. 83. f. 96. infer. 97. t. 81. f. 93.

Habitat in Asia, America et Africa. ⊙.

Purpureus. Conuoluulus foliis cordatis indiuisis, fructibus cernuis, pedunculis incrassatis. Mill. Dict. n. 4.

Conuoluulus calycibus tuberculatis pilosis. Hort. Ups. 38. Gron. Uirg. 141.

Conuoluulus folis cordato, glabro. Dill. Elth. 100 t. 84. f. 97.

Mecapatli. Hernand. Mex. 304.

Habitat in Nouæ Hispaniæ. Floret Iunio, ♃.

Proprietas. Decoctum totius plantæ recentis humores uiscidos purgat, uermesque expellit. Hern. l. c.

Obscurus. Conuoluulus foliis cordatis indiuisis, caule subpubescente, pedunculis incrassatis unifloris, calycibus glabris.

Conuoluulus flore minore lacteo, fundo atro rubente. Dillen. Elth. 98. t. 83. f. 95.

Caulis herbaceus teres uillosus.

Folia cordata indiuisa infernè subuillosa.

Pedunculi petiolis longiores pubescentes apice incrassati uniflori.

Bracteæ binæ subulatæ alternæ.

Flores albi fundo corollæ atro–rubente.

Habitat in montibus Guanaxuati ex India Orientali. Floret Iunio. ⊙.

Umbellatus. Conuoluulus foliis cordatis, caule uolubili pedunculis umbellatis.

Conuoluulus luteus polianthos. Plum. Amer. 88. t. 102.

Caulis uolubilis suffruticosus teres glaber.

Folia cordata indiuisa utrinque glabra breuiter petiolata.

Pedunculi axillares, terminales umbellati petiolis longiores.

Flores albi.

Habitat prope Apatzingam, Iamaica, aliisque Americanis insulis. Floret Octobri. ♃.

Canariensis. Conuoluulus foliis cordatis pubescentibus, caule perenni uilloso pedunculis multiflores. Mill. Dict. n. 16.

Conuoluulus canariensis semperuirem foliis mollibus et incanis. Comm. Hort. 2. p. 101. t. 51.

Habitat in insulis canariensibus, et temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Iunio. ♃.

Muricatus. Conuoluulus foliis cordatis, pedunculis incrassatis, calycibus læuibus, caule muricato.

Caulis glaber aculeis obtusis carnosis mitibus armatus.

Folia integerrima utrinque glabra.
Pedunculi biflori incrassati.
Corollæ infundibuliformes albæ tubo longissimo, limbo maximo patenti in aliis purpureæ.
Habitat Quahuanacæ et Tecontlapani audit, et in Surate. Floret Maio. ♄.
Ialapa. Conuoluulus foliis diformibus, cordatis angulatis, oblongis, lanceolatisque caule uolubili, pedunculis unifloris. Mat. Med. p. 66.
Conuoluulus foliis uariis, pedunculis unifloris, radice tuberosa. Mill. Dict. n. 31.
Habitat Mexici, et Ueracruz. ♃.
Proprietas. Radix acris, nauseosa, purgans hydragoga, anthelmintica, in chronicis adfectibus usurpatur.
Quinquefolius. Conuoluulus foliis digitatis glabris, dentatis, pedunculis læuibus, Sylt. Ueg. 170.
Habitat ad margines fluuii Tepetlapæ, aliisque Americæ locis. Floret Maio. ♃.
Pentaphyllus. Conuoluulus foliis digitatis quinis pilosis, integerrimis, caule piloso. Royen Lugdb. 429.
Ipomœa foliis digitatis quinis pilosis, integerrimis caule piloso, pedunculis multiflores. Sp. Plant. 1. p. 162. Hort. Ups. 39.
Habitat in caliodore America. Floret Iulio. ♃.
Maximus. Conuoluulus foliis cordatis, ouatis, acuminatis, integerrimis glaberrimis, caule petiolisque glaberrimis. Suppl. p. 137.
Tiru-tali. Rheed. Mat. u. 11. p. 109. t. 53.
Planta suffruticosa uolubilis caule obsolete triangulari glabro.
Folia cordata, nonnulla ouata acuminata glaberrima.
Pedunculi petiolis longiores fasciculati.
Flores albi.
Habitat in Zeylan, Quahuanahuacæ. Floret Maio ♃.
Corymbosus. Conuoluulus foliis cordatis, pedunculis umbellatis, caule repente.
Conuoluulus Niueus polianthus folio subrotundo maiore. Plum. Sp. 1. ic. 89. f. 2.
Caulis suffruticosus repens teres glaber.
Folia cordata indiuisa.
Pedunculi axillares subumbellati.
Flores albi.
Habitat in Noua Hispania. Floret Aprili. ♃.
Brasiliensis. Conuoluulus foliis emarginatis basi biglandulosis, pedunculis trifloris. Mill. Dict. n. 14.
Conuoluulus Marinus catharticus foliis rotundo, flore purpureo. Plum. Amer. 89. t. 104.
Habitat in Brasilia et Acapulco. Floret Nouembri. ♃.
Quahutzehuatl. Conuoluulus foliis subcordato oblongis, pedunculis axillaribus racemosis secundis, caule arboreo. Fl. Mex.
Arbor florens elegantissima subuigintipedalis, lactescens.
Rami alterni simplices patenti deflexi, teretes, glabri, albicantes.
Folia subcordato-oblonga, nonnumquam ouata, raro subrotunda, integerrima uenoso-reticulata, rugosa, utrinque tomentosa, breuiter petiolata.
Racemi axillares compositi ascendentes secundi pedicellis subtrifloris.
Bracteæ ouatœ deciduœ.
Flores albi campanulati limbo quinqueangulato, emarginatoque.
Sanina subouata hinc gibba, inde angulata pappo piloso, utroque margine cincta.
Habitat in calidis et siccis Quahunahuacæ, aliarumque Nouæ Hispaniæ Regiorum agris. Floret Nouembri ♄.
Obseruatio. Uariat ratione loci foliis læuibus et glabris.
Œconomia. Gummi é trunco inciso stillans picis gerit rices in cadorum doliorumque scissuris occludendis. Uenatores supra arbores spectantes ceruos flores deciduos auide deuorantes, noctu occidunt.
Arboreus. Conuoluulus foliis oblongis undulatis, racemis terminalibus caule arboreo. Fl. Mex. Ic. 49.
Arbor præcedenti, et sub eodem nomine Quahutzehuatl ab Indigenis recepta quamuis ex colore species distinctas constituant, hanc enim nigram Quahutzehuatl, illam uero albam adpellant. Disserunt tamen uenera tum racemosum situ quam foliorum figura et ramorum directione, qui in præsenti erecto patentes, in illa autem patenti deflexi constanter reperiuntur.
Œconomia. Eosdem ac præcedens usus habet.
Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus, nec procul au Mexico. Floret Octobri ♄.
Superbus. Conuoluulus foliis ouatis integerrimis tomentosis racemis terminalibus compositis, caule fruticoso uolubili. Fl. Mex.
Frutex uolubilis caule tereti simplici latescente altissimas arbores superante, infernè glabro, supernè tomentoso.
Folia ouata, raro subcordata integerrima rugosa, utrinque tomentosa, breuiter petiolata.
Racemi terminales compositi; pedunculis partialibus ascendentibus.
Flores capsulæ, seminaque præcedentibus simillima.
Habitat in calidioribus circuitibus Tepalcatepeci. Floret Decembri ♄.
Bractiflorus. Conuoluulus foliis cordatis acuminatis, bracteis cordatis conduplicatis petiolatis floriferis caule uolubili. Fl. Mex. Ic. 207.
Herba uolubilis caule simplici, stricto, tereti, glabro, albicante, punctis sparsis prominentibus scabriusculo.

Folia cordata acuminata, integerrima, petiolata, utrinque glabra.

Racemi terminales simplices longissimi, penduli.

Bracteæ cordatæ acutæ conduplicatæ petiolatæ floriferæ, persistentes, floribus concolores.

Flores purpurei infundibuliformes singuli singulis bracteis uelut et spatha orti.

Semina præcedentibus simillima.

Habitat in Quahunahuacæ agris. Floret Septembri ☉.

Nisi capsulam bilocularem tetraspermamque inuenissemus inter Ipomœæ species præsentem locandam censeremus.

Mazatlanensis. Conuoluulus foliis cordatis acuminatis bracteis petiolatis floriferis, caule procumbente. Fl. Mex.

Differt â præcedenti caule procumbentes hirsuto; corollis subcampanullatis et bracteis decoloribus.

Habitat in Mazatlan. Floret Iulio ♃.

Rotundifolius. Conuoluulus foliis subrotundis indiuisis, pedunculis racemosis. Fl. Mex.

Planta uolubilis caule tereti glabro, rubro purpurascente.

Folia subrotunda integerrima sericeæ rugosa, nonnulla terminalia acuminata.

Pedunculi racemosi teretes tomentosi foliis longiores.

Flores albi speciosi.

Bracteæ lineares.

Habitat cum præcedenti. Floret Maio ♃.

Digitatus. Conuoluulus caule erecto herbaceo, foliis digitatis filiformibus. Fl. Mex. ¿Neycotlaptli? Hern. Mex. 391.

Herba drodantalis radice tuberoso-globosa.

Caulis erectus striatus.

Folia alterna basi fisa laciniis quinque, vel septem filiformibus, flores uiolacei axillares ut plurimum solitarii, pedicellati.

Nutans. Conuoluulus foliis ouatis racemis axillaribus nutantibus, caule fruticoso uolubili. Fl. Mex. Ic. 94.

Planta fruticosa lactescens caule uolubili tereti, glabro cinericeo supernè in ramos horizontales diuiso.

Folia alterna ouata subtus tomentosa.

Racemi axillares, simplices nutantes.

Flores albi.

Pedicelli filiformes.

Calyces ex albo uirentes, foliolis tribus exterioribus obouatis attensillorum basia latere appendice membranacea aurito intimis duobus minimis.

Habitat in calidissimis Ixtlæ pontis agris. Floret Nouembri ♄.

Pedatus. Conuoluulus foliis pedatis linearibus, caule, uolubili filiformi, pedunculis subsolitariis. Fl. Mex.

Herba caule uolubili filiformi uilloso.

Folia pedata foliolis linearibus, breuioribus, tomentosis.

Pedunculi axillares filiformes solitarii, raro biflori, foliis duplo longiores.

Flores purpurei.

Habitat in calidissimis Mitepeci agris. Floret Septembri ☉.

Sinuatus. Conuoluulus erectus foliis oblongis sinuato dentatis, subsessilibus, pedunculis axillaribus unifloris. Fl. Mex.

Caulis herbaceus sesquipedalis, obtusè trigonus, erectus uillosus, fusco-purpureus.

Rami alterni directione, et figura caulis.

Folia alterna oblonga sinuato-dentata, utrinque uillosa.

Petioli breuissimi membranacei cauli concolores.

Pedunculi axillares teretes foliis breuiores, solitarii.

Bracteæ binæ oblongæ oppositæ integerrimæ.

Flores purpurei elegantes.

Habitat in saxosis Ixtlæ Hæreditatis agris non procul â Queretaro. Floret Iunio ☉.

Queretarensis. Conuoluulus procumbens foliis oblongis integerrimis pedunculis axillaribus subbifloris. Fl. Mex. Ic. 405.

Caulis procumbens herbaceus ascendens strictus, striatus teres, glaber subruber flexuosus.

Folia oblonga apice atenuata integerrima, utrinque glabra.

Petioli breues rubentes supernè, canaliculati.

Pedunculi axillares longitudine foliorum teretes secundi, subrubri, subbiflori.

Corollæ albæ maximæ fauce purpurascente.

Habitat in Queretari agris. Floret Maio ☉.

LISIANTHUS.

Paciflorus. Lisianthus foliis ouatis sessilibus; floribus terminalibus sessilibus. Fl. Mex. Ic. 33.

Herba dodrantalis caule tereti glabro parum diuiso.

Folia opposita ouata erecta integerrima glabra, sessilia.

Flores intensè rubri elegantes sessiles subsolitarii.

Habitat in temperatis Huangi, montibus. Floret Iulio ☉.

Obseruatio. Stamina tubo breuiora antheræ sagittatæ erectæ, stylo filamentis longiori conniuentes, stigma obtusum emarginatum.

DATURA.

Ferox. Datura pericarpiis spinosis erectis ouatis, spinis summis maximis, foliis sinuatis. Fl. Mex. Ic. 244.

Datura pericarpiis spinosis, erectis ouatis, spinis summis maximis conuergentibus. Amœn. Acad. 3. p. 403.

Habitat prope Guanaxuatum. Floret Iulio ⊙.

Obseruatio. Daturæ Stramonio similis non tamen adeo glabra; differt foliis sinuatis præcipue ad basim, spinisque quatuor maximis.

Stramonium. Datura pericarpiis spinosis erectis ouatis, foliis ouatis glabra. Sabb. Hort. 1 t. 92.

Stramonium foliis angulosis fructu erecto, muricato, calyce pentagono. Hall. Helu. n. 586.

Tlapatl. Hern. Mex. 278.

Habitat in Noua Hispania et Europa ⊙.

Proprietas. Repellens. Narcotica et infaniem inducens sed caule adhibita confert in epilepsia aliisque morbis necnon in febribus inota. Clariss Sthorc. et Hern.

Metel. Datura pericarpiis spinosis nutantibus globosis, foliis cordatis, angulatis pubescentibus. Fl. Mex.

Datura pericarpiis spinosis nutantibus globosis foliis cordatis subintegris, pubescentibus. Ludw. Ect. t. 158.

Stramonium fructu spinoso, rotundo flore albo simplici. Tourn. p. 118.

Planta præcedenti simillima ab eaque uix differens, nisi fructu globoso nutanta, et calyce non angulato.

Habitat in plenisque Nouæ Hispaniæ, Asiæ et Africæ locis. Floret tota æstate ⊙.

Arborea. Datura pericarpiis glabris inermibus nutantibus caule arboreo. Mill. Ditc. n. 2.

Arbuscula octopedalis.

Folia ouata integerrima magna.

Flores nutantes duplicati, vel multiplicati fragrantes.

Habitat in utraque America et in Septentrionali quidem *Floripondio*, uulgo apellatur. Floret Maio ♄.

Proprietas. Flores oleo amigdalarum dulcium elixi ab dolores artricos sedandos ab Indigenis commendantur.

Maxima. Datura pericarpiis glabris subrotundo ouatis erectis, caule scandente. Fl. Mex. Ic. 207.

Tecomaxochitl Hern. Mex. 408.

Planta fruticosa uicina scandens, arboresque proceriores superans caule simplici tereti, flexuoso, ad apicem uero in ramos firmiores diuiso.

Folia eliptica integerrima nitida prope flores conferta.

Flores lutei infundibuliformes crassi, limbo quinquefido crenato, congeneribus multo maiores.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Iunio ♄.

Proprietas. Aqua calycibus contenta priusquam flores erumpant in oculorum inflamationibus ab Indigenis laudatus.

Sinuata. Datura pericarpiis ouatis, glabris erectis, foliis oblongis, sinuatis, caule herbaceo. Fl. Mex.

Habitu congeneribus similis differt à Datura Sæui foliis oblongis sinuatis.

Habitat in inundatis Queretari circuitibus. Floret Iunio ⊙.

G. HYOSCIAMUS.

Niger. Hyosciamus foliis amplexicaulibus sinuatis floribus. Mat. Med. 71.

Habitat in Ixtacalco prope Mexicum et in Europa. Floret Nouembri ⊙.

Proprietas. Tota planta repellens, resolutiua, narcotica, et insaniem pruducens caute tamen exhibita, uti de Datura Stramonio dictum, mira præstat in mania, conuulsionibus paralysi, et epilepsia, Semen propinatur in tussi et hæmopthysi, dentiumque dolorem lenit.

G. NICOTIANA.

Tabacum. Nicotiana foliis lanceolato-ouatis, sessilibus decurrentibus floribus acutis. Sabb. Hort. 1 t. 89. Mat. Med. 71.

Habitat in Europa et Noua Hispania ⊙.

Proprietas. Tota planta narcotica, infatuans, repellens, erhyna et uulneraria: prudenter uero adhibita præstantissima remedium in asthmate, hydrope, scabie, aliisque morbis.

Fruticosa. Nicotiana foliis lanceolatis, amplexicaulibus, floribus acutis, caule frutescente.

Nicotiana foliis lineari-lanceolatis acuminatis semiamplexicaulibus. Mill. Dict. n.

Habitat in Noua Hispania et Europa ♃.

Rustica. Nicotiana foliis petiolatis ouatis integerrimis, floribus obtusis. Sabb. Hort. 1. t. 90.

Piziell Hern. Mex. 179.

Habitat in America et Europa ⊙.

Proprietas. Certat uiribus cum præcedenti ut uidere est apud Hernandium loco citato.

Paniculata. Nicotiana foliis petiolatis cordatis integerrimis floribus racemosis secundis, subringentibus. Mill. Dict. n. 9.

Nicotiana foliis cordatis petiolatis, floribus racemosis secundus. Gou. Hort.

Herba quinquepedalis.

Folia cordata, uiscida uillosa.

Stamina in labium superius corollæ inflexa.

Calycis altera lacinia reliquis duplo longior.

Habitat in Regio Mexicano Hortu et Perú ⊙.

Pusilla. Nicotiana foliis ouato-lanceolatis obtusis, rugosis, calycibus breuissimis. Mill. ic. 185. f. 2.

Habitat in Ueracruce aliisque calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Iunio ⊙.

G. PHLOX.

Maculata. Phlox foliis lineari-lanceolatis scabriusculis, pedunculis corymbosis. Fl. Mex.

Phlox foliis lanceolatis læuibus, racemo oppositi corymboso. Iacq. Hort. t. 127.

Planta suffruticosa bipedalis.

Rami numerosi erecti teretes atro-purpurei scabri.

Folia alterna lineari-lanceolata scabriuscula sessilia.

Racemi terminales subcorimbosis.

Flores uiolacei.

Habitat in Uirginia, et Sancti Angeli oppido prope Mexicum. Floret Iulio ♃.

Diuaricata. Phlox caule simplicissimo, foliis ouato-lanceolatis, pedunculis subgeminis axillaribus Fl. Mex. Ic. 132.

Phlox foliis ouato-lanceolatis, superioribus alternis, caule bifido, pedunculis geminis. Mill. Dict. n. 4. et ic. f. 1.

Herba sesquidodrantalis caule simplicissimo, erecto stricto uilloso scabriusculo.

Folia inferiora opposita, superiora alterna ouato-lanceolata serrato ciliata, tomentosa, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares bini aut terni, raro solitarii, filiformes uillosi, inæquales.

Flores uiolacei.

Bracteæ duplici serie dispositæ, quatuor exteriores maiores, hispidæ acutæ erectæ, interiores membranaceæ.

Stamina longitudine corollæ extra tubum exserta.

Habitat in Apatzingam, Uirginia, aliisque Americæ locis. Floret Octobri ⊙.

Inuolucrata. Phlox foliis ouatis serrato-spinosis, superioribus alternis floribus agregatis. Fl. Mex.

Herba tripedalis caule ramisque teretibus gracilibus glabris.

Folia inferiora opposita; superiora alterna ouata serrata, dentibus cuspidatis, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares filiformis foliis dimidio longiores trifidi.

Flores cœrulei sessiles, subseni inuolucrati.

Bracteæ quaternæ ouatæ ciliatæ spinosæ.

Stamina extra tubum exserta fere longitudine corollæ.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri ⊙.

Spinosilla. Phlox foliis lanceolatis hispido serratis floribus axillaribus solitariis tubulosis caule erecto. Fl. Mex. Ic. 134.

Herba tripedalis ramis alternis erectis strictis teretibus ferrugineo-tomentosis scabris.

Folia alterna lanceolata erecta subimbricata scabra hispido serrata sessilia.

Flores coccinei axillares, tubulosi, sessiles solitarii.

Habitat in montibus Mexico uicinis, ubi *Spinosilla Uirginis Herba Myrtus Siluestris* vulgo adpellatur.

Proprietas. Totius plantæ decoctum propinatur, in febribus catharralibus felicissimo et sat constanti euentu. Mulieres abluunt caput ut capilli crescant.

Uiolacea. Phlox foliis lineari-lanceolatis scabris; floribus terminalibus solitariis. Fl. Mex. Ic. 133.

Herba bipedalis caule ramisque erectis teretibus strictis scabris exilibus.

Folia alterna lineari-lanceolata, ciliato-serrata scabra erecta sessilia.

Flores uiolacei terminales solitarii staminibus exsertis.

Habitat in aridis Sanctæ Mariæ Remediorum prope Mexicum montibus. Floret Maio ⊙.

Procumbens. Phlox foliis lanceolatis hispido serratis, pedunculis axillaribus solitariis caule procumbente. Fl. Mex.

Herba procumbens caule, ramisque filiformibus teretibus strictis diffusis gracilibus scabris.

Folia alterna lanceolata hispido-serrata, sessilia.

Flores uiolacei axillares solitarii.

Pedunculi filiformes.

Bracteæ membranaceæ reticulatæ spinosæ imbricatæ.

Habitat in Ixtapalapæ prope Mexicum colle. Floret Septembri et Octobri ⊙.

G. IPOMŒA.

Quamoclit. Ipomœa foliis pinnatifidis, linearibus, floribus subsolitariis. Mill. Dict. n. 1. et ic 214 Sabb. Hort. 1 t. 85.

Quamoclit foliis tenuiter incisis et pinnatis. Tourn p. 116.

Flos cardinalis. Rumph. Amb. 5 p. 421 t. 155. f. 2.

Habitat in Acapulco, et India. Floret Nouembri ⊙.

Obseruatio. Uariat pedunculis multifloris.

Coccinea. Ipomœa foliis cordatis acuminatis, basi angulatis, pedunculis multifloris. Hort. Ups. 39.

Conuoluulus coccineus folia angulosa. Plum. Amer. 89. t. 103. Rai. Suppl. 380.

Habitat in Hispaniola et Mexici, ubi *Melindre de Monja* nuncupatur. Floret Iulio ♃.

Tuberosa. Ipomœa foliis palmatis lobis septenis lanceolatis, acutis integerrimis, pedunculis trifloris. Iacq. Obs. 1. p. 39. Hort. Ups. 39. Ic. 39.

Ipomea heptadactyla maior scandens flore maiore campanulato calyce membranaceo, seminibus uillosis. Brown. Iam. 155.

Totoyoxitl. Hern. Mex. 256.

Herba uolubilis radici tuberoso-globosa, lactescens.

Flores purpurei.

Bracteæ cordatæ.

Habitat in Iamaica et Sancti Angeli hortis prope Mexicum. Floret Iulio ♃.

Proprietas. Catharticum esse nobilissimum asserit Hernandius loco citato.

Hastata. Ipomœa foliis sagitato-hastatis pedunculis bifloris. Burm. Ind. 50 t. 18. f. 2. Ic. 35.

Temecatl Hern. Mex 305.

Herba diffusa caule tereti uilloso.

Folia hastata auriculis sinuatis uillosa glauca.

Pedunculi longitudine foliorum biflori, raro solitarii.

Flores purpurei.

Habitat in laura, et ad margines fluuii Sancti Angeli. Floret Iulio ♃.

Proprietas. Radix semiunciæ pondere emetica est et cathartica. Hern. loc. cit.

Glaucifolia. Ipomœa foliis sagittatis postice-truncatis pedunculis bifloris.

Conuolu. foliis cordato-lanceolatis. Hort. Cliff. 67.

Conuoluulus stellatus aruensis folio glauco. Dill. Elth. 103. t. 87. f. 101.

Planta uolubilis caule angulato glabro.

Folia cordato-sagittata.

Pedunculi longissimi filiformes, biflori.

Flores coccinei, cylindrici inodori.

Habitat Mexici, et Quahunahuacæ. Floret Aprili ♃.

Triloba. Ipomœa foliis trilobis cordatis pedunculis trifloris. Mill. Dict. n. 6.

Planta uolubilis caule uilloso tereti.

Folia cordata triloba lobulo intermedio ouato: lateralibus semi cordatis, integerrimis glabris.

Pedunculi triflori.

Flores uiolacei.

Capsulæ hirsutæ.

Habitat in Noua Hispania. Floret Iunio ♃.

Obseruatio. Uariat foliis quinque lobatis, floribus rubris fructibusque glabris.

Hederifolia. Ipomœa foliis cordatis angulatis, trilobis pedunculis multiflores racemosis. Fl. Mexicana.

Ipomœa foliis trilobis cordatis pedunculis multifloris racemosis.

Quamoclit hederæ folio trifido. Plum. Sp. 3. t. 93. f. 2.

Caulis teres glaber.

Folia cordata acuminata alia acuta quinque, aut septemangulata, alia triloba subintegerrima alia utrinque glabra.

Pedunculi longissimi racemosi.

Flores luteo et latericii colores uariantes fauce corollæ campanulata.

Stamina longissima.

Habitat prope Australis Oceani littoræ in Noua Hispania. Floret Ianuario ⊙.

Sagittata. Ipomœa foliis sagittatis, pedunculis unifloris. Fl. Mex. Ic. 37.

Iztacolotlzin. Hern. Mex. 256.

Caulis herbaceus radice tuberosa fusiformi.

Folia sagittata glabra, longè petiolata.

Flores solitarii.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum. Floret Iulio ♃.

Proprietas. Semiunciæ pondere exhibita radix cathartica monet asserente Hernandio loc. cit. ubi eadem Mexicanum Scamonium adpellat.

Quinqueloba. Ipomœa foliis cordatis quinque lobatis, pedunculis trifloris. Fl. Mex.

Planta præcedentibus habitu simillima.

Folia quinqueloba lobulis extimis sinuatis.

Flores coccinei.

Habitat in aridis Mexici circuitibus.

G. NERIUM.

Oleander. Nerium foliis lineari-lanceolatis ternis corollis coronatis.

Nerium floribus rubescentibus. C. B. P. 464. Tourn. p. 605. Biurm. Zeyl. t. 77.

Habitat in Hispania utraque et India Orientali. Floret Maio ♄.

Obseruatio. Uariat floribus decandris, foliisque terni et oppositis.

Proprietas. Folia uenenatissima, oleum tamen in quo fuerint decocta, scabiei utilissimum censetur.

G. ECHITES.

Quinqueangularis. Echites pedunculis racemosis foliis ouatis acuminatis. Ic. 274.

Echites pedunculis racemosis foliis obouatis acuminatis. Iacq. Amer. 32. t. 25.

Planta uolubilis caule tereti lactescente fruticoso.

Folia opposita ouato-acuminata, breuiter petiolata.

Racemi axillares simplices.

Flores lutei annulo supra tubum corollæ eleuato.

Habitat in utraque America. Floret Iulio ♃.

Torulosa. Echites pedunculis subracemosis, foliis lanceolatis, acuminatis. Jacq. Amer. 33. t. 27.

Nerium Sarmentosum scandens, ramulis tenuibus folliculis gracilibus torosis. Brown. Iam. 181. t. 16. f. 2.

Folliculi filiformes longissimi torulosi.

Habitat in Tixtlæ, montibus, et Iamaica. Floret Augusto ♄.

Trifida. Echites pedunculis trifidis multifloriis foliis ouato-oblongis acuminatis. Iacq. Amer. 31. t. 24.

Planta uolubilis caule tereti, lactescente fruticoso.

Folia opposita ouato-oblonga acuminata, basi emarginata, subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Racemi axillares trifidi floribus confertis.

Bracteæ lanceolatæ.

Folliculi ouato-oblongi lanati.

Habitat in Noua Hispania. Floret Iunio ♃.

Lateriflora. Echites foliis oblongo-ouatis racemis lateralibus simplicibus, caule erecto. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis.

Rami erecti teretes glabri, iuniores floriferi apice compressi.

Folia opposita oblongo-ouata, acuta glabra breuiter petiolata.

Racemi laterales simplices foliis dimidio breuiores.

Bracteæ lineares.

Flores lutei inter congeneres parui, limbi laciniis linearis oblongis reuolutis.

Habitat in frigidis Chucandiri montibus. Floret Augusto ♄.

Paruiflora. Echites uolubilis foliis ouatis corollæ apicibus linearibus elongatis, racemis trifidis. Fl. Mex.

Planta caule inermi suffruticoso uolubili tereti glabro.

Folia ouata acuta integerrima, margine reuoluta utrinque glabra.

Petioli breues supernè canaliculati.

Racemi axillares communiter trifidi.

Corollæ decolores paruæ infundibuliformes, tubo quinque angulari, limbi laciniis intus uillosis, apice linearibus elongatis, reflexis.

Nectarium squammæ quinque subulatæ, erectæ longitudine germinum.

Folliculi.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ♃.

Undulata. Echites erecta inermis foliis lanceolatis, undulatis, floribus racemosis. Fl. Mex. Ic. 38.

Frutex lactescens quinquepedalis.

Rami erecti teretes glabri semperuirentes.

Folia opposita lanceolata, angusta, undulata, margine reuoluta utrinque glabra, infernè albicantia breviter petiolata.

Racemi axillaris lateralesque compositi parui pauciflori.

Pedicelli biflori.

Floris albi inter congeneres minimi.

Folliculi.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ♄.

Subcordata. Echites foliis subcordatis pedunculis racemosis terminalibus, caule uolubili, inermi. Fl. Mex.

Caulis uolubilis lactescens fusco-rubens, punctis albicantis asperis scabriusculus.

Rami breuissimi uis tripollicares, canaliculatis.

Folia opposita subcordata acuminata superné glabra, subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Racemi simplices in apice ramulorum.

Corollæ luteæ inter congeneres mediocres, inodoræ.

Folliculi.

Habitat in montibus Acahuizotlæ.

Floret Iulio. ♄.

Reuoluta. Echites foliis ouato-oblongis mucronatis margine reuolutis, pedunculis terminalibus racemosis, caule erecto. Fl. Mex. Ic. 408.

Planta suffruticosa tripedalis lactescens, caule erecto tereti glabro rubente.

Rami alterni cauli similes.

Folia opposita ouato-oblonga innocue mucronata integerrima margine reuoluta, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Racemi terminales trifidi, primaris in dichothomia caulis, ramulis lateralibus breuiore.

Flores albi parui, tubo corollæ uix calyce longiore, inodori.

Bracteæ subulatæ.

Folliculi.

Habitat in Queretari agris. Floret Iunio. ♃.

Cimicida. Echites pedunculis axillaribus biflorіs, foliis ouato-oblongis folliculis subulatis. Fl. Mex. Ic. 343.

Actimpatli Mexicanis.

Planta fruticosa caule tereti suberecto glabro.

Folia opposita raro alterna ouato-oblonga, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Pedunculi axillaris biflori.

Flores lutei congeneribus minores.

Folliculi subulati.

Habitat in Tepechicotlani montibus.

Floret Augusto. ♄.

Proprietas. Folia tusa carni, tardoue in mixtas cimices ac pulices occidere, asserunt Indigenæ, unde nomen Actimpatli siue *pulicum necatrix* plantæ impositum.

Uniflora. Echites pedunculiis solitaris, foliis cordato-oblongis, caule erecto. Fl. Mex. Ic. 303.

Planta suffruticosa sesquipedalis, caule erecto tereti subtomentoso.

Folia opposita ternaque cordato-oblonga, subrugosa, subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Pedunculi terminales solitarii, crassiusculi, subrubi, tomentosi.

Flores albi iasminum redolentes, lituris quibusdam roseis inscripti.

Folliculi.

Habitat in Oppidi Sancti Hieronymi prope Chilapam montibus. Floret Augusto. ♄.

Campanulata. Echites uolubiliis foliis ouatis acuminatis, racemis simplicibus, corollis subcampanulatis. Fl. Mex.

Planta suffruticosa, caule uolubilis tereti glabro.

Folia opposita, ouato-acuminata integerrima, undulata utrinque glabra breuiter petiolata.

Racemi axillares simplices.

Flores gemini pallide lutei fauce corollæ campanulata, limbi laciniis ciliatis.

Habitat in Oppido Tepalcatepec. Floret Decembri. ♃.

G. PLUMERIA.

Alba. Plumeria foliis lanceolatis reuolutis pedunculis superné tuberosis. Iacq. Amer. 36, t. 174, f. 12, Ic. 43.

Plumeria flore niueo, foliis longis augustis et acuminatis. Plum. Sep. 20. ic. 231, Tourn. p. 659.

Cacaloxochitl Hern. Mex. 24.

Arbuscula elegans uix tres orgyas longa.

Rami teretes glabro dichothomi.

Folia lanceolata reuoluta glabra, uenis subtus prominentibus transuerse striata subsessilia.

Flores terminalis congesti odoratissime ex albo in rubrum mirè uariantes.

Pedunculi superné tuberosi, breuissimi crassiusculi.

Habitat in Iamaica et calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret toto Uere. ♄.

Proprietas. Radix uti tota planta lacte niueo abundantissimo scatens, uulneraria, et in lue uenerea usitata. Syrupus florum antiscorbuticus inter mexicanos medicos recensetur. Ipsi flores proconditurís magni æstimantur.

G. TABERNÆMONTANA.

Grandiflora. Tabernæmontana foliis oppositis caule dichothomo, calycibus inæqualibus laxissimis. Iacq. Amer. 40, t. 31.

Arbuscula elegans duodecim pedalis.

Rami dichothomi lactescentes.

Folia oppossita eliptico–lanceolata, integerrima, glabra, uenis subtus prominentibus obliquis striata subsessilia.

Pedunculi ad latera dichothomiæ ramorum subtriflori.

Flores lutei, formosissimi, inodori congeneribus multo maiores.

Habitat in Occidentali Carthagine, et montibus Mazatlani. Floret Iulio. ♄.

Laurifolia. Tabernæmontana foliis oppositis oualibus obtusiusculis. Ic. 45.

Tabernæmontana laurifolia, flore albo, fructu rotundiore. Almm. Herb. 212.

Nerium arboreum folio latiore obtusa, fiore luteo minore. Sloan Iam. 154, Hist. 2, p. 62, t, 186 f. 2.

Arbuscula præcedenti parum dissimilis.

Habitat in aridis, et calidissimis Nouæ Hispaniæ regionibus, et in Iamaica. Floret Augusto. ♄.

G. CARISSA.

Uerticillata. Carissa foliis lineari–lanceolatis uerticillatis. Fl. Mex. Ic. 263.

Arbor quindecimpedalis inelegans.

Folia terna lineari–lanceolata, transuerse uenosa glabra, breuiter petiolata.

Racemi terminales compositi.

Flores decolores inodori.

Habitat in Mazatlani montibus. Floret Iulio. ♄.

G. IACQUINIA.

Armillaris. Iacquinia foliis obtusis mucronatis. Fl. Mex. Ic. 401.

Iacquinia foliis obtusis cum acumine. Iacq. Amer. 53. Mill. Dict. n. 2.

Chrysophyllum barbascum. Loeft. it. 204.

Calyx. Perianthium pentaphyllum foliolis subrotundis, concauis membranaceis, persistentibus.

Corolla monopetala campanulata tubus calyce longior, limbus decemfidus, laciniis subrotundis, interioribus quinque minoribus.

Stamina filamenta quinque subulata plana, tubo paulo longiora, illius basi inserta, antheræ sagittatæ.

Pystillum, Germen ouatum; stylus filiformis duplo staminibus breuior, stigma truncato–capitatum.

Pericarpium. Bacca subrotunda acuminata unilocularis pulpa molli repleta.

Semina plurima subrotunda cartilaginosa extus pulpæ inter corticem adfixa.

Arbuscula decempedalis.

Rami erecti hinc alterni, inde dichothomi nonunquam uerticillatis, cicatriculis foliorum decidentium scabriusculi, fusco ferruginei.

Folia inordinata, plurima alterna erecta imbricata cuneiformia, mucronata, integerrima, utrinque glabra scariosa sessilia.

Paniculæ terminales.

Flores coccinei elegantes.

Baccæ globosæ, stylo persistente acuminatæ, Amigdali, Damascenæ, poma magnitudine subæquantes.

Habitat in Calidioribus Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Iunio ♄.

G. UARRONIA.

Globosa. Uarronia foliis lanceolato–oblongis, caule dichothomo pedunculis axillaribus elongatis nudis spicis globosis.

Uarronia (globosa) spicis æqualibus globosis. Iacq. Amer. 49.

Frutex octipedalis ramis dichothomis scabriusculis.

Folia alterna ouali–lanceolata crenata, asperiusculá rugosa, breuiter petiolata.

Pedunculis terminales elongatis teretes.

Spicæ densæ globosæ.

Flores candidi Iasminum redolentes deciduus, dentibus calycinis, filiformibus reuolutis.

Habitat in aridis Quahunahuacæ agris. Floret Martio. ♄.

Curassauica. Uarronia foliis lanceolatis, spicis oblongis. Iacq. Amer. 40. Ic. 252.

Uarronia assurgens sarmentosa foliis et capitulis oblongis. Browm Iam. 172.

Planta fruticosa quinquepedalis.

Rami alterni numerosi, erecti, subscabri.

Folia alterna oblonga crenata rugosa, subtus tomentosa sessilia.

Spicæ terminales oblongæ tenues.

Floris albi, tubulosi.

Habitat in Chilpanzingi montibus, et Curassao. Floret tota æstate. ♃.

Tuberosa. Uarronia foliis oualis–lanceolatis, racemis terminalibus spicatis: caule ad ramorum exortum tuberculatum. Fl. Mex. Ic. 193.

Arbuscula elegans tres orgyas longa.

Rami ut plurimum terni internodiis tuberculosis caulem in exortu incrassantibus; iunioris tomentosis.

Folia alterna ouati–lanceolata, integerrima supernè asperiuscula subtus tomentosa breuiter petiolata.

Racemi terminales spicati, ut plurimum terni ex apice ramorum tuberculato exorti.

Flores albi subsessiles.

Bracteæ subulatæ.

Habitat in calidissimis Meitepeci montibus. Floret Octobri. ♄.

Lineata. Uarronia foliis lanceolatis dentatis, peduncunlis interfoliaceis; spicis globosis. Fl. Mex.

Uarronia foliis lanceolatis lineatis pedunculis lateralibus petiolo adnatis, spicis globosis. Amœn. Acad. 5, p. 394.

Lantana (Corimbosa) foliis alternis, floribus corymbosis. Sp. Plant. &, p. 628.

Frutex quadripedalis ramis alternis erectis punctis albicantibus prominentibus sparsis, cicatriculisque foliorum decidentium scabris.

Folia alterna lanceolata dentata supernè uillosas glabra subsessilia.

Pedunculi interfoliacei, raro laterales, filiformes petiolis non adnati.

Flores albi parui tubulosi in capitulo siue spica globosa.

Habitat Coahuayana. Floret Iannuaris. ♄.

Bullata. Uarronia foliis ouatis venoso–rugosis; spicis subrotundis inæqualibus, corollis hipocrateriformibus. Iacq. Amer. 41, t. 33.

Frutex quinquepedalis, ramis alternis erecto–patentibus, teretibus, ferrugineis apice uillosis.

Folia ouata rugosa subrepanda supernè hirsuta, subtus tomentosa breuiter petiolata.

Pedunculi terminales apice incrassati, uillosissimi.

Spicæ globulosæ.

Flores albi hypocrateriformes rugosi dentibus calycinis subulatis patenti–reuolutis.

Baccæ coccineæ subrotundæ ciceris magnitudine.

Habitat ad Americana Australis oceani littora prope Cuahuayanam. Floret Nouembri. ♄.

G. CORDIA.

Sebestena. Cordia foliis oblongo–ouatis repandis–scabris. Hasselq. It. 458. Ic. 36.

Cordia foliis subouatis subrepandis Iacq. Amer. 42.

Cordia nucis, Iuglandis folio. Plum. Gen. 13. ic. 105.

Cordia foliis amplioribus hirtis tubo floris subæquali. Brown. Iam. 202.

Sebestena scabra flore miniato–crispo. Dillen. Elth. 341. t. 255. f. 37.

Arbuscula duas orgyas longa.

Rami alterni albo punctati.

Folia alterna subrotundo–ouata, subundulata, scabra, breuiter petiolata.

Corymbi terminales.

Flores albi calycibus decemstriatis tridentatis extus sericeis.

Habitat in ficcis Quahunahuacæ agris, et India. Floret Maio ♄.

Gerascanthus. Cordia foliis lanceolato–ouatis, scabris panicula terminali, calycibus decemstriatis. Iacq. Amer. 43. t. 175. f. 16. Ic.

Gerascanthus foliis ouato–oblongis, utrinque productis racemis terminalibus. Brown. Iam. 170. t. 29. f. 3. Ar.

Arbor triginta pedalis.

Rami alterni teretes glabri.

Folia alterna ouato–lanceolata, maiora, uenoso–reticulata, integerrima, scabra, breuiter petiolata.

Paniculæ compositæ terminales dichothomæ.

Flores lutei marcescentes.

Calyces decemstriati.

Fructus ouato–oblongi, edules dulciuscula mucilagine subadstringenti præditi.

Habitat in calidissimo oppido Apatzingam ubi *tambor* vulgo adpellatur. Floret Septembri ♄.

G. EHRETIA.

Tinifolia. Ehretia foliis oblongo–ouatis, integerrimis, glabris floribus paniculatis. Amœn Acad. 5. p. 595.

Ehretia tinifolia inermis. Iacq. Amer. 45.

Eheretia arborea foliis oblongo–ouatis alternis racemis terminalibus. Brown. Iam. 168. t. 16. f. 1.

Ceraso affinis arbor baccifera racemosa, flore albo pentapetalo, fructu flauo monopyreno, eduli dulci. Sloan. Iam. 2. p. 94. t. 203. f. 1. Rai. Dendr. 45.

Arbor elegans sexorgyas longa.

Rami alterni suberecti, teretes iuniores punctis ferrugineis prominentibus conspersis scabriusculi infernè teretes, prope apicem triangulares.

Folia alterna oblongo-ouata subserrata, coriacea, uenoso-reticulata, scabra subuillosa.

Petioli breuissimi teretes suberecti.

Paniculæ terminales thyrsoideæ.

Pedunculus communis petiolis longior teres uillosus, partiales compressi multiflori.

Flores albi inodori laciniis corollæ reuolutis.

Baccæ subrotundæ quadriloculares.

Semina oblonga solitaria unilocularia.

Habitat in Zapotlami, et Queretari hortis, ubi *Capolin cimarron* ab indigenis adpellantur, qui subdulces baccas libenter edunt. Floret Februario ♄.

Bourreria. Ehretia foliis ouatis integerrimis læuibus, floribus subcorymbosis, calycibus glabris Mill. Dict. n. 2.

Bourreria (succulenta) fructibus succulentis integris. Iacq. Amer. 44. Obs. 2. p. 2. t. 26.

Bourreria arborea, foliis ouatis alternis racemis rarioribus terminalibus. Brown. Iam. 168. t. 15. f. 2.

Arbor uigintipedalis.

Rami alterni, teretes, iuniores pubescentes.

Folia alterna ouata, integerrima scarioso-scabra, tomentosa.

Petioli breues teretes.

Racemi terminales compositi subcorymbosi.

Flores albi inodori, marcescentes, limbi laciniis rotundatis, stigmati bifido.

Baccæ subrotundæ biloculares.

Semina oblonga.

Habitat in Iamaica et Queretari, ubi eodem et præcedens uulgari nomine noscitur. Floret Aprili ♄.

Obseruatio. Uariat foliis uenoso-rugosis scabriusculis.

Exsucca. Ehretia foliis spatulato-oblongis margine reuoluto. Fl. Mex. Ic. 298.

Ehretia foliis cuneiforme, lanceolatis margine reflexo.

Bourreria (exsucca) fructibus exsuccis quadrifidis. Iacq. Amer. 45. t. 173. f. 17.

Rhammis Cumanensis Loefl. it. 182.

Arbor quindecimpedalis.

Rami numerosi diffusi, fusco-cinerei; seniores nudi scabri, decorticati.

Folia in ramis iunioribus alterna oblongo-spathulata, integerrima, glabra, scariosa margine reuoluta, sessilia.

Racemi terminales foliosi, compositi, subcorymbosi, pedicellis confertis.

Flores albi stylo supernè bifido, laciniis indiuisis.

Habitat in Chilpazingi montibus Cumaná et Piritu, ubi Guatacara ab Indigenis nuncupatur, texte Loeflingio. Floret Iulio ♄.

G. TOURNEFORTIA.

Hirsutissima. Tournefortia foliis ouatis petiolatis caule hirsuto spicis ramosissimis terminalibus. Mill. Dict. n. 2.

Pittonia hirsutissima, et ramosissima, baccis albis. Plum. Gen. 5. ic. 209.

Habitat in calid. Americæ locis. Floret Iunio ♄.

Uolubilis. Tournefortia foliis ouatis acuminatis tomentosis, petiolis reflexis caule uolubili. Mill. Dict. n. 3.

Frutex caule tereti uolubili ferrugineo-tomentoso, ramisque alternis consimilibus.

Folia alterna ouata acuminata integerrima utrinque tomentosa, subtus albicantia.

Petioli breuissimi reflexi.

Spicæ terminales ramosæ.

Flores decolores minimi limbi corollarum laciniis acutissimis.

Baccæ paruæ subdepressæ, obtuse tri aut quadrangulares, tri aut quadrispermæ imperforatæ.

Habitat in Iamaica, et Apatzingam. Floret Octobri ♄.

Fœtidissima. Tournefortia foliis ouato-lanceolatis, hirtis, pedunculis, ramosis spicis pendulis. Mill. Dict. n. 1.

Tournefortia scandens foliis hirtis rugosis ouatis, spicis ramosis. Brown. Iam. 169.

Pittonia racemosa Nicotianæ foliis fœtidissimis. Plum. Gen. 5. ic. 230.

Habitat Quahunahuacæ, et in Iamaica. Floret Iunio ♄.

Cymosa. Tournefortia foliis ouato-oblongis petiolatis, spicis terminalibus ramosissimis. Fl. Mex.

Tournefortia foliis ouatis integerrimis nudis spicis cymosis. Tournefortia frutescens humiliis foliis maximis oblongo-ouatis rugosis spicis pendulis rarioribus ramulis crassis sulcatis. Brown. Iam 169.

Frutex decempedalis erectus.

Rami alterni, teretes, piloso-scabri.

Folia alterna ouato-oblonga acuminata margine reuoluta, subrugosa, supernè scabriuscula, subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Spicæ terminales ramosissimæ.

Flores albi, marcesentes, margine nigricante secundi.

Habitat in Iamaica, et Sancti Ioannis vulgo *de los Plátanos* oppido prope Apatzingam. Floret Octobri ♄.

Suffruticosa. Tournefortia foliis sublanceolatis incanis, caule suffruticoso. Mill. Dict. n. 7.

Thymelaceæ facie frutex maritimus tetraspermos, flore tetrapetalo. Sloan. Iam. 138. hist. 2. p. 29. t. 162. f. 4. Rai. Dendr. 96.

Tlachichinoa Patlahuac. Hern. Mex. 292.

Frutex quadripedalis caule ramisque numerosis scabris.

Folia ouato-lanceolata integerrima scabra breuiter petiolata.

Spicæ terminales ramosæ secundæ ut plurimum reflexæ.

Flores albi margine limbi inferioribus nigricante.

Baccæ albæ subrotundæ numero seminum uariæ.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, et Iamaica. Floret toto Uere ♄.

Proprietas. Uniuersam plantam uulnerariam, anodinam, repellentem febrifugam, et ad morbos cutaneos utilem â priscis Mexicanis laudatam, se audiuisse asserit celeberrimus Hernandius loco citato.

G. RAUWOLFIA.

Nitida. Rauwolfia foliis uerticillatis lanceolatis nitidis. Fl. Mex. Ic. 225.

Rauwolfia glaberrima nitidissima. Iacq. Amer. 47. n. 1.

Rauwolfia tetraphylla angustifolia. Plum. Gen. 19. ic. 236. f. 1.

Frutex lactescens decempedalis erectus.

Rami terni aut quaterni erecto-patentes teretes, granuloso scabriusculi.

Folia quaterna, raro terna lanceolata integerrima, nitida subsessilia.

Pedunculi axillares subcorimbosis, foliis breuiores.

Flores albi parui.

Baccæ globosæ uirides lactescentes, maturæ liquore atro-cœrulescente, fœtæ.

Habitat in America Meridionali, et Apatzingam, ubi *cocotombo* uulgo adpellatur. Floret Septembri ♄.

Proprietas. Radix tuxa inque cataplasma redacta erysipelati resoluendo ab Indigenis commendatur foliaque similiter ad ulcera detergenda.

Opositiflora. Rauwolfia racemis oppositifoliis foliis alternis oblongis basi reuolutis. Fl. Mex. Ic. 397.

Frutex duodecimpedalis.

Rami alterni teretes glabri decumbentes.

Folia alterna oblonga apice atenuata basi reuoluta integerrima utrinque glabra dilutè uirentia breuiter petiolata.

Racemi oppositifolii, foliis breuiores simplices, aut trifidi subduodecimflori.

Flores albes parui.

Baccæ oblongæ albicantes.

Habitat in oppido Sancti Ioannis vulgo *de los Plátanos* prope Apatzingam. Floret Octobri ♄.

G. CERBERA.

Theuetia. Cerbera foliis lineari-oblongis confertis. Fl. Mex. Ic. 44.

Cerbera foliis linearibus longissimis confertis. Iacq. Amer. 48. t. 34.

Ahouai Nerii folio, flore luteo. Plum. Sp. 20. ic. 18.

Nerio affinis angustifolia lactescens flore luteo. Pluk. Alm. 253. t. 207. f. 3.

Icotli. Hern. Mex. 443.

Arbor elegans quindecimpedalis.

Rami diffusè â cicatriculis foliorum scabri.

Folia in ramorum apicibus conferta lineari-oblonga, rugosa, margine reuoluta sessilia.

Flores lutei pulcherrimi terminales fasciculati.

Bracteæ lineari-lanceolatæ.

Habitat in Cuba, et calidis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Nouembri ♄.

Proprietas. Planta uenenatissima præcipue semina aut nuces ad lupos enecandos usitatissima, Indis *Herba* (nomen uenenis omnibus uegetabilium commune) audit.

Cuneifolia. Cerbera foliis cuneiformibus confertis. Fl. Mex. Ic. 247.

Arbor præcedenti simillima.

Folia in apice ramosum conferta cuneiformia, transuerse lineata, margine reuoluta, subtus albicantia sessilia.

Flores lutei elegantissimi inodori terminales, fasciculati.

Drupæ præcedentis paulo minores trapeziiformes.

Habitat in Mazatlani montibus. Floret Iunio ♄.

Proprietas. Lactescens ac uenenata ubi præcedens. Nucibus in marsupio allatis ab hœmorrohoidibus se immunes futuros Indi credunt.

G. CESTRUM.

Nocturnum. Cestrum floribus pedunculatis foliis subcordato ouatis. Syst. Ueg. 190. Ic. 41.

Iasminoides foliis Pichaminis flore uirescente noctu odoratissimo. Dillen Elth. 183. t. 153. f. 185.

Papiloxihuitl Mexicanis; vulgo *noctu redolens.*

Arbuscula duodecimpedalis.

Rami teretes glabri.

Folia ouato-lanceolata integerrima supernè glabra, subtus uillosa subsessilia.

Flores pallidè lutei die fœtidi, nocte fragrantes, terminales, racemosi pedunculati.

Baccæ albæ uenenatæ, unde Mexicanum nomen Papiloxihuitl, id est herba pauonibus uenenata impositum.

Habitat in Noua Hispania, Chilensi Prouincia, et Iamaica. Floret Septembri ♄.

Uespertinum. Cestrum floribus subspicatis lateralibus, foliis elipticis.

Cestrum floribus subspicatis sessilibus corollæ tubo longissimo filiformi laciniis acuminatis. Murr. Nou. Comm. Gaett. u. 5. p. 41. t. 8.

Arbuscula â congeneribus sola inflorescentia differens, staminibusque edentalis.

Habitat in Xochixtlan. Floret Octobri. ♄.

Diurnum. Cestrum floribus sesssilibus. Hort. Cliff. 491.

Cestrum pedunculis multifloris corollæ tubo infundibuliformi, limbi laciniis subrotundis. Murr. in comm. Gaett. u. 5. p. 44.

Iasminoides Laureolæ folio, flore candido interdiu odorato. Dill. Eltch. 186. t. 154. f. 186.

Arbuscula decempedalis præcedentibus simillima.

Folia lanceolata glabra.

Flores racemosi, sessiles, limbo corollæ rotundato.

Habitat in Hauana, Chilensi Prouincia, et Amecamecæ montibus ubi inter indigenas Pipiloxihuitl nuncupatur. Floret Septembri. ♄.

Proprietas. Peruuiani foliorum infusum febricitantibus præbent œdematumque resolutium æstimant. Mexicani tota planta bobes necaui credunt.

Tomentosum. Cestrum, floribus confertis sessilibus terminalibus, ramis, foliis, calycibusque tomentosis. Suppl. p. 150.

Planta habitu, foliisque præcedentibus similis.

Flores purpurei paulo maiores, limbo reuoluto, dentibus calycinis longioribus reuolutis.

Habitat in utraque America.

Floret Octobri. ♄.

Uiriflorum. Cestrum floribus pedunculatis, foliis lanceolatis, stipulis falcatis deciduis. Fl. Mex.

Arbuscula elegans duas orgyas longa.

Rami alterni teretes albicantes apice tomentosi.

Folia alterna ouali-lanceolata utrinque tomentosa breuiter petiolatæ.

Stipulæ, seu bracteæ supra petiolum ad basim cuiuslibet rami floriferi falcatæ retroflexæ, amplexicaules, deciduæ.

Racemi axillares frondosi.

Folia floralia caulis simillima minora florifera.

Pedicelli subtriflori.

Corollæ decolores uiridi albæ edentulæ limbi laciniis ouatis.

Habitat ad torrentes fluminis Quahunahuacæ. Floret Decembri. ♄.

G. RANDIA.

Mitis? Randia ramis undique bispinosis, floribus axillaribus solitariis. Fl. Mex. Ic. 226.

Randia subinermis.

Randia. Hort. Cliff. 485.

Cacao affinis frutex spinosus Lycii facie iasmini flore albo. Sloan. Iam. 135. hist. 2. p. 18. t. 161. f. 1.

Arbusculo decempedalis.

Rami patentes brachiati spinis binis oppositis armati.

Folia subrotunda integerrima glabra basi attenuata subsessilia.

Flores albi axillares sessiles.

Baccæ globosæ glabræ pyri mediocris magnitudine.

Habitat in calidis, et aridis, Nouæ Hispaniæ locis. Floret Ianuario. ♃.

Aculeata. Randia ramis bispinosis Fl. Mex.

Randia foliis subrotundis confertis summis ramulis bispiniferis, floribus solitariis: Brown Iam. 143, t. 8. f. 1.

Frutex decempedalis ramis alternis, subindiuisis scabris, spinis incuruatis oppositis in ramorum summitate inferioribus.

Folia conferta subrotunda subrugosa basi attenuata subsessilia.

Flores albi parui iasminum redolentes subsolitarii.

Baccæ subrotundæ cortice sicco glabro.

Habitat Quahunahuacæ et in Iamaica. Floret Maio. ♄.

Tetracantha. Randia ramis ad apicem quadrispinosis caule arboreo. Fl. Mex.

Arbor uigintipedalis ramis diffusis, iunioribus ad apicem spinis quatuor uerticillatis infensis.

Folia in apice ramorum conferta, lanceolata, supernè uillosa, infernè tomentosa breuiter petiolata.

Flores terminales albi.

Habitat in montibus Hæreditatis-Ahuesuyo.

Floret Decembri. ♄.

Microcarpus. Randia ramis apice bispinosis, floribus sessilibus confertis. Fl. Mex.

Frutex decempedalis.

Rami erecti cuncti ex eodem fere puncto radicali orti, cortici cinericeo. Ramuli foliiferi, florigerique bipollicares brachiati patentes.

Folia in ramulorum apice fascicula, lanceolata integerrima, utrinque glabra, subsessilia.

Aculei gemini stipulares recti ualidi.

Flores albi terminales sessiles conferti.

Baccæ subrotundæ glabræ cicere paulo maiores.

Habitat et floret cum precedentibus. ♄.

G. CAPSICUM.

Annuum. Capsicum caule herbaceo pedunculis solitariis. Roy. Lugdb. 426. Mat. Med. 74.

Piper Indicum uulgatissimum. C. B. P. 102.

Capsicum siliquis longis propendentibus. Tournef. p. 152.

Chilli. Hern. Mex. 134.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ☉.

Proprietas. Acre, causticum et inflamatorium, quandoque in asthenate, et febribus intermitentibus usitatum Indorum præcipuum condimentum.

Frutescens. Capsicum caule fruticoso scabriusculo, pedunculis solitariis. Hort. Cliff. 59.

Capsicum Brasilianum. Clus. &c. 340. f. 2.
Quauhchilli Hern. Mex. 105.
Habitat in America. Floret Iunio. ♃.
Obseruatio. Uariat pedunculis geminis.
Proprietas. Inseruit ad eosdem ac præcedens usus.

G. SOLANUM.

Uerbascifolium. Solanum caule inermi fruticoso foliis ouatis tomentosis integerrimis, umbellis compositis. Iacq. Hort. t. 13.

Solanum maximè tomentosum spinis carens. Uirginianum, Pluk. Alm. 351. t. 316. f. 1.

Arbuscula duodecimpedalis ramis iunioribus sulcato quinque angulatis tomentoso scabris.

Folia ouata integerrima utrinque tomentosa aspera.

Flores albi pallescentes subumbellati.

Pedecelli basi incrassati.

Habitat in Noua Hispania. Floret Uere toto. ♄.

Proprietas. Folia igne calefacta frontique imposita capitis doloribus cito opitulari asserunt Indigenæ.

Pseudo capsicum. Solanum caule inermi fruticoso foliis lanceolatis repandis umbellis sessilibus. Mill. Dict. n. 9.

Solanum caule inermi fruticoso foliis ouato-lanceolatis integris floribus solitariis. Hort. Cliff. 61.

Habitat in Noua Hispania. Floret Iulio. ♄.

Diphyllum. Solanum caule inermi fruticoso foliis geminis altero minore, pedunculis lateralibus cymosis. Fl. Mex.

Solanum caule inermi fruticoso, foliis geminis altero minore, floribus cymosis.

Solanum caule inermi perenni foliis ouato-lanceolatis geminis altero minimo. Hort. Clif. 61.

Frutex septempedalis.

Rami teretes glabri.

Folia alterna gemina lanceolata, subrepanda, glabra altero dimidio minore breuiter petiolata.

Pedunculi exlatere folii minoris cymosis.

Flores albi congeneribus paulo minores.

Habitat Quahunahuacæ. Floret Aprili. ♄.

Hauanense. Solanum caule inermi frutescente, foliis lanceolatis nitidis integerrimis, pedunculis subbifloris. Iacq. Amer. 49. t. 35.

Frutex sesquiorgyales ramosissimus.

Folia alterna lanceolata integerrima nitida sessilia.

Pedunculi terminales subtriflori.

Flores cœrulei.

Habitat in Noua Hispania et Hauana.

Floret Septembri. ♄. Uulgo *tomatillo de China.*

Tuberosum. Solanum caule inermi herbaceo foliis pinnatis integerrimis pedunculis subdiuisis. Hort. Cliff. 60.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Mexicani *papas*. Matritenses *patatas* adpellant.

Pimpinellifolium. Solanum caule enermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, racemis simplicibus. Amœn. Acad. 4. p. 268.

Habitat in utraque America. ⊙.

Lycopersicum. Solanum caule inermi herbaceo, foliis pinnatis incisis, racemis simplicibus. Roy. Lugdb. 423.

Xitomame. Hern. Mex. 295.

Xitomate uulgo.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Proprietas. Fructus appetitum excitant, stomachumque æstu lacessitum roborant. Præcipum, gratissimumque mensarum omnium condimentum.

Nigrum. Solanum caule inermi herbaceo, foliis ouatis dentato-angulatis racemis distichis nutantibus. Mat. Med. 73. Œd. Dan. t. 460. Sabb. Hort. 2. t. 60.

Habitat Mexici et in Europa. ⊙.

Proprietas. Herba anodina repellens hypnoptica, et refrigerans, in ulceribus cancrosis usurpatur phlegmonibus schirris et paronychia, erisipelate, ac cephalalgia. Yerba mora, uulgo nuncupatur.

Scandens. Solanum inerme caule uolubili, foliis cordatis ouatis dependentibus, subtus mollissimis paniculis terminalibus. Suppl. p. 147.

Habitat in Surinam et urbe Queretaro. Floret Maio. ⊙.

Æthiopicum. Solanum caule herbaceo aculeato, foliis ouato-oblongis, repando-angulatis, pedunculis terminalibus unifloris cernuis. Amœn. Acad. 4. p. 367. Pluk. Phyt. 226. f. 4. Iacq. Hort. t. 12.

Herba sesquidodrantalis caule ramoso.

Rami alterni teretes tomentosi innoxie aculeati.

Folia alterna ouato-oblonga, repanda obtusé angulata, utrinque tomentosa, subtus albicantia, costa inferiore subaculeata.

Petioli tomentosi supernè caniculati, infernè aculeati.

Pedunculi terminales, subtriflori, calycibus aculeatis.

Flores nutantes intus cœrulei, extus tomentosi albicantes.

Habitat prope Queretarum. Floret Iunio. ⊙.

Melongena. Solanum caule inermi herbaceo foliis ouatis tomentosis, pedunculis pendulis, incrassatis inermibus (aculeatis) Syst. Ueg. 118.

Habitat Mexici, et in Europa. ⊙.

Proprietas. Unguentum é baccis confectum refrigerans, et in hæmorhoidibus commendatum. Baccæ ipsæ *Berengenas* uulgo nuncupatæ edules sunt.

Ferox. Solanum caule aculeato herbaceo foliis cordatis angulatis, tomentosis aculeatis, baccis hirtis calyce obtectis.

Herba ferox bipedalis, ramis foliis calycibus undique aculeatis.

Flores albi axillares breuiter pedunculati.
Calyces campanulati, tomentosi.
Baccæ hirsutæ persistentes.
Antheræ inæquales, altera illarum duplo maiore.
Habitat Mexici et in Malabar. Floret Uere. ⊙.
Obseruatio. Uariat floribus luteis.

Uirginianum. Solanum caule aculeato angulato foliis pinnatifidis, undique aculeatis, laciniis sinuatis obtusis calycibus aculeatis. Roy. Lugdb. 425.
Solanum Americanum laciniatum spinosissimum. Dill. Elth. 360. t. 267. f. 346. Ic. 47.
Habitat in Noua Hispania et Uirginia. ⊙.

Sanctum. Solanum caule aculeato fruticoso aculeis tomentosis, foliisque ouatis repandis.
Solanum caule aculeato fruticoso, foliis repandis, calycibus aculeatis. Roy. Lugdb. 425.
Frutex caule aculeato, bipedali.
Rami spinosissimi, diffusi.
Folia ouato-oblonga repanda, angulata tenerrima, profundè sinuata spinosa, altero basios latere breuiore.
Petioli breuissimi subtus aculeati.
Racemi simplices inermes floribus albis distichis.
Habitat Quahunahuacæ, et in Palestina.
Floret toto anno. ♃.

Bahamense. Solanum caule aculeato fruticoso, foliis lanceolatis repandis obtusis margine reflexis, racemis simplicibus. Hort. Cliff. 61.
Solanum Bahamense spinosum petalis angustis reflexis. Dill. Elth. 263. t. 271. f. 250.
Habitat in Noua Hispania et Insula Prouidentiæ. ♄.

Capense. Solanum caule aculeato fruticoso tereti foliis sinuato-pinnatifidis, aculeatis nudis, laciniis, alternis integris obtusis. Suppl. p. 147. Ic. 204.
Huitztomatzin. Hern. Mex. 108.
Frutex caule aculeato.
Rami diffusi teretes tomentosi.
Folia cordato-oblonga profundè sinuata, lobis ut plurimum septenis, utrinque aculeata tomentosa.
Racemi terminales subquinque flori.
Flores albi.
Baccæ nucis Ponticæ magnitudine.
Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus et capite Bonæ Spei. ♄.

Uniflorum. Solanum caule herbaceo inermi, foliis ouali-lanceolatis, pedunculis solitariis longissimis. Fl. Mex.
Herba sesquipedalis radice tuberoso oblonga, caule ramisque pilosis ascendentibus.
Folia ouali-lanceolata integerrima, utrinque pilosa, sessilia.
Pedunculi axillares semidodrantales uillosi uniflori.
Calyces decemangulatis, decenfidi, laciniis-linearibus.
Flores purpurei, congeneribus, multo maiores; anthera altera maiore.
Habitat in hortis Sancti Angeli prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

Mexicanum. Solanum caule herbaceo inermi, foliis ouato-lanceolatis undulatis, umbella terminalis. Fl. Mex.
Herba bipedalis radice tuberoso-globosa, caule simplici hirsuto.
Folia ouato-lanceolata undulata utrinque pilosa, breuiter petiolata.
Umbella terminalis, simplex nutans floribus albis.
Habitat in Terepæ montibus prope Sancti Angeli oppidum. Floret Septembri. ⊙.

Dichothomum. Solanum caule spinoso suffruticoso; foliis lanceolatis, costa infima spinosis, racemis dichotomis. Fl. Mex.
Suffrutex scandens spinosis.
Folia conferta in apice ramorum, lanceolata subtus tomentosa; costa inferiore spinis recuruis, armata, subsessilia.
Racemi dichotomi, floribus albis.
Habitat in Mazatlam. Floret Maio. ♃.

G. PHYSALIS.

Angulata. Physalis ramosissima ramis angulatis, glabris, foliis ouatis dentatis. Mill. Dict. n. 10.
Tomatl. Hern. Mex. 295.
Tomate uulgo mexicano corruptè.
Habitat Mexici, et in Europa. Floret Iunio. ⊙.
Proprietas. Fructus sculentus gratus et salubris urinæ infirmatibus opitulatur imò succus expresus, ac collo linteis applicatus æschinantiam tenare creditur.
Œconomia. Baccæ decoctæ aut assatæ capsicoque simultanea contritione immixtæ, causticam illius uiru eneruant atque adeo præcipuum epularum. *Mole* aut *Tlemolli*, vel corrupte *clemole* dictarum, quibus Mexicani maximè delectantur condimentum efficiunt.

Pubescens. Physalis ramosissima foliis uilloso-uiscosis, floribus pendulis. Ic. 48.
Alkekengi uirginianum flore luteo. Fewill. Peru. 3. p. 5. t. 1.
Coxtomatl. Hern. Mex. 203.
Costomate uulgo.
Habitat Mexici in Uirginia ac India Orientali. Floret Iunio. ⊙.
Proprietas. Radix carminans et diuretica decoctum eiusdem diarrhœam cœrcere, et lac â mammis repellere asserit Hernandez.

Somnifera. Physalis fruticosa ramis rectis angulatis floribus confertis, pedunculatis, foliis geminis ouato-angulatis. Fl. Mex.
Physalis caule fruticoso, ramis rectis floribus confertis. Mill. Dict. n. 6.
Physalis caule fruticoso tereti foliis ouatis integerrimis, floribus confertis. Hort. Cliff. 62. Roy. Lugdb. 246.

Frutex duodecimpedalis, ramis erectis dichothomis angulatis.

Folia gemina altero, maiore, ouato-acuta angulata utrinque glabra, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares conferti.

Flores pallide lutei cernui.

Habitat in Noua Hispaniæ et Europa. Floret Septembri. ♃.

G. ATROPA.

Physaloides. Atropa caule herbaceo, foliis sinuato-angulatis, calycibus clausis acutangulis. Iacq. Obs. 4. t. 98.

Alkekengi amplo flore uiolaceo. Fewill. Perú. 724. t. 16.

Habitat Matriti in Regio horto, et in agris Chilapæ. Floret Iulio. ⊙.

G. RONDELETIA.

Uolubilis. Rondoletia foliis ouatis acuminatis, caule uolubili. Fl. Mex. Ic. 275.

Suffrutex uolubilis caule tereti glabro.

Folia opposita ouata acuminata uillosa uenis subtus prominentibus arcuatis lineata breuiter petiolata.

Paniculæ axillares longitudine petalorum trifidæ pedicellis trifloris.

Flores extus fusco-uirentes limbo intus albo plicato.

Stamina intra tubum pilo purpurascente obtecta.

Bracteæ binæ foliaceæ petiolatæ cernuæ.

Habitat in Acahuizotla. Floret Iulio. ♃.

G. PORTLANDIA.

Hexandria. Portlandia floribus hexandris. Iacq. Amer. 63. t. 182. f. 20.

Arbor uigintipedalis.

Rami oppositi, erecto patente glabri. Folia opposita ouali-lanceolata, integerrima glabra breuiter petiolata.

Flores albi elegantes in ultimis foliorum axillis subsolitarii, terminalesque hexandris.

Capsulæ sexangulares, compresso sulcatæ foliolis calycinis lineari subulatus coronatæ.

Habitat in Indiarum Cartagine Apatzingam et Coahuayana. Floret toto Uere. ♄.

G. PSYCHOTRIA.

Asiatica. Psychotria foliis lanceolatis, stipulis subulatis interpositis. Fl. Mex.

Psychotria stipulis emarginatis, foliis lanceolato-ouatis. Amœn. Acad. 5. p. 395.

Psichotria (Cartaginensis) frutescens foliis obouatis. Iacq. Amer. 65. t. 174. f. 22.

Frutex quinquepedalis.

Rami oppositi teretes glabri.

Folia opposita ouati-lanceolata integerrima glabra, uenis subtus prominentibus obliquè striata subsessilia.

Stipulæ binæ laterales subulatæ basi membranacæ connexæ.

Corymbi terminales floribus albis.

Bracteæ minimæ subulatæ.

Nectarium margo obsolete quinqueangularis, germen circundans.

Habitat in Asia et umbrosis Acahuizotlæ montibus. Floret Iulio. ♃.

G. CHIOCOCA.

Paniculata. Chiococa erecta foliis ouatis floribus terminalibus paniculatis, dentibus stipularibus binis. Suppl. p. 145.

Moppebon Surinam.

Arbuscula duodecimpedalis.

Rami teretes glabri.

Folia opposita lanceolata integerrima glabra.

Petioli breuissimi membrana stipulari bidentata connati.

Racemi terminales axillaresque in extremitate ramorum simplices.

Flores baccæque albi luteo-uariantes compressi.

Habitat in Surinam America Meridionali et Quahunahuacæ agris. Floret Maio. ♃.

Axillares. Chiococa foliis oppositis ouatis-acuminatis floribus axillaribus solitariis. Fl. Mex. Ic. 50.

Frutex octopedalis.

Rami diffusi teretes glabri.

Folia opposita ouata acuminata breuiter petiolata.

Pedunculi axillares nutantes solitarii.

Flores fructusque albi nitidi margaritarum instan unde nomen *perlilla* vulgo impositum.

Habitat in Tepetlpæ prope Sancti Angeli oppido montibus. Floret Augusto. ♄.

G. LONICERA.

Caprifolium. Lonicera floribus uerticillatis terminalibus sessilibus, foliis summis connato perfoliatis. Iacq. Austr. t. 357.

Habitat in Europa, et Sanctæ Rosæ oppido prope Guanaxuatum. Floret Iulio. Uulgo Madreselva. ♃.

G. MUSSÆNDA.

Spinosa. Mussænda spinosa floribus sessilibus aggregatis. Iacq. Amer. 70. t. 49. Ic. 237.

Frutex octopedalis caulibus plurimis ex eadem radice ortis subæqualibus cinericeis.

Rami brachiati spithamam longi.

Folia ouato–lanceolata integerrima subsericea in apice ramulorum conferta sessilia.

Spinæ quatuor cruciformes infra foliorum fasciculum.

Flores albi elegantes terminales aggregati quaterni circiter.

Baccæ Aurantii magnitudine umbilicatæ scabræ.

Habitat in Martinica, Indiarum Cartagine et calidis Nouæ Hispaniæ regionibus.

Floret Iunio. ♄.

G. HAMELLIA.

Patens. Hamellia racemis patentibus. Iacq. Amer. 72. t. 50. Ic. 243.

Periclymenum arborescens ramulis inflexis, flore luteo. Plum. ic. 218?

Frutex octopedalis.

Rami uerticillati terni aut quaterni apice tomentosi.

Folia uerticillate quaterna ouato–lanceolata subtus tomentosa.

Petioli breuissimi ferrugineo-tomentosi.

Stipulæ laterales subulatæ.

Spicæ terminales uerticillatæ, bifidæ aut trifidæ secundæ.

Calyces subglobosi quinquedentati.

Corollæ limbus quinquedentatus.

Baccæ globosæ nullo sulco insculptæ.

Habitat in montibus Mazatlani et America Meridionali. Floret Maio. ♄.

Corymbosa. Hamellia foliis ouatis ternis floribus corymbosis. Fl. Mex.

Frutex duodecimpedalis. Fl. Mex.

Rami oppositi, aut terni, erecti teretes glabri.

Folia terna ouata integerrima, breuiter petiolata.

Corymbi terminales compositi.

Habitat in montibus Hæreditatis–Ahuesuyo. Floret Nouembri. ♄.

G. RHAMNUS.

Sicioides. Rahmnus spinis terminalibus, foliis linearibus. Pall. It. 3. p. 591.

Frutex bipedalis.

Rami uirgati aculeis terminati: ramuli floriferi bipollicares.

Folia opposita linearia integerrima glabro sessilia.

Flores albi hermaphroditi monogynii in ramulis spiniferis conferti.

Habitat in Hispania, et prædio *Paranques* prope Salmantinam. Floret Iulio. ♄.

Micranthus. Rhamnus inermis foliis ouato–lanceolatis acuminatis deciduis. Amœn. 4. p. 395.

Rhamnus au Zizyphus? arborescens foliis oblongo–ouatis hirsutis et leuiter serratis. Brown. Iam. 173. t. 12. f. 2.

Mutingia folio corni fructu minore. Plum. Gen. 4. ic. 206. f. 1.

Arbor duas orgyas longa.

Rami incani.

Folia alterna ouato–lanceolata denticulata, subtus uillosa, breuiter petiolata.

Flores axillares parui albicantes subterni.

Habitat in America. Floret Iunio. ♄.

Frangula. Rhamnus inermis floribus monogyniis, hermaphroditis, foliis integerrimis. Mat. Med. 46. Œd. Dan. t. 278. Duham. Arb. 1. t. 100.

Rhamnus inermis foliis ouato–lanceolatis, integris, floribus quinquefidis, androgynis. Hall. Helu. n. 821.

Habitat in America et Europa. Floret Maio ♄.

Proprietas. Cortex subamarus et purgans propinatur in hydrope, scabie, asthmate humido, et ani uaricibus. Tingit colore luteo.

Lineatus. Rhamnus inermis floribus hermaphroditis, foliis ouatis lineatis repandis, subtus reticulatis. Amoen. Acad. 4, p. 308, Otb. it. 219, t. 7.

Rhamnus Zeylanicus folio subrotundo glabro caulibus hirsutis, spinis exiquis. Burm. Zeyl. 188, t. 88.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis, China et Zeylan. Floret Iunio. ♄.

Iguaneus. Rhamnus aculeis geminatis altero patenti racemis axillaribus, monoicis, foliis nudis. Syl, Ueg. 196, Iacq. Amer. 74, núm. 1.

Iuiubæi Americana spinosa toti arboris foliis, et facie, fructu rotundo paruo, dulci. Comm. Hort 1, p. 141, t. 73.

Arbuscula octopedalis.

Rami alterne teretes flexuosi cinericei.

Folia alterna ouato–oblonga subobliqua uersus apicem dentata, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Aculei gemini diuergentes subincurui supra basim ramulorum.

Racemuli axillares minimi pauciflori petiolis paulo longiores.

Flores decolores parui inodori poligami masculi im eodem disticnto ue ramulo eiusdem plantæ.

Corollæ quinque raro quadrifidæ absque tubulo et squammula petaloidea.

Stigmata bina bifida.

Habitat in Noua Hispania aliisque Americæ locis. Floret Maio. ♄.

Baccæ non solum à lacertis Iguanis à quibus triuiale nomen fortita est planta, sed ab indigenis etiam, qui eas Grangenos nuncupant, eduntur.

Zyziphus. Rhamnus aculeis geminatis, altero racemus floribus digyniis, foliis ouato–oblongis. Sist. Ueg. 196. Mat. Med. 76.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus et in Europa. ♄.

Proprietas. Fructus hispane *Azufaifas*, dicti dulces, et mucilaginosi, incrassantes, expectorantesque in tussi, et stranguria usurpantur.

Spina Christi. Rhamnus aculeis geminatis rectis, foliis ouatis. Hort. Cliff. 63.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis. Æthiopia et Palestina. ♄.

Maculatus. Rhamnus inermis floribus hermaphroditis, foliis ouato–oblongis integerrimis lineatis, linei puntisque subtus maculatis. Fl. Mex.

Arbuscula octipedalis ramis oppositis teretibus glabris, inermibus, uinioribus punctis lineolisue interrupte maculatis.

Folia opposita ouato-oblonga integerrima uenis obliquis alternis subtus prominentibus lineata glabra, utrinque lineis interruptis in ipsis uenis puntisque in disco nigricantibus maculata breuiter petiolata.

Pedunculi axillares subtriflori.

Flores hermaphroditi monogynii.

Habitat in Queretari agris. Floret Aprili. ♄.

Biglandulosus. Rhamnus spiniis solitariis foliis oualibus integerrimis, basi biglandulosis, floribus hermaphroditis. Fl. Mex.

Frutex octopedalis.

Rami alterni diffusi teretes cauli similes.

Folia inferiora fasciculata; superiora alterna oualia integerrima, utrinque glabra, basi biglandulosa breuiter petiolata.

Spinæ solitariæ alternæ erecto-patentes.

Flores hermaphroditi axillares conferti decolores.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ♄.

Grangenos. Rhamnus aculeis solitariis recuruis, floribus aggregatis digyniis, foliis ouatis apice serratis subtus tomentosis. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis ramis alternis diffusis cinereeis.

Folia alterna ouata acuminata à medio ad apicem serrata, uenis obliquis subtus prominentibus, lineata, supernè glabra infernè tomentosa, breuiter petiolata.

Aculei axillares recurui petiolis triplobreuiores solitarii.

Pedunculi è latere aculeorum breuissimi, subtriflori.

Baccæ globosæ uniloculares monospermæ dulces, luteo colore nitidæ stylis binis persistentibus coronatæ edules.

Habitat in Apatzingam. Floret Augusto. ♄.

Triflorus. Rhamnus inermis foliis ouato acutis dentatis, pedunculis axillaribus ternis, floribus digyniis. Flor. Mexican.

Arbuscula uigintipedalis.

Rami alterni inermes erecto patentes glabri.

Folia alterna ouato–acuta dentata, utrinque glabra petiolata.

Pedunculi axillares terni raro, bini filiformes petiolis breuiores.

Flores digynii.

Habitat in montibus inhospitalibus ab oppido Tepalcatepec Coahuayana usque interiectis. Floret Decembri. ♄.

Distichus. Rhamnus aculeis solitariis recuruis, ramis foliisque serratis scabris distichis. Fl. Mex.

Caulis fruticosus diffusus.

Rami ex caulis basi alterni horizontales distichi seniores in corpora uicina incumbentes.

Folia alterna ouato–oblonga, serrata base integerrima, scabra, horizontaliter disticha.

Petioli breuissimi reflexi.

Aculei axillares solitarii recurui è latere petiolarum.

Habitat in Coahuayana. Floret Nouembri. ♄.

Pinnatus. Rhamnus foliis pinnatis, petiolatis marginatis, aculeis geminatis. Fl. Mex.

Arbor quindecimpedalis, ramis patentiusculis alternis: iunioribus flexuosis.

Folia alterna imparipinata, foliolis septem obouatis crenatis, nonnullis margine punctatis, utrinque glabri.

Petiolus communis articulatus, alatus, punctis marginalibus, diaphanis insculptus.

Aculei bini appositi recurui.

Racemi axillares simplices subspicati.

Habitat in planis Colimæ agris ubi *Amolli* uulgo nuncupatur. ♄.

Amole. Rhamnus aculeis binis oppositis, foliis ouato–oblongis dentatis, floribus axillaribus, umbellatis baccis dispermis. Fl. Mex.

Arbor uigintepedalis.

Rami alterni patentes, aut suberecti aculeis binis appositis armatis.

Folia alterna ouato–oblonga è medio ad apicem dentato-serrata, basi integerrima utrinque glabra, breuiter petiolata.

Pedunculli axillares, umbellati absque inuolucro.

Flores albi monogynii stigmate bifido.

Baccæ globosæ, dispermæ, succo uiscido scatentes.

Habitat in plurimis prouinciæ Michoacanensis calidis locis, ubi communis omnium ore *Amolli* adpellatur. Floret Nouembri. ♄.

Œconomia Baccarum succus saponis uisces adimplet lintea detergendo, quare *Amolli* seu sapo dicitur ab Indigenis.

Eoquippe uocabulo saponaceas omnes plantas insigniunt.

G. CEANOTHUS.

Americanus. Ceanothus foliis trineruis. Mill. Dict. t. 86. Duham Arb. 1, p. 138, t. 51, Mat. Med. p. 77, Ic. 51.

Celastrus inermis foliis ouatis serratis trineruiis, racemis ex summis alis longissimis. Hort. Cliff. 73. Gronou. Uirg. 25, Roy Lugdb. 535.

Arbuscula duodecimpedalis.

Rami diffusi apice tomentosi, ferruginei.

Folia ouato-crenata rugosa subtus ferrugineo tomentosa.

Racemi axillares terminalesque thyrsoidei supremo maiori eleganti.

Flores cœrulei elegantes inodori.

Habitat in Mexico uicinis montibus, Uirginia et Carolina. ♄.

Proprietas. Decoctum ramulorum iuniorum commendatur in lue venerea, et sanguine demulcendo â Doctoribus Kalmio, et Linnæo.

Africanus. Ceanothus foliis linearilanceolatis eneruio stipulis subrotundis. Fl. Mex. Ic. 235.

Ceanothus foliis lanceolatis inermis stipulis subrotundis. Pluk. Phyth. t. 126. f. 1.

Celastrus inermis foliis lanceolatis obtuse serratis petiolis appendiculatis. Hort. Cliff. 73. Roy Lugdb. 435.

Frutex quinquepedalis.

Rami oppositi a cicatriculis foliorum decidentium scabri.

Folia opposita lineari-lanceolata, alia oblonga, ê medio ad apicem subdentata, tomentosa granulosa margine reuoluta, breuiter petiolata.

Stipulæ subrotundæ.

Racemi axillares simplices foliis breuiores subcorymbosi.

Flores albi parui calycibus concoloribus, semiquinquefidis, stilisque trifidis.

Habitat in Africa, et Sanctæ Rosæ oppido prope Guanaxuatum. Floret Iulio. ♄.

G. CELASTRUS.

Bullatus. Celastrus inermis foliis ouatis integerrimis. Mill. Dict. n. 1.

Euonymus Uirginianus rotundifoliis capsulis coccineis eleganter bullatis. Pluk Alm. 139. t. 28. f. 5.

Arbuscula duas orgyas longa.

Rami alterni fusco-cinericci teretes glabri.

Folia alterna ouata integerrima uillosa, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares filiformes subumbellati subquadriflori.

Flores albi.

Habitat in Noua Hispania et Uirginia. ♄.

G. EUONYMUS.

Michoacanensis. Euonymus floribus omnibus pentapetalis, foliis ouato-lanceolatis petiolatis. Fl. Mex.

Frutex uigintipedalis ramis alternis cinericeis erectis.

Folia alterna ouato-lanceolata denticulata glabra.

Petioli teretes foliis dimidis breuiores.

Racemi axillares bifidi corymbosi suboctiflori petiolis paulo longiores.

Flores decolores pentapetali pentandri.

Capsulæ rubentes tri, aut quadriculatæ.

Habitat in Apatzingam. Floret Septembri. ♃.

G. UITIS.

Uinifera. Uitis foliis lobatis sinuatis nudis. Duham Arb. Fruct. 2. t. 1. 6. Mat. Med. 78.

Habitat Mexici ac in temperatis omnibus terræ clymatibus. ♄.

Proprietas. Folia subacida leuiter adstringentia: fructus immaturus acidum refrigerans, et adstringens; maturus gratus, et nutritiuus in uuam passam redactus mucilaginosus lenitiuus et pectoralis. Uinun ex uuis expressum cordiale, et aperitium. Aque ex sarmentis primo uere stillans diuretica, stomachalis et ophtalmica.

Indica. Uitis foliis cordatis dentatis subtus uillosis cirris racemiferis. Fl. Zeyl. 99. Plum. ic. 59. f. 2.

Uitis siluestris, Indica acinis rotundis. Rai. Dendr. 67.

Scembra ualli. Rheed Mat. 7. t. 46.

Habitat in Cuaximipilapæ montibus et in India. Floret Maio. ♄.

Labrusca. Uitis foliis cordatis subtrilobis, dentatis, subtus tomentosis. Scop. Carn. 2. n. 272.

Uitis foliis semitrilobatis hirsutis dentatis. Hall. Helu. n. 325.

Habitat Mexici et in Europa. ♄.

G. BYTTNERIA.

Scabra. Byttneria foliis costa petiolisque aculeatis. Syst. Ueg. 197. Ic. 266.

Byttneria aculeata. Iacq. Amer. p. 76. Lœfling. It. 313.

Frutex sarmentosus scandens aculeis recuruis.

Folia alterna,cordato-oblonga dentata petiolo costaque aculei recuruis armatis.

Racemi axillares aggregati subumbellati.

Flores albi seta petalorum terminali purpurea, lateralis uix manifestis.

Habitat in utraque America. Floret Iulio. ♄.

G. PHYLICA.

Scandens. Phylica caule scandente, foliis ouato-acutis, dentatis stipulis reniformibus, floribus trigyniis. Fl. Mex. Ic. 441.

Caulis sarmentosus scandens, teres glaberrimus.

Rami alterni diffusi cauli similes.

Folia alterna ouato-lanceolata: maiora subcordata acuminata dentata glaberrima subtus albicantia breuiter petiolata.

Stipulæ geminæ amplexicaules reniformes auriculatæ, erecto reuolutæ subtus cinereæ, utrinque glabræ.

Cirrhi axillares filiformes.

Spicæ axillares terminalesque simplices longissimæ, interruptæ.

Flores decolores trigynii alternatiua conferti subsessiles.

Bracteæ solitariæ triangularis, concauo-patentes.

Capsulæ triangulares.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ♃.

G. GRONOUIA.

Scandens. Gronouia foliis cordatis quinquelobis-dentatis. Fl. Mex.

Gronouia Hort Cliff. 74.

Gronouia scandens Lappacea pampinea fronde. Houst. Martin. Cent. 1. p. 40. f. 40. Amm. Herb. 346.

Herba cucurbitacea scandens caule ramosissimo echinato.

Folia cordata quinqueloba, lobis acutis sinuato, dentatis setaceo mucronatis.

Petioli longissimi canaliculati echinatique.

Paniculæ oppositifoliæ compositæ pedicellis, spicatis.

Flores decolores inodori secundi.

Bracteæ setaceæ.

Germina quinque angularia.

Habitat in Chilpanzingo, Ueracruce, aliisque calidis Nouæ Hispaniæ locis, ubi *Chichicaxtli* siue urtica ab indigenis adpellatur. Floret toto Uere. ⊙.

G. CONOCARPUS.

Erecta. Conocarpus foliis lanceolatis, caule erecto. Fl. Mex.

Conocarpus erecta, foliis lanceolatis. Iacq. Amer. 78. t. 52. f. 1.

Conocarpus mangana, arbor Curassauica, foliis salignis. Catesb. 2. p. 33. t. 33.

Conocarpus foliis oblongis petiolis breuibus, floribus in caput conicum. Brown. Iam. 159.

Habitat in Acapulci maritimis locis, Iamaicæ, Bermudæ, Brasiliæ. Floret Nouembri. ♄.

Racemosa. Conocarpus foliis lanceolato-ouatis obtusuisculis, fructibus segregatis. Syst. Ueg. edit. 3. p. 181. Suppl. p. 146.

Conocarpus floribus completis remotis. Iacq. Amer. 80. t. 53.

Conocarpus floribus elipto-ouatis petiolis biglandulosis, racemis laxis, fructibus seiunctis. Brown. Iam. 159.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

G. ACHYRANTHES.

Aspera. Achyrantes caule erecto herbaceo, calycibus reflexis, spicæ adpressis. Fl. Mex.

Achyranthes caule fruticosa erecto calycibus reflexis, spicæ adpressis. Fl. Zeyland. 105.

Herba bipedalis caule erecto stricto obtuse tetragono pubescente.

Rami oppositi teretes striati.

Folia opposita lanceolata integerrima utrinque uillosa.

Petioli breuissimi canaliculati.

Spicæ terminales filiformes elongatæ tomento albicante floribus interposito erectæ

Flores hispidi, maturescente fructu reflexi spicæ adnati.

Habitat in Sicilia, Zeylan, Iamaica, et oppido Sancti Ioannis *de los Plátanos*. Floret Octobri. ⊙.

G. CELOSIA.

Cristata. Celosia foliis oblongo-ouatis pedunculis teretibus substriatis, spicis oblongis, Syst. Ueg. p. 205. Knorr. Del 1. t. K. 5. 6.

Celosia foliis lanceolato-ouatis recuruis, subundulatis, pedunculis angulatis, spicis oblongis cristatis. Sp. Pl. 2. p. 297.

Habitat in Hispania et Mexici, ubi *Moco de Pavo* uulgo audit. Floret Iunio. ⊙.

Dioica. Celosia sarmentosa foliis ouato lanceolatis floribus racemosis diuisis. Fl. Mex. Ic. 194.

Frutex sarmentosus ramis diffusis striatis glabris rubentibus.

Folia opposita ouato-lanceolata integerrima utrinque glabra, margine costa uenisque rubentibus, petiolata.

Racemi axillares, terminalesque compositi.

Bracteæ subulatæ.

Flores minimi albi breuiter pedicellati.

Calycis foliola in masculis dilute purpurea in fœminis distintam plantam in habitantibus decolorata. vel pallide lutea.

Semina minima nitida lanuginosa, ut plurimum solitaria.

Habitat in hortis Sancti Angeli prope Mexicum. Floret Iunio. ♃.

Digynia. Celosia foliis alternis lanceolatis glabris stipulatis spicis axillaribus floribus digyniis. Fl. Mex.

Herba octopedalis caule, ramisque erectis strictis, striatis glabris.

Folia alterna lanceolata integerrima utrinque glabra.

Petioli breuissimi purpurascentes.

Spicae axillares, terminalesque.

Flores digynii, stigmatibus binis uillosis reuolutis.

Habitat in montibus a Tepalcatepec uersus Coahuayanam mediis. Floret Decembri ⊙.

Alomicis. Celosia foliis ouato-oblongis, acuminatis, caule procumbente, floribus racemosis. Fl. Mex.

Frutex octopedalis, caule tereti, procumbente.

Rami alterni angulati.

Folia alterna ouato-oblonga acuminata subcrenata, utrinque glabra.

Petioli breuissimi compressi canaliculati.

Racemi axillares compositi laxi; partialibus alternis.

Bracteæ solitariæ foliis simillimæ, raro falcatæ.

Flores albi alternatim conferti staminibus corollâ breuioribus stigmate bifido; pedicelloque communi subsessiles.

Semina dehiscente capsula membranula quasi rose adspersa, papillosa, candida obtecta.

Habitat in Coahuayana. Floret Ianuario. ♄.

Proprietas. Folia cortusa, siue illorum decoctum efficacissimum creditur, et singulare remedium ad coercendam gangrenam prouenientem ex morsu cuiusdam tanuæ Phosphoricæ, quam Alomir nuncupant; unde plantam herbæ Alomir nomine agnoscunt.

G. ILLECEBRUM.

Paronichia. Illecebrum, floribus, bractæis, nitidis ouatis caulibus procumbentibus foliis læuibus, Mill. Dict. n. 3.

Herniaria squammis nitidis flores superantibus. Hort. Cliff. 41.

Habitat in Hispania et Mexici, ubi *Sanguinaria* uulgo adpellantur. Floret Iulio. ⊙.

Proprietas. Tota herba adstringens et diuretica in decocto usurpatur ad calculum expellendum.

Achyrantha. Illecebrum caulibus repentibus pilosis, foliis ouatis mucronatis opposito minore, capitulatis subglobosis, subspinosis. Mill. Dict. n. 4.

Achyranthes (repens) caule repente, capitulis lateralibus sessilibus. Sp. Plant. 1. p. 205.

Habitat in Turcomania et Mexici, ubicam Tianguispepetlam uocant. ♃.

Proprietas. Decoctum totius plantæ pro clysmate, febribus quibuscumque opitulari creditur.

Empiricæ Curatrices Mexicanæ (quibus Medici potuis, quam famæ et facultatis horori addicti propter stipendium sunt seruili et uituperabili indulgentia assentientes) decocti, aut infusi, huius uires maxime extollunt.

DIGYNIA.

G. STAPELIA.

Pancololote. Stapelia caule simplici, eduntuls, foliis cordato-lanceolatis. Fl. Mex.

Herba uolubiles arbores excellans aut quælibet, corpora uicina scandens, caule simplici hirsuto.

Folia cordato-lanceolata integerrima glabra.

Pedunculi laterales subumbellati, subtriflori, striati.

Flores uirides patentissimi.

Folliculi magni ouati subobliqui.

Habitat ni calidis Nouæ Hispaniæ locis, ubi Pancololote dicitur. Floret Iunio. ⊙.

Œconomia. Folliculi immaturi pro conditura uulgo de Pancololote magno habentur pretio apud Indigenas.

Campanulata. Stapelia caule tereti scabro foliis cordatis corollis campanulatis. Fl. Mex. Ic. 255.

Herba uolubilis lactescens caule tereti scabro ferrugineo.

Folia cordata acuminata glabra petiolata pedunculi axillares alterni uniflori longitudine petiolarum.

Corollæ campanulatæ extus sordide albicantes intus purpureo, lineatæ sulcisque nectariferis quinque uirescentibus, limbo patentissimo, acuto quinquefido.

Habitat in Mazatlani montibus. Floret Iulio. ⊙.

Herbacea. Stapelia foliis cordatis, caule procumbente hirsuto, folliculis torulosis. Fl. Mex. Ic. 53.

Herba radice tuberoso-oblonga perpendiculari.

Caulis procumbens hirsutus.

Folia cordata hirsuta.

Umbellæ laterales circiter quatuor sordidè albis floribus.

Folliculi ouati parui undique tuberculati.

Habitat in montibus Sancti Angeli prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

G. CYNANCHUM.

Marytimum. Cynanchum caule uolubili hirsuto foliis cordato oualibus, pedunculis umbellatis. Fl. Mex. Ic. 236.

Cynanchum caule uolubili, foliis cordatis hirsutis, subtus tomentosis pedunculis aggregatis. Iacq. Amer. 83. t. 56.

Frutex lactescens caule simplici uolubili tereti hirsuto.

Folia opposita cordato-oualia, acuta integerrima, ciliata, utrinque pilosa.

Petioli breuissimi teretes hirsuti reuoluti.

Umbellæ simplices, laterales petiolis paulo longiores.

Inuolucrum polliphyllum foliolis lineari acutis alternis breuioribus, hirsutus ciliatis.

Perianthium campanulatum pentaphyllum foliolis ouato acutis erectis incumbentibus, margine et apice reuolutis ciliatis.

Corolla monopetala campanulata tubo cilindrico fere longitudine calycis, limbo patentissimo, laciniis ouatis supernè fuscis linea albicante marginatis membranaceis.

Nectaria quinque longitudine tubi, eius faucem in annulum coadunatam intus cingentia.

Habitat in calidioribus Americæ locis. Floret Octobri. ♄.

G. PERIPLOCA.

Repens. Periploca foliis cordatis caule procumbente pedunculis subtrifloris. Fl. Mex.

Herba fœtida lactescens ramis in terram depressis indiuisis teretibus uillosis.

Folia oppossita cordata mollissima supernè glabra, subtus tomentosa.

Petioli teretes.

Pedunculi laterales subumbellatis subtriflori.

Flores luridi fusco-uirentes parui laciniis linearibus margine reuolutis.

Habitat in Hæreditate Ixtlæ prope Queretarum. Floret Iunio ⊙. Uulgo *Talayote* nomen folliculosis omnibus ab Indigenis impositum.

G. APOCYNUM.

Mexicanum. Apocynum caule uolubili herbaceo foliis cordato-oblongis, umbella laterali simplici. Fl. Mex. Ic. 54.

Herba lactescens caule tereti uolubili filiformi hirsuto.

Folia opposita cordato-oblonga, glabra.

Umbellæ laterales nutantes floribus extus uiridibus intus ferrugineo purpureis.

Habitat in sepibus hortorum Sancti Angeli prope Mexicum. Floret Iunio. ⊙.

Proliferum. Apocynum foliis cordato-ouatis subtus tomentosis, umbellis proliferis lateralibus. Fl. Mex. Ic. 267.

Herba præcedenti simillima.

Folia cordato-ouata subtus tomentosa.

Umbellæ laterales proliferæ nutantes.

Flores ex albo pallescentes.

Habitat in Acahuizotlæ montibus. Floret Iunio. ⊙.

Cordifolium. Apocynum foliis cordatis, umbellis lateralibus nutantibus. Fl. Mex.

Herba caule uolubili tereti pubescente, lacticinoso.

Folia opposita cordata, uel cordato-oblonga mucronata, utrinque uillosa, breuiter petiolata.

Umbellæ laterales cernuæ.

Inuolucra foliola subulata inæqualia.

Corollæ campanulatæ inelegantes, extus uiridi purpurascentes, intus intense purpureæ petalis margine ciliatis.

Habitat prope Uallisoletum in thermis Cuinchi. Floret Augusto. ⊙.

Angustifolium. Apocynum foliis linearibus planis, umbellis lateralibus simplicibus erectis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus filiformis uolubilis glaber lactescens.

Rami alterni omnimo cauli similes.

Folia opposita linearia plana aueni eneruia, utrinque glabra sessilia.

Umbellæ laterales simplices erectæ.

Inuolucra poliphylla setacea inæqualia breuisima.

Corollæ ex albo purpurascentes laciniis margine ciliatis inodoræ.

Folliculi oblongo subulati.

Habitat in calidis Colimæ, et temperatis Saytilæ agris. Floret Februaris. ♃.

Forte Apocyni Cinearis uarietas.

G. PERGULARIA.

Tomentosa. Pergularia foliis cordatis glabris. Fl. Mex. Ic. 295.

Pergularia foliis cordatis tomentosis.

Asclepias cordata. Burm. In. 72. t. 27. f. 2.

Herba lactescens caule uolubili tereti glabro.

Folia opposita cordata acuta glabra.

Umbellæ axillares lateralesque nonnunquam proliferæ.

Corollæ albæ reuolutæ.

Habitat in Mazatlam et Arabia. Floret Iulio. ⊙.

Glabra. Pergularia foliis ouatis glabris.

Flos Pergulanus. Rumph. Amb. 5. p. 51. t. 29. f. 2.

Suffrutex caule uolubili tereti glabro.

Folia opposita ouata acuta, nonnulla sub-cordata, præcipui maiora glabra.

Petioli teretes supernè canaliculati.

Pedunculi laterales subumbellati floribus circiter senis.

Corollæ decolores uiridis pallescentes, uix odoratæ.

Habitat in Queretari agris, et in India. Floret Maio. ♃.

G. ASCLEPIAS.

Siriaca. Asclepias foliis oualibus subtus tomentosis caule simplicissimo, umbellis nutantibus. Mill. Dict. n. 5. Blackw. f. 521.

Apocynum erectum, latifolium incanum, Siria-

cum, flore paruo obsolete purpurascente. Tourn. p. 91.

Asclepias foliis lanceolato-elipticis, caule simplici glabro, nectarii corniculis conniuentibus. Amœn. Acad. 3. p. 404. Kalm. It. p. 259.

Habitat in Mexici in circuitibus Uirginia et prope Astracam. Floret Iulio. ♃.

Usus. Folliculi ab Indigenis *Tlaloyotl* nuncupati ipsis esculenti sunt.

Amœna. Asclepias foliis ouatis subtus pilosiusculis, caule simplici, umbellis nectarisque erectis. Mill. Dict. n. 6.

Apocynum floribus amœne purpureis corniculis suberectis. Dill. Elth. 31. t. 27. f. 20.

Herba bipedalis lactescens caule simplici, terete uilloso.

Folia opposita ouata plana tomentosa, subtus albicantia, breuiter petiolata.

Umbellæ laterales erectæ longitudine foliorum.

Nectaria erecta albicantia.

Habitat in Sanctæ Rosæ oppido prope Guanajuatum, et in Americæ aliis locis. Floret Iulio. ⊙.

Purpurascens. Asclepias foliis ouatis subtus uillosis caule simplici, umbellis erectis nectariis resupinatis. Mill. Dict. n. 7.

Asclepias floribus obsoletè purpureis corniculis resupinatis. Dill. Elth. 32. t. 28. f. 31.

Habitat in Mazatlam, et Carolinam. Floret Iulio. ♃.

Obseruatio. Asclepiadi Siriacæ ualde similis.

Curassauica. Asclepias foliis lanceolatis petiolatis, glabris nitidis caule simplici, umbellis erectis solitariis lateralibus. Mill. Dict. n. 17.

Apocynum radice fibrosa petalis coccineis corniculis croceis. Dill. Elth. 34. t. 30. f. 33.

Habitat prope Guanajuatum, et in Curassao. Floret Iunio. ⊙.

Incarnata. Asclepias foliis lanceolatis caule supernè diuiso, umbellis erectis, geminis. Iacq. Hort. t. 107.

Suffrutex tripedalis caule tereti glabro rubente supernè ramoso.

Folia lanceolata integerrima utrinque glabra opposita subsessilia.

Umbellæ terminales.

Flores pallide rubri.

Habitat in Canada, Uirginia plurimisque Nouæ Hispaniæ locis, ubi uulgo *Soldadillo* aliis *Algodoncillo* audit. Floret toto uere. ♃.

Repanda. Asclepias foliis cordato-ouatis, reuoluto undulatis, subtus tomentosis. Fl. Mex.

Asclepias (undulata) foliis reuoluto repandis pilosis. Syst. Ueg. 214.

Apocynum erectum Africanum subhirsutum foliis undulatis. Herm. Par. 45. Comm. Rar. 17. t. 17.

Herba lactescens caule simplici tereti pubescenti.

Folia opposita cordato-ouata, undulato-reuoluta supernè glabra, subtus tomentosa, uenis infernè prominentibus transuerse lineata subsessilia.

Umbellæ laterales erectæ folia subæquantes.

Corollæ purpureæ, nectariis albicantibus erectis.

Habitat in Sanctæ Rosæ pro Guanajuatum Oppido. Floret Iulio. ⊙.

Uerticillata. Asclepias foliis reuolutis linearibus uerticillatis caule erecto.

Asclepias foliis uerticillatis lineari setaceis. Gron. Uirg. 26.

Suffrutex bipedalis caule erecto tereti glabro.

Folia uerticillata quaterna circiter linearia reuoluta.

Umbellæ oppositifoliæ, floribus albis.

Habitat Mexici et in Uirginia. Floret Iulio. ♃.

Filiformis. Asclepias caule erecto, foliis filiformibus umbellis lateralibus elongato-pedunculatis. Supp. n. 169.

Suffrutex bipedalis ramosissimus.

Rami fasciculati.

Folia alterna filiformia acuta erecta.

Umbellæ laterales longè pedunculatæ.

Flores albi.

Folliculi acuti.

Habitat in aridis Mexici circuitibus, et capitæ Bonæ Spei. Floret toto uere. ♃.

Scandens. Asclepias foliis cordatis, umbellis inæqualibus paucifloris, caule herba uolubili. Fl. Mex. Ic. 240.

Herba lactescens caule uolubili.

Folia cordata plana petiolata.

Umbellæ laterales subtrifloræ.

Pedicelli inæquales.

Corollæ extus uirides, intus testaceo purpureoque lineatæ colore.

Nectaria sessilia apice perforata.

Habitat Colimæ, et in Mazatlani montibus. Floret Februario. ⊙.

Glaberrima. Asclepias foliis cordato-oblongis glaberrimis sessilibus, umbellis lateralibus erectis. Fl. Mex.

Herba bipedalis caule simplici tereti glabro.

Folia opposita cordato-oblonga glaberrima erecta subsessilia.

Umbellæ laterales erectæ longè pedunculatæ.

Flores albi.

Habitat in Quahuanaca et Ayacapixtla ubi *Leporis auricula* nuncupatur. Floret Iulio. ⊙.

Mazatlanensis. Asclepias foliis oppositis lanceolato-oblongis reuolutis umbellis lateralibus nutantibus. Fl. Mex.

Herba præcedenti habitu similes.

Folia opposita oblongo-lanceolata utrinque glabra, infernè albicantia subsessilia.

Umbellæ laterales nutantes corollis dilutè uiridibus.

Nectaria niuea depressa, bassi breuiter genitalibus duplo longiora.

Habitat in Mazatlan et Acahuizotla. Floret Iulio. ⊙.

Cordata. Asclepias foliis cordato-ouatis, planis umbellis lateralibus cernuis. Fl. Mex.

Planta præcedenti (cuius fortè uarietas) simillima.

Habitat in Acahuizotla. Floret Iulio. ⊙.

G. GENTIANA.

Saxosa. Gentiana corollis quinquefidis, campanulatis, foliis spatulatiis. Suppl. p. 175.

Gentiana saxosa. Forst. Act. Holm. Ann. 1777. p. 184. t. 5.

Herba procumbens caule tetragono petiolis decurrentibus marginato.

Folia alterna spatulata uillosa.

Flores albi, axillares, solitarii sessiles.

Habitat in saxosis, fluminis Chilpanzingensis marginibus, et Nouæ Zelandiæ littoribus. Floret Iunio. ⊙.

Cœrulea. Gentiana corollis quinquefidis, campanulato uentricosis, dentibus binis laciniis alternis. Fl. Mex.

Suffrutex bipedalis, ramis plurimis uirgatis teretibus.

Folia opposita lanceolata integerrima trineruata, glaberrima erecta sessilia.

Flores cœrulei axillares sessiles tubo corollæ infernè cilindrico supernè uentricoso-campanulato, limbo quinquefido acuto, dentibus binis laciniis alternantibus.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum. Floret Autumno. ♃.

G. HYDROLEA.

Spinosa. Hydrolea foliis lanceolatis, floribus terminalibus confertis. Fl. Mex.

Hidrolea.

Planta lacustris seu palustris, spinosa. Coefl. it. 310.

Sufrutex sesquipedalis, radice fibrosa tenaci.

Caulis erectus ramis alternis consimilibus.

Folia alterna lanceolata subundulata, uiscosa sessilia.

Spinæ axillares subulatæ patentes.

Flores intense cœrulei, terminales conferti sessiles subseni.

Habitat in paludosis utriusque Americæ locis. Floret Octobri. ♃.

Tetraginia. Hydrolea foliis oblongis, floribus solitariis inordinatis. Fl. Mex. Ic. 395.

Calyx. Perianthium pentaphyllum foliolis oblongo-ouatis erectis, apice subreflexis persistentibus.

Corolla monopetala rotato-campanulata tubus breuissimus, limbus quinquepartitus, laciniis subrotundis, fere longitudine calycis, patentibus incumbentibus.

Stamina. Filamenta quinque subulata, basi cordata, corolla breuiora autheræ sagitatæ incumbentes.

Pistillum. Germen ouatum, stipuli quatuor filiformes, longitudine staminum, stigmata obtusa.

Pericarpium. Capsula globosa, quadrilocularis quadriualuis.

Semina plurima oblonga minutissima receptaculo magno imbricatis adfixa.

Obseruatio. Uariat stylis tribus.

Suffrutex tripedalis caule, ramisque alternis, suberectis, teretibus, hirsutis.

Folia alterna oblonga integerrima, utrinque uillosa subsessilia.

Spinæ axillares subulatæ patentes ó basi ultra medium uillosæ.

Flores intensè cœrulei elegantes solitariis, nunc interfoliacei, non oppositi folii, nunc terminales, subsessiles.

Habitat in inundatis Apatzingami locis. Floret Octobri. ♃.

G. SALSOLA.

Salsa. Salsola herbacea erectiuscula foliis linearibus, subcarnosis muticis, calycibus succulentis diaphanis. Lepech. It. l. p. 254.

Salsola patula herbacea foliis semiteretibus obtusis, ramis reflexis. Sp. Pl. 2, p. 324.

Herba pedalis ramis paniculatis glabris substriatis.

Folia supernè plana subteretia carnosa.

Flores axillares terni sessiles, foliolis calycinis arcuatis connexis clausis hyalinis fructum claudentibus.

Styli tres bifide.

Habitat Mexicis, et in Abstracam. Floret Iulio. ⊙.

Œconomia. In Acetariis Mexicaniis iucundissima, magnaque copia expenditur uulgari nomine *Romerillos.*

G. CHENOPODIUM.

Murale. Chenopodium foliis ouatis nitidis dentatis acutis, racemis ramosis, nudis. Dalib. Par. 211.

Chenopodium erectum ramosissimum foliis triangularibus dentatis racemis ramosis caulem superantibus. Hort. Cliff. 85.

Habitat Mexici, et in Hispania. Floret Iunio. ⊙.

Ambrosioides. Chenopodium foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis simplicibus. Hort. Cliff. 84.

Botrys odorata suaueolens Americana Mexicana. Moris Hist. 2. p. 605. sect. 5. t. 35. f. 8.

Chenopodium Ambrosioides Mexicanum. Tourn. p. 506.

Epazotl. Hern. Mex. 159.

Habitat Mexici, et in Hispania. Floret Iunio. ⊙.

Proprietas. Tota planta odorem fortem acutum nec ingratum spirat, sudorem, urinam, ad menstrua ualidé excitat, flatus corrigit, et stomachum roborat. In officinis Mexicanis pro scordio officinali usurpatur. Condimentum etiam gratum Phaseolorum, qui præcipuum pauperum nutrimentum constituunt.

Multifidum. Chenopodium foliis multifidis segmentis linearibus sessilibus.

Chenopodium semperuirens foliis tenuiter laciniatis. Dill. Eltk. 78. t. 66. f. 77.

Habitat utraque America. Floret Iulio. ⊙.

Scoparia. Chenopodium foliis linearis lanceolatis planis integerrimis. Hort. Cliff. 86.

Chenopodium Lini folio uilloso. Tourn. p. 506.

Habitat in arenosis Cuitzeensis Paludis agris. Græcia, China et Caruiola. Floret Iulio. ⊙.

G. BETA.

Uulgaris. Beta floribus congestis. Mat. Med. 86.

Beta rubra uulgaris. C. B. P. 118. Tourn. 502.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Obseruatio. Radices filiformes uulgo *Remolacha* et *Betabeles* dictæ inter oleracea et acetaria magni æstimantur.

Proprietas. Folia diluentia, humectantia, et erhina, ophtalmiæ, cephalalgiæ et odontalgiæ, utilia creduntur.

G. GOMPHRENA.

Globosa. Gomphrena caule erecto, foliis ouato-lanceolatis, capitulis solitariis pedunculis diphyllis. Hort. Cliff. 86.

Habitat passim in Noua Hispania, Europa et India. Floret Septembri. ⊙.

Obseruatio. Uariat floribus argenteis et rubris.

Proprietas. Tota planta tusa, uel decocta ulceribus cancrosis mederi dicitur a nonnullis primi subsellii Medicis Mexicanis, unde Cancri herba inter indigenas adpellatur.

G. ULMUS.

Americana. Ulmus foliis æqualiter, serratis, basi inæqualibus.

Ulmus fructu membranaceo, foliis simplicissimè serratis. Gron. Uirg. 145.

Habitat Mexici, et in Uirginia. ♄.

G. ERYNGIUM.

Aquaticum. Eryngium foliis gladiatis, serrato spinosis floralibus indiuisis, caule simplici. Mill. Dict. n. 5.

Scorpii spina, siue *Ocopiaztli*. Hern. Mex. 222.

Habitat Mexici et in Uirginia. Floret Septembri ♃.

Proprietas. Infusum et decoctum radicis propinatur iis in quibus febrium reliquiæ euacuandæ censentur nam aperitiua, et sudorifica uirtute pollent.

Planum. Eryngium foliis radicalibus oualibus planis crenatis capitulis pedunculatis. Iacq. Austr. t. 391.

Habitat in Europa et Acahuyzotlæ montibus altioribus. Floret Iulio. ⊙.

Campestre.—Eryngium foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. Mat. Med. 85. Iacq. Austr. t. 155.

Habitat passim in temperatis, et temperatis, et frigidis, Nouæ Hispaniæ locis et in Europa. Floret Iulio. ♂.

Proprietas. Radix diuretica, emenagoga et aphrodisiaca uirtute prædicta propinatur iu hydrope supressione mensuim et gonorrhoea. Indigenæ, *Bufonis radicem* adpellant. Pharmaceutici autem Mexicani pro uera Uiperina officinali illam ministrant.

G. HYDROCOTILE.

Uulgaris. Hidrocotile follis peltatis, umbellis multifloris. Fl. Mex.

Hydrocotyle foliis peltatis, umbellis multifloris. Oed. Dan. t. 90.

Hydrocotile foliis rotundis, emarginatis petiolis centralibus, umbellis fastigiatis. Hall. Helu. n. 812.

Habitat in inundatis Nouæ Hispaniæ et Europæ locis. ♃.

G. DAUCUS.

Carota. Daucus seminibus hispidis petiolis subtus neurosis. Mat. Med. 87. Hort. V. ps. 59.

Daucus inuolucris, cauis communibus pinnatis peculiaribus lineari lanceolatis. Hall. Helu. n. 246.

Habitat in Noua Hispania et Europa, uulgo *zanahoria*. Floret Iulio. ⊙.

Proprietas. Radix (præcipuè) nutritiua diluens humectans et aperitiua. Semina carminantia diuretica et antihelmintica.

G. PEUCEDANUM.

Alsaticum. Peucedanum foliolis pinnatifidis lacinulis trifidis obtusiusculis. Iacq. Austr. t. 70.

Selimum foliis quadruplicato-pinnatis neruis canaliculatis. Halt. Helu. n. 738.

Habitat in montibus Patzquaro uicinis, Alsatria et Austria. Floret Septembri. ⊙.

G. AMMI.

Copticum. Ammi foliis supra decompositis linearibus, seminibus muricatis. Iacq. Hort. t. 196.

Habitat in Ario et Ægipto. Floret Septembri. ⊙.

G. LIGUSTICUM.

Leuisticum. Ligusticum foliis multiplicibus, foliolis supernè incisis. Mat. Med. p. 90. Hort. Cliff. 97.

Habitat in Mazatlam et in Europa. Floret Iunio. ⊙.

Proprietas. Radix, herba et semina acria expellentia, emenagoga et alexipharmaca urinam mouent et propinantur in histerismo.

G. CORIANDRUM.

Satiuum. Coriandrum fructibus globosis. Mat. Med. 94. Hort. Cliff. 100. Lob. ic. 705. B. Hist. 3. p. 2. p. 89.

Habitat in Nova Hispania et Europa. Floret Iunio. ⊙.

Proprietas. Herba suspecta, odori graui: semina hypnotica, carminantia lac rapellentia. Propinatur in febribus intermitentibus, et passione hysterica.

G. SCANDIX.

Odorata. Scandix seminibus sulcatis angulatis. Roy. Lugdb. 101.

Myrrhis foliis triplicato-pinnatis mollibus seminibus sulcatis maximis. Hall. Helu. n. 753.

Habitat in frigidis Nouæ Hispaniæ montibus et Aluernia Alpibus necnon Ueronæ circuitibus. Floret Augusto. ⊙.

G. APIUM.

Petrocelinum. Apium foliolis caulinis linearibus inuolucellis minutis. Hort. Cliff. 108. Mat. Med. 98.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iulio. ♂.

Proprietas. Tota planta aromatica resolutiua, diuretica emenagoga, et lac repellens. Propinatur in ictero disuria contusionibus ablactatione. Semina pediculos necant.

Graueolens. Apium foliis caulinis cuneiformibus, umbellis sessilibus. Fl. Dan. t. 790. Mat. Med. 98.

Habitat cum præcedenti. ♂.

Proprietas. Tota planta odore ingrato prædicta, et subdulcis, carminatiua expellens sudorifica diuretica et emenagoga. Nocet in Apoplexia, Epilepsia et Uertigine. Semina etiam pediculos necant.

G. PASTINACA.

Satiua. Pastinaca foliis simpliciter pinnatis. Hort. Ups. 66. Mat. Med. 95.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iulio ♂.

Proprietas. Radix humectat, et nutrit flatulenta, aphrodisiaca, et diaphoretica perinde ac semina.

G. ANETHUM.

Graueolens. Anethum fructibus compressis. Hort. Cliff. 106. Mat. Med. 96.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iulio. ♂.

Proprietas. Herba odore prædita, hypnotica, carminatiua, et lac generans. Septentrionales ægrorum strata adspergunt aqua stillatitia hujus plantæ ut illis somnum inducant. Berg. Mat. Med.

Fœniculum. Anethum fructibus ouatis. Roy Lugdb. 116. Mat. Med. 96.

Habitat cum præcedenti. ♃.

Proprietas. Tota planta (præcipuè flores et fructus) aromatica, et lac generans, mira profert, in ophtalmia, vomitu et puerorum torminibus.

G. PIMPINELLA.

Anisum. Pimpinella foliis radicalibus trifidis incisis. Mat. Med. 97.

Anisum foliis radicalibus simplicibus. Hort. Cliff. 107.

Habitat in Noua Hispania, et Europa. Floret Iulio. ⊙.

Proprietas. Carminatiua, lactifera, pectoralis, et in torminibus infantum commendatur.

TRIGYNIA.

G. UIBURNUM.

Tinus. Uiburnum foliis integerrimis ouatis, ramificationibus uenarum subtus uilloso-glandulosis.

Tinus prior Clusii. Tourn. p. 607.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ♄.

Dentatum. Uiburnum foliis ouatis, dentato-serratis. Iac. Hort. t. 36.

Arbuscula decempedalis.

Rami oppositi, teretis, glabri, epidermide nonnunquam argentea.

Folia opposita petiolata, ut plurimum ouata, quan-

doque eliptica, acuta; plura serrata alia denticulata, plicata, supernè scabra subtus tomentosa.

Umbellæ axillares.

Flores albi.

Inuolucra diphylla.

Habitat in Chilapæ montibus et Uirginia. Floret Augusto. ♄.

G. SAMBUCUS.

Nigra. Sambucus cymis quinque partis caule arboreo. Oed. Dan. t. 545. Mat. Med. 100.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♄.

Proprietas. Tota planta odorem nauseum spirat, anodina subpurgans, sudorifica, diuretica, menstrua mouet, lactifera. Fructus commendatur in erisipelate, febribus exanthematicis, arthritide, rheumatismo, dyssenteria, hydrope, et ani uaricibus.

G. RHUS.

Succedaneum. Rhus foliis pinnatis integerrimis, perennantibus, lucidis; petiolo integro æquali.

Arbor Uernicifera spuria siluestris angustifolia. Kemph. Amœn. 794. t. 795.

Arbor quindecimpedalis lactescens.

Folia alterna impari-pinnata, foliolis undecim adquindecim ouatis obliquis utrinque glabris.

Petioli teretes pubescentes.

Racemi axillares compositi.

Flores albi minimi inodore.

Habitat in Chilapa, Sina. Floret Iulio. ♄.

Copallinum. Rhus foliis pinnatis integerrimis, petiolo membranaceo articulato. Roy. Lugdb. 24. Duhamel. Arb. 7.

Rhus elatior foliis pinnatis, petiolis membranaceis articulatis. Gron. Uirg. 149.

Nota. Copalliquahuitl. Hern. Mex. 45. Uulgo Botanicorum species hæc credebatur, non tamen modo diuersa species, sed et diversam genus repertum est.

Arbuscula duodecimpedalis.

Rami alterni scabriusculi ferruginei.

Folia alterna pinnata, raro ternata, foliolis quinque ouatis, integerrimis, nitidis.

Petioli marginati, infra infimum par sæpe nudi.

Racemi terminales floribus albis subsessilibus.

Bracteæ ouatæ concauæ persistentes.

Habitat in utraque America. Floret Maio. ♄.

Metopium. Rhus foliis pinnatis quinnatis integerrimis ouatis, subtus tomentosis. Fl. Mex.

Rhus foliis pinnatis quinnatis integerrimis subrotundis glabris. Amœn. Ac. 5. p. 395.

Arbor quindecimpedalis, ramis diffussis iunioribus pubescentibus scabriusculis.

Folia pinnata foliolis quinque ouatis integerrimis subtus tomentosis, impari eliptico maiore.

Petioli teretes uillosi.

Racemi axillares compositi racemulis subspicatis.

Flores albi minimi.

Habitat in plenisque Americæ locis. Floret Iulio. ♄.

Uillosum. Rhus caule pubescente, foliis ternatis foliolis sessilibus ouatis integris pubescenti uilloso. Suppl. p. 183.

Suffructex radiculis è caule ramisque extilientibus rupes scandens.

Folia alterna ternata ouata integerrima glabra, lateralia, obliqua, subsessilia; intermedium perfectè ouatum petiolulatum.

Petioli communes basi latiores subcarinnati.

Racemi axillares.

Habitat in Ayahualtempam prope Chilapam et in capite Bonæ Spei. Floret Iunio. ♄.

Tridentatum. Rhus scandens, foliis ternatis, foliolis incanis serratis, serraturis tribus ad quinque. Suppl. p. 184. Ic. 196.

Frutex quælibet uicina corpora scandens.

Caulis ramisque ubique radicantes.

Folia alterna ternata ouato-lanceolata, dentibus tribus, aut quinque inæqualiter serrata, utrinque glabra; impari petiolata.

Petiolus communis teres longissimus subruber.

Racemi axillares compositi floribus albis inodoris.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, et capite Bonæ Spei. Floret uere. ♄.

Proprietas. Indigenæ credunt solo contactu exurere et cutim corrodore, unde *pessimam fœminam* aliqui speciem hanc adpellant, miranda tamen illis experientia falsum id esse comprobatum est.

Tetlatziam. Rhus foliis pinnatis multiiugis, foliolis oblongis incisis. Fl. Mex. Ic. 217.

Arbuscula decempedalis.

Rami alterni, rubentes, scabri, apice fere nudi.

Folia alterna in apice ramorum conferta impari pinnata, iugis circiter, sexdecim foliolis alternis oblongis incisis rugosis, infimis minimis.

Petiole communes teretes, uillosi.

Racemi axillares foliis dimidio breuiores.

Flores albi paruis.

Bracteæ lineares persistentes aliæ, subrotundæ piloso-hirsutæ.

Habitat in Mazatlam et Chilpanzingo. Floret Iunio. ♄.

Pterocarpus. Rhus foliis pinnatis, foliolis diuersiformibus baccis alatis. Fl. Mex.

Arbor uigintipedalis, inælegans caule tereti glabro epidermide subrubra exciliente fœde excoriata.

Rami alterni, maiores diffusi; minores ascendentes, caule similes, infra foliorum exortum squammis stipularibus imbricatis, et cicatriculis foliorum decidentium scabri.

Folia in ramorum summitate alternatim conferta, impari-pinnata; foliolis quindecim circiter alternis non raro opositis distantibus rhomboideis aliis, atque aliis lanceolatis, aut ouatis, integerrimis, margine membranaceis, utrinque glabris.

Petiolus communis longissimus, basi clauatus, partiales breues filiformes subrubri.

Racemi axillares, foliis breuiores compositi laxi.

Flores albi parui, nectaris subrubro germen ambiente, totumque corollæ fundum replente.

Baccæ compresæ alatæ emarginatæ.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis ubi *Xiote* uulgo nuncupatur propter epidermidis exsilitionem; eo quippe nomine Mexicani excoriationes omnes herpeticas designare solent. Floret Octobri. ♄.

Proprietas. Autumno et Uere succus ex qualibet incisione stillare dicitur, acris maxime et corrosiuus.

G. TURNERA.

Ulmifolia. Turnera floribus sessilibus petiolaribus, foliis basi biglandulosis.

Turnera foliis serratis, petiolis floriferis. Hort. Cliff 112. t. 10.

Turnera frutescens ulmifolia, Plum. Gen. 15. Mart. Cent. 49. t. 49.

Herba sexquidodrantalis.

Folia alterna obouata, apice serrata, uillosa basi biglandulosa subsessilia, basi florifera.

Flores cœrulei minimo foliorum petiolo sessiles.

Bracteæ germinæ lineares ciliatæ persistentes.

Habitat in calidioribus Nouæ Hispaniæ regionibus et Iamaica. Floret Iunio. ♂.

Obseruatio. Uariat floribus aurantiis, petalis obtusis et acuminatis.

G. ALSINE.

Media. Alsine petalis bipartitis, foliis ouato-cordatis. Oed. Dan. 525.

Alsine petalis bipartitis foliis cordato-reniformibus. Fl. Mex.

Habitat in humidis Europæ, et Americæ locis. ⊙.

Obseruatio. Uariat staminum numero.

TETRAGYNIA.

G. EUOLUULUS.

Nummularius. Euoluulus foliis subrotundis, caule repente floribus subsessilibus.

Conuoluulus minor repens Nummulariæ folio flore cœruleo. Sloan. Iam. 58. Hist. 1. p. 157. t. 96. f. 2. Rai Suppl. p. 382.

Herba procumbens ramis undique diffusis dodrantalibus, simplicibus teretibus in ternam dep essis.

Folia deposita ouato subrotunda, integerrima glabra; retroimbricata. breuissime petiolata.

Flores albi axillares solitarii subsessiles.

Habitat in Telpepæ collibus prope Mexicum, Iamaica, et Barbada. Floret Iunio. ⊙.

Obseruatio. Capsula quadrangularis, bilocularis; semina quatuor subouata hinc conuexa, inde angulata.

Linifolius. Euoluulus foliis lanceolatis sericeis sessilibus, caule procumbente, pedunculis subtrifloris elongatis. Fl. Mex.

Euoluulus foliis lanceolatis sessilibus uillosis caule erecto pedunculis trifloris longis. Amœn. Acad. p. 306. n. 122.

Herba ramis in terram diffusis apice ascendentibus, indiuisis teretibus strictis, uillosis exilibus.

Folia alterna lanceolata sericea integerrima, sessilia.

Pedunculi ex omnibus foliorum axilis, filiformes subtriflori, foliis longiores.

Bracteæ geminæ setaceæ.

Flores cœrulei parui plicati.

Capsulæ subrotundæ obtuse quadrangularis calycibus breuiores uniloculares tetraspermæ.

Semina hinc gibba, inde angulata.

Habitat in plerisque Nouæ Hispaniæ locis in Iamaica. Floret Septembri. ⊙.

Obseruatio. Uariat stylis duobus bipartitis fere ad basini; seminibus quatuor conuolulo simillima.

PENTAGYNIA.

G. ARALIA.

Chilapensis. Aralia suffruticosa inermis foliis pinnatis decompositisque. Fl. Mex. Ic. 346.

Suffrutex tripedalis ramis numerosis teretibus glabris, alternis, atro-rubentibus.

Folia alterna imparipinnata foliolis undecim circiter, serratis ouatis, glabris breuiter petiolatis pinnis secundis non raro ternatis.

Umbellæ axillares terminalesque, longè pedunculatæ.

Flores albi.

Baccæ rugosæ atro-purpureæ.

Habitat in Chilapæ montibus. Floret Augusto. ♃.

Pinnata. Aralia foliis pinnatis caule arboreo. Fl. Mex.

Arbuscula quindecempedalis inelegans.

Rami alterni erecti glabri albicantes.

Folia alterna imparipinnata, foliolis circiter nouem ouatis acuminatis subserratis, utrinque uillosis imis propriis petiolulis breuissimis instructis.

Petiolus communis basi incrassatus striatus, usque in primum foliorum par teres, hinc ad apicem, compresus.

Racemi terminales compositi umbellis globosis, uniformibus.

Inuolucra setacea breuissima decidua.

Flores decolores, primarius ut plurimum infra umbellam solitarius, bractea setacea solitaria suffultus.

Habitat in montibus hæreditatis Ahuesuyo. Floret Decembri. ♄.

G. LINUM.

Usitatissimum. Linum calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario. Hall. Helu. 836. Mat. Med., 102.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iunio. ⊙.

Proprietas. Semina laxantia obtundentia et emolentia, commendatur in calculo, et arthritide, colica, hæmoptysi, et pleuritide nec non in tumoribus, angina ischuria aliisque.

Maritimum. Linum foliis ouatis inferioribus oppositis, calycibus acutis, floribus racemosis. Fl. Mex.

Linum calycibus ouatis acutis, muticis, foliis lanceolatis, inferioribus oppositis. Iacq. Hort. t. 154.

Habitat in Europa, ac frigidis Sancti Angeli, pro Mexicum montibus. Floret Iulio. ⊙.

CLASIS VI.

HEXANDRIA MONOGYNIA

G. BROMELIA.

Ananas. Bromelia foliis ciliato-spinosis, mucronatis, spica comosa.

Ananas aculeatus, fructu ouato carne albida. Plum. Tourn. p. 653. Threw. Ehr. t. 2. Sabb. Hort. 1. t. 72.

Habitat in America et Hispania. ♃.

Proprietas. Ex fructu maturo, ac putrescente Indi conficiunt uinum suauitate et dulcedine Muschatellino simile, nec non sepsualissimam condituram. In calidioribns regionibus baccæ maturæ omnium pomorum americanorum delitias explent. Succus spiritus animales reficit, stomachum roborat, uomitum cœrcet, et appetitum ciet. Mire prodest in Nephritide, urinæ, et menstruorum supressione.

Pinguin. Bromelia foliis ciliato-spinosis mucronatis, racemo terminali. Iacq. Amer. 91. Threw. Ehr. t. 51.

Ananas Americana siluestris altera minor. Pluk. Mantiss. 29. t. 258. f. 4.

Pinguin Dill. Elth. 220. t. 240. f. 311.

Differt á sequenti foliis latioribus scapoque in racemum terminalem desinente.

Habitat in omnibus penè Americanis Insulis, ac in Chilapæ circuitibus, ubi baccas acerrimas *pinuelas* uocant. Floret Iunio. ♃.

Karatas. Bromelia foliis erectis floribus acaulibus sessilibus aggregatis. Iacq. Amer. 90. Hort 31-32.

Bromelia acaulis floribus aggregatis sessilibus subradicalibus. Sp. Plant. 3. p. 408.

Karatas foliis altissimis augustissimis et aculeatis. Plum. Gen. 10.

Planta facie alöe, sed soliis multo longioribus augustioribusque erectis, canaliculatis, dentibus spinosis, uersus apicem curuis armatis.

Flores in centro foliorum agregati.

Habitat in utraque America. Floret, Octobri. ♃.

Proprietas. Baccæ quæ *timbirichis*, uulgo dicuntur succo pulpaque acida scatent tamarindorum saporem, referentibus et ad eosdem usus utilissimus.

G. TILLANDSIA.

Utriculata. Tillandsia culmo paniculato.

Tillandsia foliis basi conniuentibus in utriculum. Hort. Cliff. 129.

Uisci modo arboribus Indicis adnascens. C. B. P. 423.

Caguata multiplici, spica, flore albo. Plum. Gen. 10.

Habitat supra seniores Nouae Hispaniæ, et Jamaicæ arbores. Floret Martio. ⊙.

Tenuifolia. Tillandsia foliis filiformibus, integerrimis, spica simplici laxa. Roy. Lugdb. 25. Iacq. Hist. t. 63.

Tillandsia parasitica parua foliis tenuissimis erectis spica breuiore simplici disticha. Brow. Iam. 194.

Renealmia spica multiplici angustifolia, flore cœruleo. Plum. Gen. 37. Ic. 238, f. 2.

Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

Polystachia. Tillandsia culmo spicis imbricatis lateralibus.

Viscum caryophylloides angustifolium floribus cœruleis. Catesb. Car. 2. p. 89. t. 89?

Renealmia spica multiplicis alia angustifolia. Plum. Gen. 37.

Habitat et floret cum præcedentibus. ⊙.

Monostachia. Tillandsia foliis linearibus canaliculatis reclinatis, culmo simplici imbricato spica simplici.

Renealmia non ramosa, squammata, et floribus niueis. Plum. Gen. 37. Ic. 238. f. 1.

Herba subpedalis arboribus, rupibusque, adnascens.

Folia radicalia linearia canaliculata reclinata, longissima apice atenuata, uillosa, basi spinis ad utrumque latus recuruis armata.

Scapus simplex bracteis imbricatus.
Spica simplex laxa.
Habitat in America calidiore. Floret Augusto. ☉.

Recuruata. Tillandsia folis subulatis scabris reclinatis culmis unifloris plura biflora. Roy. Lugdb. 25. Ic. 213.

Tillandsia parasitica parua pruinosa, scapo tenui bifloro. Brow. Iam. 194.

Herba parasitica radice fibrosa.

Folia conferta ut in Aloe, subulata, recuruata pruinosa.

Scapus biflorus.

Flores purpurei.

Habitat supra seniores Noua Hispaniæ et Iamaicæ arbores. Floret Februario. ☉.

Usneoides. Tillandsia filiformis ramosa intorta scabra. Hort. Cliff. 129.

Renealmia parasitica caule filiformi, ramoso, geniculato longissimo, foliis subulatis. Brow. Iam. 192.

Pendent ex altissimis totuis fere Nouæ Hispaniæ arboribus terram ferme adtingens. Floret Martio. ☉.

Proprietas. Decoctum totuis plantæ laudatur in epilepsia puerorum.

G. TRADESCANTIA.

Uirginica. Tradescantia erecta tomentosa floribus confertis. Fl. Mex.

Tradescantia erecta læuis floribus congestis, e Ephemerum Uirginianum flore cœruleo, minore. Tourn. 368.

Tradescantia bracteis umbella longioribus, pedunculis apice incrassatis. Gou. Hort. 162.

Caulis erectus simplex teres striatus tomentosus.

Folia alterna ouata subtus tomentosa, longitudinaliter lineata.

Flores axillares, terminalesque purpurei conferti, breuiter pedicellati.

Habitat in Oppido Santæ Rosæ prope Guanaxuatum et in Uirginia. Floret Iulio. ☉.

Pulli herba, ut commelina, uulgo adpellatur.

Geniculata. Tradescantia procumbens hirsuta. Tradescantia caule paniculato, basi repente. Iacq. Amer. 94. t. 64.

Ranunculus, seu Damasonium repens, Parnassiæ, foliis uillosis. Plum. Ic. 116. f. 2.

Herba bipedalis, caule simplici glabro.

Folia cordata amplexicaulia glaberrima.

Petioli uaginantes.

Pedunculi subumbellati.

Corollæ purpuræ inæqualis petalis ouatis acutis extimis duplo minoribus.

Filamenta breuissima, basi petalorum inserta.

Habitat in utraque America. Floret Iunio. ☉.

Paruiflora. Tradescantia foliis caulinis lanceolatis floribus racemosis. Fl. Mex. Ic. 281.

Caulis herbaceus bipedalis erectus.

Folia alterna, lanceolata lineata, subtus uillosa.

Petioli uaginantes ore ciliati.

Racemi terminales compositi.

Flores minimi, dilute purpurei, subsessiles, calycibus concoloribus.

Bracteæ subulatæ.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Iulio. ☉.

Umbelifera. Tradescantia erecta foliis ouatis floribus subumbellatis. Fl. Mex.

Herba sesquipedalis caule erecto, fere simplici in humidis glabro, in siccis tomentosa.

Folia alterna ouata uaginantia, glabra, uel uillosa.

Pedunculi terminales, gemini altero longiore.

Pedicelli subumbellati filiformes.

Flores purpurei.

Habitat in Mazatlani montibus. Floret Iunio. ☉.

Coapatli. Tradescantia erecta scabra floribus subsolitariis terminalibus. Fl. Mex. Ic. 62.

Coapatli Asphodelina. Her. Mex. 300.

Radix tuberoso-fasciculata.

Caule simplex erectus scaber.

Folia ouato-lanceolata, uaginantia, neruosa, aspera.

Flores terminales subsolitarii.

Habitat in Mexicanis hortis. Floret Augusto. ☉.

Proprietas. Radices contusæ partibus morsu Serpentium, laesis ac motæ iis auxiliantur, idemque ex aqua, Buglossæ epotæ præstare dicuntur.

G. LORANTHUS.

Americanus. Loranthus racemis subramosis æqualibus foliis ouatis. Amœn Acad. 5 p. 396. Ic. 65.

Loranthus cymis ramosis. Iacq. Amer. 97. t. 67.

Loranthus racemosus, flore coccineo, baccis nigris. Uaill. Act. 1722. p. 274.

Frutex parasiticus, ramis oppositis, uinioribus, acute quadrangulis glabris.

Folia opposita crassiuscula fragilia auenia plurima ouata, plurima subfalcata, subsessilia.

Racemi terminales pedunculis cymosis.

Flores coccinei elegantes contorti, laciniis linearibus reuolutis.

Baccæ nigræ.

Habitat in calidis Americæ regionibus. Floret Septembri. ♄.

Quahuchitli, Mexicanis, id. est. Uiscum arboreum.

Proprietas. Decoctum foliorum humores serosos, purgare hydropique conferre asserunt Indigenæ.

Spicatus. Loranthus spicis quadrangularibus. Iacq. Amer. 47. t. 68.

Frutex quibuslibus arboribus innascens.

Rami brachiati, teretes graciles, glabri iuniores subdepressi.

Folia opposita lineari-oblonga, auenia crassiuscula, nonnulla, subfalcata sessilia.

Spicæ uerticillatæ quadrangulares foliis multo breuiores.

Flores luteo-rubentes, parui inodori.

Habitat supra qualibet arbores in Hæreditate Ixtlac prope Queretarum. Floret Iunio. ♄.

Ramiflorus. Loranthus foliis eliptico-oblongis carnosis, ramis floriferis. Fl. Mex. Ic. 265.

Frutex parasiticus, ramis oppositis, iunioribus acutè quadrangulis glabris.

Folia alterna ouali-oblonga, quandoque obouata carnosa auenia subpetiolata.

Pedunculi ex ramis, orti uerticillati, pedicellis subumbelatis.

Flores coccinei, apice interiori petalorum pallescentes.

Habitat in Acahuyzotlæ montibus. Floret Iulio. ♄.

Uolubilis. Loranthus foliis ouatis carnosis, racemis axillaribus, caule uolubili. Fl. Mex.

Suffrutex parasiticus caule uolubili tereti arborum cacumina scandente.

Folia opposita, raro alterna, ouata carnosa, utrinque glabra, uenosa, breuiter petiolata.

Racemi axillaris compositis, pedicellis trifloris.

Flores ex albo uirentes minimi.

Baccæ ouales.

Habitat in Quahunahuacæ arboribus. Floret Maio. ♃.

Mexicani Teapizmictianiquahuitl, quod idem est, ac arborum nutrimenti subductione enecatur, adpellant.

Microphyllus. Loranthus floribus agregato capitatis, foliis oualis oblongis, sessilibus. Fl. Mex.

Suffrutex parasiticus, caule ramisque, tuberculato scabris.

Folia opposita ouali-oblonga, setaceo-mucronata, parua sessilia, quandoque alterna.

Pedunculi alterni, subcapitati, subquinque flori, bracteis, siue inuolucris quinis.

Flore albi.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

Obseruatio. Loranthо Loniceroidi, adeo similis, ut eius forte uarietas. sit.

G. ACHRAS.

Capiri. Achras foliis integerrimis, ramis floriferis. Fl. Mex. Ic. 161.

Calyx. Perianthium quinque partitum laciniis subrotundis, incumbentibus, membranaceis, paruum persistentes.

Corolla. Monopetala rotata, tubus nullus; limbus patens quinque raro sex partitus, laciniis ouato-oblongis.

Stamina. Filamenta quinque, raro sex subulata, erecta, corolla breuiora, basi laciniarum inserta; autheræ oblongæ basi bifidæ. Squammæ totidem staminibus alternæ.

Pistillum. Germen ouatum, stylus filiformis, crassiusculus, staminibus breuior persistens stigman obtussum.

Pericarpium. Bacca subrotunda lactecens sexlocularis, calyce aucto multo maior.

Semina solitaria, ossea, oblusa, hinc convexa, inde angulata.

Arbor procera quindecim ulnas et amplias longa, quam Indigenæ Capiri uocant frondosissima.

Rami alterni erecto-patentes numerosissimi; iuniores ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna petiolata, ouato-oblonga undulata integerrima, scariosa, intensè uiridia, supernè glabra, subtus tomentosa, maturescente, fructu decidua.

Pedunculi in ramis, iunioribus, raro in foliorum axillis confertim fasciculati.

Flores pallidè lutei, breui marcescentes, decidui.

Baccæ globosæ, immature, lacte uiscosissimo scatentes, maturæ luteæ, dulces, mucilagine tenaci, nec facile solubili redundantes. Psidii minoris crassitiem subæquantes.

Habitat in calidissimis Prouinciæ Michoacanensis regionibus, ubi aut crudæ, aut coctæ baccæ assiduum non uero salubrem Indis alimentum præstant. Floret Augusto. ♄.

Mamosa. Achras floribus solitariis, foliis cuneiformi-lanceolatis. Ic. 388.

Achras (Zapota maior) floribus pentandris. Iacq. Amer. 56. t. 182. f. 19.

Achras fructu maximо ouato, seminibus paucioribus, oblongis, turgidis. Brown. Iam. 5. p. 207.

Arbor excelsa elegantissima, ramis iunioribus teretibus, crassis, lactescentibus, ferrugineo-tomentosis, cicatriculis, et tuberculis scabris.

Folia cuneiforme-lanceolata in ramorum apicibus, integerrima, nitida, uenis transuerse é lineata.

Pedunculi uniflori breuissimi infra foliorum exortum, solitarii, bini uel terni.

Flores albi pentandri.

Poma ouata magna corticeo crasso, ferrugineo, scabro.

Semina ouato oblonga hinc glaberrima nitidissima inde cicatrice maxima albicante scabra.

Habitat in calidis Americæ regionibus. ♄.

Œconomia. Pomorum pulpa dulciuscula edules, licet congeneribus minus sapida. Seminum nitidissimus, ac læuissimus contex linteis extendidis reddendis iterata pricatione accomodatissimus. Nucleos Mexici lactiferum uenenum creditur in Oaxacensi uero Prouincia magni æstimatur, eo quippe minutim contrito, ac in massam redacto, Cacao Sachari cinnammoi, et Zeæ admixtione potum spissiusculum

cremonis instar, parant, quo, indigenæ delectantur adeo, ut tam festorum solemnitates, quam conuinarum aduentum huius modi potione concelebrent *Choue* potum hunc nuncupant, seminum uero nucleum, *Pistle*.

Zapota. Achras floribus solitariis, foliis lanceolato-ouatis.

Achras (Zapota) floribus hexandris. Iacq. Amer. 57.

Achras (Zapotilla) brachiatus, diffusus fructu subrotundo, cicatricula mucrone breuiori. Brown. Iam. 2. p. 200. Iacq. loc. cit.

Arbor uigintipedalis, ramis patentibus, iunioribus, prope apicem, ferrugineo-tomentosis.

Folia alterna lanceolata ouata integerrima, supernè glabra subtus tomentosa subsessilia.

Flores albi axillares solitarii.

Poma subrotunda, raro ouata.

Habitat in calidiore America. ♄.

Proprietas. Seminum excorticatorum emulsio quasi præstantissimum lythontricum ab Indicolis commendatur.

Œconomia. Pomorum pulpa sapidissima congeneribus suauitatæ præstat, ideoque maioris habetur. Membranula semina aliqua inuoluens (nam pleraque nuda inueniuntur) igni admota fragrantissimum Thuris odorem exhalat, lac ex ramulis iunioribus, foliis fructibusque immaturis præcisis effluens in massam gumoso-resinosam induratum magni in tota pene Noua Hispania prouentus est. Fœmine enim Indæ huius masticatione maxime delectantur uel quia odonthalgiæ canendas aut curandæ idoneam putans, uel quia maiorum exemplum iuniores allectæ in uitrum uertunt medicinam Colimenses, quasi ex ceræ uel gypso, ex massa hac chicle dicta diuersas nec in elegantes figuras conficiunt.

Salicifolia. Zapota floribus confertis, foliolis lanceolato-ouatis.

Achras foliis oblongis nitidis utrunque productis floribus confertis fasciculis infra frondes sparsis. Brown. Iam. 207. t. 17. f. 4.

Arbor uigintipedalis ramis teretibus glabris.

Folia alterna lanceolata, oblonga, subundulata, utrinque glabra, subsessilia.

Racemi infra foliorum exortum.

Flores minimi albicantes inodori pentandri, raro hexandri.

Poma ouata cortice glabro ex uiridi albicante, edulia.

Semina priori, simillima, sed paulo minora.

Habitat in utraque America, et in Noua quidem Hispania *Ebruim Zapote* uulgo nuncupatur.

Pruniformis. Achras foliis oblongis, floribus in ramis confertis fructu pruniformi monospermo. Fl. Mex.

Arbor mediocris duas pene orgyas longa.

Rami alterni glabri floriferi.

Folia oblonga obtusa, transuerse uenosa ad costas densius ferrugineo-tomentosa.

Flores pallide lutei pentandri, in ramulis conferti.

Fructex ouales, Pruni magnitudine monospermi.

Semina undique glabra.

Habitat in Chilapa, Mazatlan, aliusque Noua Hispaniæ locis. Floret Aprili. ♄.

Usus. Poma esculenta congeneribus dulciora succulentioraque, sed ardorem excoriationemque gingiuarum producere adserunt Indigenæ.

G. NARCISSUS.

Taceta. Narcissus spatha multiflora campanulata, plicata, truncata, triplo petalis breuiore foliis planis.

Narcissus medius luteus, copioso flore odori graui. C. B. P. 50. Tourn. p. 354. Rudb. Elys. 2. p. 57. f. 11.

Habitat Mexici in Europa. Floret Maio. ♃.

G. PANCRATIUM.

Illiricum. Pancratium spatha multiflora foliis ensiformibus, staminibus nectario longioribus. Ic. 61.

Narcissus Illiricus liliaceus. G. B. P. 55. Tourn. p. 358. Seb. Thes. 1. p. 18. t. 8. f. 1.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Maio. ♃.

G. AMARILLIS.

Formosissima. Amarillis spatha uniflora, corolla inæquali, petalis tribus, genitalibusque declinatis. Act. Stoh. 1742. p. 99. t. 6. Ic. 63.

Lilio Narcissus. Iacobeus, flore sanguineo nutante. Dill. Elth. 195. t. 162. f. 196.

Habitat Mexici et in Europa. Uulgo *Encomienda de Santiago*, seu *Flor de Lis* adpellatur. Floret Aprili. ♃.

G. CRINUM.

Lineare. Crinum foliis linearibus corollis campanulatis, tribus lacinniis alternis calloso-unguiculatis. Fl. Mex.

Crinum foliis linearibus, corollis campanulatis, laciniis duabus angustioribus. Supp. p. 195.

Habitat in hortis Sancti Angeli prope Mexicium et Capite Bonæ Spei. Floret Maio ♃.

Obseruatio. Uariat floribus albis et rubris.

G. ALLIUM.

Satiuum. Allium caule planifolio bulbifero, bulbo composito, staminibus tricuspidatis. Hort. Ups. Mat. Med. 104.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis gramineis capite bulbifero, radicibus in unum bulbum congruentibus. Hall. de Alliis 1.

Habitat ubique. Floret Iunio.

Proprietas. Radis acris, expellens, diuretica, diaphoretica, antihelmintica et alexiteria.

Schænoprassum. Allium scapo nudo adæquante folia teretia subulato filiformia. Hort. Ups. 78.

Allium staminibus simplicibus foliis radicalibus teretibus, scapi longitudine. Hall. de Alliis. 14.

Allium scapo tereti nudo adæquante folia subulato-tubulosa, staminibus basi connexis. Fl. Mex.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ♄.

Odorum. Allium scapo nudo teretiusculo, foliis linearibus canaliculatis, subtus angulatis (striatis) umbella fastigiata.

Habitat in montibus Sancti Angeli prope Mexicum et in Europa. Floret Iunio. ♃.

Angulosum. Allium scapo nudo ancipiti, foliis linearibus, canaliculatis, subtus subangulatis umbella fastigiata. Hort. Ups. 79.

Allium radice senescente, lignosa transuersa, umbella erecta. Hall. de Alliis. 15.

Habitat et floret cum præcedenti. ♃.

Cepa. Allium scapo nudo infernè uentricoso-longiore, foliis teretibus. Mat. Med. 104.

Allium staminibus alterne trifidis, caule ad terram uentricoso. Hall. de Alliis. 70.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ♃.

Proprietas. Agri digestiua, diaphoretica, alexiteria, aphrodisiaca, antihelmintica et lithontritica.

G. AGAUE.

Americana. Agaue foliis dentato-spinosis, scapo-ramoso. Amœn. Acad. 3. p. 22. Ic. 71.

Alöe scapo arboreo ramoso. Hall. Helu. n. 1249.

Maguey seu Metl. Hern. Mex. 270.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ♃.

Œconomia. Uix plantam aliam humanis necessitatibus subueniendis accomodatiorem fortunata fors præbere potuisset, exilla quippe, Americani domos, uestes, uinum, et alimenta educere, sciunt Indorum prædia plantis huius modi sepiantur, quæ ad domos insuper construendas, caulibus ligna, foliis uero regulas suppeditant. Ex maceratis foliis fila extrahuntur rusticis illorum uestibus costexendis, ac consuendis, satis idonea. Imo delicatiores spinæ basi perforatæ acuum uices supleent; durioribus clauorum loco suffectis. Germinibus internis euulsis et caule excauato succus in cauitatem extillat ingenti copia, quo uinum, mel acetum et saccharum parari solent uinum quidem succo fontana aqua diluto addistique corticibus amaris. Idem succus coctione inspissatur, et dulcior mellis adistan, sit donec tandem cogatur in saccharum. Quod si aqua soluatur et per nouem dies insoletur in acetum uertitur saporis haud ingrati. Crassiores foliorum partes truncusque sub terra assata edendo sumpt. apta. Folia hæc in foueam magnis læuibus tamen lapidibus, substratam, congenuntur, ubi maximo pistillo ligneo. Indi ea contundunt, ut succus commixtus in ingentia integro taurino corio marsupia confecta transsentur, ubi operculo itiden coriaceo de super tectus tandiu adseruatur, donec fermentatio omnis cesset. Tunc fictili alembico, spiritum audentem educunt cuiis ingens copia ab Indis absumitur, uinium quasi per autonomasiam nuncupatur.

Proprietas. Uires etiam medicas uinum *Pulque* (ita succus fermentatus atque aqua dilutus, ac amaris corticibus immixtus adpellatur) exserit quotidiana experientia comprobatas. Menses ciet, diarrhæam cohibet renum morbis opitulatur, debiles succos gastricos ita uiuificat ut inter potentiora digestiuia, non infimum sibi uindicet locum. Folia decocta recentibus uulneribus adplicata, ea conglutinant, assa quoque ac loco adfecto adposita, conuulsiones lenant, atque dolores leniunt, et inflamationes resoluunt.

G. ALOE.

Uariegata. Aloe floribus racemosis cernuis subcylindricis ore patulo æquali. Mill. Dict. n. 9.

Aloe foliis, caulinis trifariis imbricatis erectis angulis ternis cartilagineis. Hort. Cliff 132.

Radix fibrosa parum profunda.

Scapus teres ferrugineus, foliis sesquipedem longior.

Folia caulina trifariam imbricata dentato-spinosa carinata, erecta.

Racemus simplex.

Flores pallide lutei breuiter pedicellati, cernui, tubulosi, laciniis tribus interioribus alternis, patentibus.

Stamina longitudine corollæ declinata.

Stigma simplex.

Bracteæ ouato-oblongæ, membranaceæ, striatæ, marcescentes.

Habitat in Sayulæ, circuitibus et in Æthiopia. Floret Februario. ♃.

Uiscosa. Aloe floribus spicatis infundibuliformibus bilabiatis, laciniis quinque reuolutis, summa erecta. Mill. Dict. n. 77.

Aloe foliis trifariis canaliculatis, imbricatis, apice patulo. Sys. Ueg. 278.

Habitat Mexici in Europa. Floret Maio. ♃.

G. POLIANTHES.

Tuberosa. Polianthes floribus alternis. Hort. Cliff. 127. Ic. 323.

Hyacinthus Indicus tuberosus flore Narcissi. C. B. P. 47. Rudb. Elys. 2. p. 39. f. 4.

Omizochitl. Hern. Mex. 277.

Amole uulgo.

Habitat in plerisque Nouæ Hispaniæ locis. Iaua, et Zeylam. Floret Iulio. ♃.

Œconomia. Succus radicum expresses inseruit, pro sapore ab linter delicatiora detergenda, idque ad rudiora præstant aliæ radices, *Amole* perinde nuncupatæ.

Americana. Polianthes floribus geminis corollis cylindricis. Fl. Mex. Ic. 69.

Anonyma Septima. Hern. Mex.

Herba bulbo tunicato, caule simplici tridodrantali tereti glabro.

Folia alterna lineari lanceolata amplexicaulia.

Pedunculi filiformes gemini erecti breuissimæ.

Flores coccinei, nutantes cylindrici, tubo basi incuruato ore quinque dentato.

Bracteæ ouatæ acutæ membranaceæ persistentes.

Habitat in Santi Angeli, hortis prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

G. ANTHERICUM.

Ramosum. Anthericum foliis planis, scapo ramoso, corollis planis, pistillo recto. Iacq. Austr. t. 161.

Phalangium radicibus teretibus foliis gramineis, caule ramoso, laxe paniculato. Hall. Helu. n. 1208.

Habitat in Tixtla et Europa. Floret Augusto. ⊙.

Asphodeloides. Anthericum foliis carnosis subulatis semiteretibus strictis. Iacq. Hort. t. 181.

Habitat Mexici in Europa et Æthiopia. Floret Iunio. ♃.

Ciliatum. Anthericum foliis ensiformibus carnoso subtriquetris, ciliatis, scapo simplici, racemo longissimo. Suppl. p. 202.

Habitat in Tixtla et Capitæ Bonæ Spei. Floret Iulio. ⊙.

Folia longissima carnosa margine membranacea ciliata.

Racemi simplices sesquipedalis interrupti.

Flores fului, staminibus imberbibus, pistillo longioribus.

Cortortum. Anthericum, foliis planis ensiformibus, caule ramoso, floribus remotissimis. Suppl. p. 202.

Habitat in Mazatlan, et Capite Bonæ Spei. Floret Iunio. ⊙.

G. ORNITHOGALUM.

Graminifolium. Ornithogalum bulbo barbato foliis lineari ensiformibus scapo filiformi trifloro. Fl. Mex.

Xoxonacatic. Hern. Mex. 168.

Radix bubosa fibrosissima.

Folia radicalia lineari-ensiformia pilosa altera alteris inuoluta, erecta, scapo triplo longiora.

Scapus filiformis, subtriflorus.

Flores lutei, nutantes pedicellati.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum. Floret Iulio. ⊙.

Proprietas. Radix contusa duarum dracmarum, pondere in liquore, idoneo siue aqua fontana exhibita, humores omnes absque labore ex ansietate per inferna purgat, quod quidem commodius præstat ex siccata. Potestque seruarit per duos, aut tres annos integros. Asthmati etiam eodem pondere adsumtam conferre adserit. Hern.

G. ASPARAGUS.

Officinalis. Asparagus caule herbaceo, tereti erecto, foliis setaceis stypulis paribus. Mat. Med. p. 106.

Asparagus caule herbaceo erecto foliis setaceis, stypulis duabus interioribus una exteriore. Hort. Cliff. 121. Roy. Lugdb. 28.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ♃.

Proprietas. Radix nutritiua, diluens, detergens et aphrodisiaca.

G. FRITILLARIA.

Meleagris. Fritillaria foliis omnibus alternis, corollis intus hirsutis caule bifloro. Fl. Mex. Ic. 315.

Fritillaria foliis omnibus alternis caule unifloro. Gou. Illustr. 25.

Fritillaria caule paucifloro foliis caulinis, gramineis, alternis. Hall. Helu. n. 1235.

Radix bulbosa.

Caulis simplex quinquepedalis.

Folia alterna neruosa, carinata, amplexicaulia.

Pedunculi terminales gemine longissimi, nutantes.

Corollæ magnæ petalis tribus externis uirescentibus, intimis purpurascentibus, intus hirsutis, margine ciliatis.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iulio. ⊙.

G. LILLIUM.

Candidum. Lillium foliis sparsis, corollis campanulatis, intus glabris. Hort. Cliff. 120. Mat. Med. 105.

Lillium album uulgare. B. Hist. 2. p. 685. Journ. p. 369.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iulio. ♃.

Proprietas. Tota planta, præcipue, radix emollit, maturat, et spasmos tollit.

G. YUCCA.

Gloriosa. Yucca foliis integerrimis. Uirid Cliff. 29.

Yucca foliis Aloes. C. B. P. 91.

Habitat in Europa, Noua Hispania, Peruuia et Canada. Floret Maio. ♄.

Filamentosa. Yucca foliis serrato filiferis.

Yucca foliis lanceolatis, acuminatis, integerrimis, margine filamentosis. Gron. Uirg. 152. Threw. Ehret. t. 57. Iczotl. Hern. Mex. 76.

Habitat Matriti in Noua Hispania et Uirginia. Floret Aprili. ♄.

DIGYNIA.

G. ORYZA.

Satiua. Oryza. C. B. P. 24. Theatr. 479. Mathiol 403. Dod Pempt. 509. Catesb. Corol. 1. p. 14. t. 14. Mat. Med. 109. Bahiun Hist. 2. p. 451.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, in Æthiopia, China, Insulis Americanis, multisque Ueteris, Hispaniæ locis.

Proprietas. Semina farinosa, dulcea analeptica humorum acrimoniam obtundunt, refrigentia habentur, et emolientia magni in diarrhæa, ac dissentheria usus.

TRIGYNIA.

G. RUMEX.

Acutus. Rumex floribus hermaphroditis, ualuulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblonga acuminatis. Mat. Med. 140.

Lapathum folio acuto plano. C. B. P. 118. Torimn. p. 504. Muntings Brit. t. 189.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iunio. ♃.

Proprietas. Subpurgans, deide stiptica: mira profert in dissentheria, scabie et ulceribus.

Obtusifolius. Rumex floribus hermaphroditis, ualuulis dentatis graniferis, foliis cordato oblongis obtusiusculis, crenulatis. Gmel. Sib. 3. p. 115.

Lapathun foliis ouatis, circa petiolum emarginatis, floribus dense panniculatis serratis, uerrucosis. Hall. Helu. n. 1592.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iunio. ♃.

TETRAGYNIA.

G. PETIUERIA.

Octandra. Petiueria floribus octandris. Iacq. Amer. 201. Ic. 188.

Petiueria Solari, foliis loculis spinosis. Plum. Gen. 50. Ic. 219.

Suffrutex tripedalis caule fere, simplici, striato pubescente.

Rami ex ultimi axillis, cauli similes, breues.

Folia alterna lanceolata, integerrima, glabra.

Petioli breues erecti.

Spicae axillares solitariæ breuiores terminales geminæ elongatæ, laxæ filifiormes.

Flores (calyce nempes) albi parui patentes; fructu maturescente, erecti, uirides persistentes, alterni.

Bracteæ solitariæ, ouato-acumunitæ membranaceæ, breuiter ciliatæ, persistentes.

Habitat in Apatzingam et America Meridionalis. Floret Octobri. ♃.

Proprietas. Planta acris odore, Alliaceo fœtidissima maximum emenagogum, et abortiuum, in Americanis Insulis ualde suspectum.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA TRIGYNIA.

G. SAURURUS.

Cernuus. Saururus caule folioso, monostachio, spica inuolucrata, foliis cordato-oblongis. Fl. Mex. Ic. 411.

Saururus caule folioso, polystachis. Sist. Ueget. 291.

Saururus foliis cordatis petiolatis: amentis solitaris recuruis. Sp. Pl. 2. p. 489.

Serpentaria repens, floribus stamineis spicatis, Bryoniæ nigræ folio ampliore, pingui. Pluki. Alm. 343. t. 117. f. 4.

Radix fibrosa, repens, prolifera.

Caule sesquipedalis, herbaceus.

Folia radicula, cordato-oblonga, integerrima glabra.

Petioli longissimi, basi canaliculati, latiores amplexicaules.

Scapus sesquipedalis, simplex, teres, glaber, uno alteroue folio ex spatha simul cum spica ortis radicalibus similibus.

Spica terminalis oblonga teres inuolucrata.

Inuolucra inæqualia, subsena, oblonga albicantia.

Bracteæ, siue Amenti squammæ albæ breuiter petiolatæ.

Antheræ communiter septem, non raro quinque, aut sex.

Habitat ad marginis Queretarensium riuulorum et in Uirginia. Floret Maio. ⊙.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA MONOGYNIA.

G. TROPÆOLUM.

Maius. Tropæolum foliis peltatis, subquinquelobis, petalis obtusis. Mat. Med. 103. Ic. 72.

Cardamindum ampliori foliis et maiore flore. Tourn. p. 430. Peruu. 3. p. 14. t. 8.

Pelonmexixequilitl. Hern. Mex. 161.

Naxturtium Indicum. Pharm.

Habitat in utraque India et Europa. ♃.

Proprietas. Planta acris diuretica, et antiscorbutica, non nullibi in acetariis usitato.

Peregrinum. Tropæolum foliis subpeltatis, quinquelobis, dentatis, petalis ciliato laceris.

Cardamindum, quinquefolii folio, uulgo Malla. Tewil. Peruu. 2. p. 756. t. 42.

Habitat Mexici et in Europa. ⊙.

Plantæ huius, flores passerulos solent Mexicani adpellare.

G. COMBRETUM.

Secundum. Combretum spicis secundis. Iacq. Amer. 103. t. 176. f. 30. Ic. 189.

Frutex biorgyalis, ramis scabris cinericeis.

Folia opposita ouata integerrima, subtus incana, breuiter petiolata.

Spicæ axillares secundæ.

Flores coccinei breuiter pedicellati.

Habitat in calidis Noua Hispaniæ locis, et Indiarum Carthagine. Floret Maio. ♃.

G. EPILOBIUM.

Hirsutum. Epilobium foliis oppositis lanceolatis, serratis, decurrenti-amplexicaulibus. Hort. Cliff. 145.

Lysimachia siliquosa hirsuta, magno flore purpureo. C. B. P. 245. Moris. Hist. 2. p. 270. fect. O. t. 11. f. 3.

Habitat Mexici et in Hispania. Floret Iulio. ⊙.

Palustre. Epilobium foliis oppositis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis. Ic. 74.

Lysimachia siliquosa glabra, angustifolia. C. B. P. 245.

Habitat et floret cum præcedenti. ♃.

G. GAURA.

Hexandra. Gaura foliis alternis lineari-lanceolatis floribus hexandris. Fl. Mex. Ic. 75.

Herba bipedalis rammis innumeris ascendentibus.

Folia alterna lineari-lanceolata, integerrima uillosa sessilia.

Spicæ axillares laxæ elongatæ.

Flores rubentes, tripetali, hexandri.

Fructus triangulares.

Habitat in Sancti Angeli hortis prope Mexicum. Floret Iulio. ♃.

Spicata. Gaura foliis oblongis, dentato-sinuatis, caule simplici. Fl. Mex. Ic. 76.

Herba sesquipedalis, caule simplici uilloso.

Folia alterna oblonga dentata glabra sessilia.

Spica laxa apice nutante.

Flores rubentes.

Bracteæ lineares basi biglandulosæ.

Fructus tetragoni monospermi.

Habitat in Mexici circuitibus. Floret Iunio. ⊙.

G. ŒNOTHERA.

Biennis. Œnothera foliis ouato-lanceolatis planis, caule muricato-uilloso. Mill. Ic. t. 189. f. 2.

Œnothera foliis ouato-lanceolatis, denticulatis, floribus lateralibus, in summo caulis. Hort. Cliff. 144.

Habitat in Noua Hispania et Uirginia. Floret Iunio. ♂.

Paruiflora. Œnothera foliis ouato-lanceolatis planis, caule læui subuilloso.

Œnothera foliis lanceolatis dentatis, caule hispido. Mill. Ic. 189. f. 1.

Habitat in Noua Hispania aliisque Americæ locis. Floret Iunio. ♂.

Mollissima. Œnothera foliis lanceolatis undulatis. Roy Lugdb. 251.

Onagra bonariensis uillosa flore mutabili. Hill. Elth. 297. t. 219. f. 286.

Habitat in utraque America. Floret Iunio. ♂.

Sinuata. Œnothera foliis dentato-sinuatis, caulis apice nutante. Sist Ueg. 296. Nou Comm. Setet. V. p. 44. t. 9.

Lysimachia corniculata, maritima sinuati, et pubescentibus foliis, Uirginiana. Pluk. Alm. 235. t. 203. f. 3.

Habitat Mexici et in Uirginia. Floret Iunio. ⊙.

Pumilla. Œnothera foliis eliptico-lanceolatis, glabris subauritis, caulibus ascendentibus, capsulis acutangulis. Fl. Mex.

Œnothera foliis lanceolatis obtusis glabris, subpetiolatis caulibus postratis capsulis acutangulis.

Œnothera foliis radicalibus ouatis obtusis. Mill. Dict. t. 188.

Herba diffusa ramis ascendentibus, dodrantalibus, teretibus uillosis rubentibus.

Folia alterna ouati-lanceolata, ut plurimum aurita integerrima, glabra undulata.

Flores axillares erecti rubri, subsessiles.

Capsulæ obouatæ acutangulæ.

Habitat Mexici ubi, *Herba ad Casum* dicitur. Floret Iunio. ⊙.

Linearis. Œnothera foliis linearibus, dentatis, floribus axillaribus. Fl. Mex.

Herba bipedalis caule stricto, flexuoso pubescente.

Folia linearia, dentata, incana, sessilia.

Flores albis, axillares.

Capsulæ obouatæ, acute, octangulæ.

Habitat in Quahunahuacæ hortis. Floret Maio. ⊙.

G. GRISLEA.

Umbellata. Grislea racemis axillaribus subumbellatis. Fl. Mex. Ic. 283.

Frutex octopedalis, ramus oppositus teretibus, uillosis.

Folia opposita lanceolata, integerrima, uillosa, subsessilia.

Pedunculi filiformes, supra foliorum axillas subumbellatis.

Flores albi minimi.

Bracteæ ouatæ.

Habitat in Acahuizotla. Floret Iulio. ♄.

Obseruatio. Uariat floribus decandris.

Herbacea. Grislea foliis linearibus, auritis caule herbaceo. Fl. Mex. Ic. 306.

Calyx. Perianthium monophyllum campanulatum, persistens acute tetragonum, ore quadridentato conniuente.

Corolla. Petala quatuor subrotunda, minima calycis incisuris inserta.

Stamina. Filamenta octo subulata, exerta, ascendentia, calycis fundo inserta, antheræ simplices subrotundæ.

Pistillum. Germen globosum intra calycem reconditum uix pedicellatum: stylus filiformis longitudine staminum, stigma simplex.

Pericarpium. Capsula globosa longitudine calycis, illoque obtecta, unilocularis.

Semina plurima, subrotunda minima receptaculo maximo adfixa.

Herba sexquipedalis, caule erecto, tetragono, glabro. Rami brachiati, erecto-patentes, caule similes.

Folia opposita, linearia sensim attenuata, integerrima glabra basi aurite sessilia.

Pedunculi axillares, inferiores subumbellati, subquinque flori; superiores fere solitarii; cuncti floribus quadruplo breuiores.

Flores purpurei minimi.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ⊙.

G. GUAREA.

Trichilloides. Guarea foliis lanceolatis, pinnatis triiugis. Fl. Mex.

Trichillia Guarea. Sp. Pl. 3. p. 551.

Melia (Guarea) floribus octandris. Iacq. Amer. 126. t. 176. f. 37.

Arbuscula tres orgyas longa, inelegans ramosissima.

Folia abruptè pinnata, foliolis sex, aut. octo, oblongis, lanceolatis, integerrimis.

Petioluli partiales basi incrassati.

Racemi axillares compositi pedunculo communi ad basim tuberculato.

Flores albi parui.

Habitat in utraque America. Floret Augusto. ♄.

G. AMYRIS.

Siluatica. Amyris foliis ternatis lanceolatis, biserratis. Fl. Mex. Ic. 248.

Amyriis foliis ternatis crenatis, acutis. Iacq. Amer. 107.

Tacamaca Mexicanorum.

Calyx. Perianthium monophyllum paruum persistens, quadrifidum, laciniis ouatis acutis.

Corolla. Petala quatuor, ouata erecto patentia.

Nectarium margo glandulosus germen circundans.

Stamina. Filamenta octo subulate corolla breuiora, extus.

Nectarii margini inserta autheræ oblongæ erectæ.

Pistillum. Germen subrotundum; stylus cylindricus, breuis stigma infundibuliforme.

Pericarpium. Drupa ouata.

Gemina. Nux subrotunda, nitida.

Arbor uiginti pedalis.

Rami alterni, teretes glabri, fusco-ferruginei à foliorum exortu, geniculato-incrassati.

Folia in apice ramorum uerticillato-conferta ternata foliolis lanceolatis, biserratis, transuerse uenosis, utrinque glabris, nitidis.

Petioli teretes longissimi glabri decumbentes basi instar clauæ incrassati.

Stipulæ ouatæ membranaceæ, resiniferæ reflexæ.

Racemi axillares pedicellis paniculatis.

Flores albi parui.

Drupæ cerasi minores magnitudine.

Habitat in calidis Mazatlani montibus.

Floret Iulio. ♄.

Proprietas. Gummi (Tacamaca) quod incisione abundè stillat, indigenarum, uniuersale pharmacum, cuilibet parti imposito dolorem cito, sedari adfirmant. Nullum præstantibus uulnerarium, agnoscunt adeoque, uires ejus, extollum, ut merito suspicasi liceat ut felice eiusdem euentu. In officinis pro uera Tacamaca expenditur, cui uirtutibus exactè respondet.

Opobalsamum. Amyris foliis pinnatis, foliolis sessilibus. Amœn Acad. 7. p. 68. Mat. Med. 113.

Opobalsamum. Geofr. Mat. Med. 473.

Balsamum Bellon. Ic. 110. Alp. Ægipt. 48. t. 6.
Opobalsamum et Balsamum de Meca. Pharm.
Habitat in Mazatlan et Arabia. Floret Augusto. ♄.
Proprietas. Liquor resinosus, et tenax balsamicus detergens diureticus, antisepticus, uulnerarius, emenagogus et cosmeticus. Propinatur in asthmate, phtysi, gonorrhaea aliisque.

Ambrosiaca. Amyris foliis pinnatis petiolatis, paniculis confertis axillaribus. Suppl. p. 216. Ic. 199.
Icica heptaphylla. Aubl. Guian. u. 1. p. 337. t. 130.
Icica Margr. Bras. p. 98. Pis. Bras. p. 592.
Arbor excelsa frondosaque.
Folia alterna pinnata quinque, aut sexiuga, foliolis ouato-oblongis, acutis glabris.
Petioli teretes basi gibbosi.
Paniculæ axillares confertæ.
Flores albo-rubentes.
Habitat in Mazatlan et India Orientali. Floret Octobri. ♄.
Proprietas. Tota planta odoratissima incisione balsamum album odoratissimum, in dissentheria usitatum stillans. Pulpa fructus uiscosa rubra odore, et sapore balsamico prædita in resinam griseam suffitibus utilissimam indurexcit. Robellius apud Aublesium necnon Rumphius, in suo Herbario Amboinensis testantum hujus arboris resinosum succum sub terra aquamarina induratum in uerum Ambar Griseum denique transire. Quæ opinis consonat, Dioscoridi et Plinio, qui Ambar resinam cuiusdam arboris illis, ignoti iam olim credidere. Dicta resina, ambrosiaca neruina, analeptica et antiseptica censetur.

G. FUCHSIA.

Racemosa. Fuchsia foliis ouatis, floribus racemosis. Fl. Mex. Ic. 195.
Calyx nullus.
Corolla monopetala infundibuliformis, tubo longissimo, ad basim uentricoso, limbo octofido, laciniis quatuor, exterioribus ouato acuminatis, patentibus, interioribus alternis ouatis tubo quasi calyci inserta.
Stamina. Filamenta octo filiformia, fauci tubi inserta alterna breuiora, antheræ dydimæ erectæ.
Pystillum. Germen inferum, oblongo-cylindricum stylus filiformis staminibus longior, stigma pyramidale.
Pericarpium. Bacca oblonga quadrilocularis.
Semina plurima ouata compressa, duplici serie disposita.
Frutex quinquepedalis, caule tereti fusco.
Rami oppositi, cauli similes: iuniores atro rubentes.
Folia opposita ouata subdendiculata, supernè tomentosa; superiora infernè atrorubentia.
Petioli teretes, canaliculati atro-rubentes.
Racemi terminales cernui.
Flores coccinei, insipidi inodori.
Baccæ oblongæ.
Habitat in saxolis, Patzquari montibus. Floret Augusto. ♄.

Michoacanensis. Fuchsia pedunculis axillaribus geminis, foliis lanceolatis. Fl. Mex.
Caulis suffruticosus, teres tripedalis.
Rami oppositi, cauli similis.
Folia opposita, lanceolata integerrima magna subreflexa utrinque glabra.
Petioli teretes, breues subcanaliculati.
Pedunculi axillares, gemini, raro terni, aut solitarii, uniflori, filiformes, longissimi, nutantes.
Flores margine calycino destituti, coccinei insipidi, inodori præcedentibus multo minores.
Corollæ tubus cylindricus.
Stigma quadrifidum patens.
Baccæ globosæ, ciceris magnitudine.
Habitat et floret cum præcedenti. ♃.

Arborea. Fuchsia foliis lanceolatis, floribus racemosis. Fl. Mex. Ic. 191.
Arbuscula quindecimpedalis, elegans caule tereti.
Rami terni alii, atque alii oppositi, cauli similes, iuniores, rubri glaberrimi.
Folia alterna, alia opposita, lanceolata, integerrima, glabra.
Petioli breuissimi, teretes rubentes.
Racemi terminales cernui.
Flores coccinei margine calycino destituti, insipidi, inodori, laciniis quatuor exterioribus, reuolutis.
Stigma quadrifidum patens.
Baccæ subouatæ.
Habitat in oppido Uruapam, Prouinciæ Michoacanensis. Floret Septembri. ♄.

Uniflora. Fuchsia foliis elipticis oppositis apice dentatis pedunculis axillaribus unifloris. Fl. Mex.
Calyx nullus.
Corolla monopetala infundibuliformis, limbo plano octofido, laciniis extimis ouatis acutis, intimis, subrotundis tridentatis.
Stamina filamenta octo breuissima, duplici serie posita superiora ore tubi inserta, inferiora recondita, antheræ oblongæ dydimæ.
Pystillum. Germen inferum subrotumdum stylus filiformi longitudine corollæ; stigma globosum.
Pericarpium. Bacca subrotunda quadristriata quadrilocularis.
Semina plurima reniformia bifariam posita.
Frutex tripedalis, caule, ramisque oppositis, teretibus, erecto patentibus, glabris rubentibus.
Folia opposita eliptica è medio ad apicem dentata utrinque glabra.
Petioli breues rubentes.

Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, filiformes penduli rubentes.

Flores parui, coccinei, nutantes inodori.

Baccæ globosæ, ciceris magnitudine.

Habitat in frigidissimis Sanctæ Eremi. P. P. Carmelitarum montibus. Floret Decembri. ♄.

G. DAPHNE.

Laureola. Daphne racemis axillaribus, umbellatis foliis oblongo lanceolatis, glabris floribus dioicis. Fl. Mex.

Daphne racemis axillaribus quinque floris, foliis lanceolatis glabris. Mat. Med. 115. Iacq. Austr. t. 183.

Habitat in Quahuanahuacæ, agris et Europa. Floret Decembri. ♄.

Proprietas. Tota planta, præcipue, cortex acris drastica, corrosiua.

G. DODONEA.

Uiscosa. Dodonea foliis oblongis, Threw. Ehret. 12. t. 9. Suppl. p. 218. Ic. 200.

Ptelea uiscosa. Sp. Pl. 3. p. 173.

Triopteres erecta fruticosa foliis oblongis acuminatis ramulis gracilibus.

Brown. Iam. 191. t. 18. f. 1.

Frutex octopedalis.

Rami alterni graciles erecti á foliorum lapsu cicatriculis scabri.

Folia alterna oblonga, integerrima glabra, pleraque emarginata, acuta alia subsessilia.

Racemi terminales nutantes.

Flores decolores parui.

Pedicelli filiformes.

Capsulæ trialatæ, raro quadrialatæ rubentes.

Habitat in temperatis. Nouæ Hispaniæ locis et in India. Floret Augusto. ♄.

TRIGYNIA.

G. PAULLINIA.

Seriana. Paullinia foliis ternatis, petiolis nudis foliolis ouato oblongis. Iacq. Obs. 3. p. 11. t. 61. f. 2.

Paullinia foliis ternatis, foliolis crenatis, pedunculis cyrrhiferis. Hort. Cliff. 152.

Seriana Scandens, triphylla, et racemosa. Plum. Gen. 34. Ic. 143. f. 2.

Habitat in calidis Americæ locis. Floret Aprili. ♄.

Cururu. Paullinia foliis ternatis petiolis marginatis. Iacq. Obs. 3. p. 11. t. 61. f. 4.

Paullinia foliis ternatis, petiolis marginatis; foliolis cuneiformibus obtusis subdentatis. Sp. Pl. 3. p. 524.

Cururu scandens triphylla. Plum. Gen. 34. Ic. 111. f. 2.

Planta præcedenti simillima.

Folia ouali oblonga, dentata glabra.

Cirrhi bipartiti.

Flores albo-lutescentes.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

Mexicana. Paullinia foliis biternatis, petiolis omnibus marginatis, caule aculeato. Iacq. Obs. 3. p. 11. t. 61. f. 5. Ic. 214.

Paullinia foliis biternatis, petiolis marginatis, foliolis ouatis integris. Sp. Pl. 3. p. 525.

Quahuhmecatl. Hern. Mex. 289.

Planta sarmentosa caule scandente aculeato sulcato.

Folia alterna biternata ouato-oblonga dentata, glabra.

Petioli sulcati.

Racemi laterales, cyrrhiferi, simplices.

Flores albi.

Habitat in calidis Americæ regionibus. Floret Aprili. ♄.

Obseruatio. Serianæ et Curassauicæ ualde similis.

Proprietas. Certæ uiribus cum zarzaparrilla ad luem uenereum profligandam. Hern. loc. cit.

Curassauica. Paullinia foliis biternatis, petiolulis omnibus marginatis, ramis inermibus. Iacq. Obs. 3. t. 61. f. 8.

Paullinia foliis biternatis, foliolis ouatis subsinuatis. Sp. Pl. 3. p. 525

Habitat cum præcedenti. Floret Aprili. ♄.

Obseruatio. Præcedenti simillima differens tamen ab illa defectu aculeorum, dentibusque foliorum profundioribus.

Pinnata. Paullinia foliis pinnatis, petiolis marginatis, foliolis nitidis. Iacq. Obs. 3. p. 11. t. 62. f. 12.

Paullinia foliis pinnatis, foliolis incisis, petiolis marginatis. Hort. Cliff. 52.

Suffrutex sarmentosus scandens, caule sulcato angulato, glabro hinc fusco purpurascente, ramis alternis, haud dissimilibus.

Folia alterna impari-pinnata, foliolis quinque ouatis, subdentatis glaberrimis, impari ouali-oblongo.

Petiolus communis latius alatus quam in congeneribus, articulato primo longiore.

Stipulæ oblongæ reflexæ membranaceæ.

Racemi axillares simplices cyrrhiferi.

Cyrrhiferi bini indiuisi.

Flores albi alternatim conferti, subquaterni subsessiles.

Bracteæ ouatæ, oblongæ.

Habitat in Apatzingam, Cuahuayana, Brasilia, Dominica et Iamaica. Floret Ianuario. ♃.

Tomentosa. Paullinia foliis pinnatis tomentosis petiolis marginatis, infra foliola nudis. Fl. Mex. Ic. 386.

Paullinia foliis pinnatis petiolis marginatis, foliolis tomentosis.

Paullinia foliis pinnatis tomentosis petiolis infra foliola nudis. Iacq. Amer. p. 37. Obs. 1. p. 19. t. 10, et Obs. 3. t. 61. f. 13.

Suffrutex scandens congeneribus habitu similis caule angulato, ferrugineo–tomentoso.

Folia alterna impari–pinnata foliolis quinque ouatis subdentatis tomentosis impari maiore, utrinque producto.

Petiolus communis supra foliola marginatus infra nudus partiales breuissimus, nec nisi in imo pari.

Racemi axillares simplices, cyrrhiferi.

Flores albi, inodori, decidui corollæ petalis obouatis.

Nectaria duo, alterum tetrapetalum, unguibus corollæ insertum petalis duobus squammiferis duobus simplicibus; alterum ex glandulis quatuor ad bases petalorum.

Capsulæ alis quibusdam, speciebus propriis destitutæ.

Habitat in calidioribus Americæ prouinciis.

Floret Februario. ♃.

Occidentalis. Paullinia foliis pinnatis apice dentatis, tomentosis petiolis nudis. Fl. Mex.

Caulis sarmentosus scandens triangularis.

Folia alterna pinnata foliolis quinque, subouatis, ê medio ad apicem dentatis, uillosis; impari diuersiformi.

Petioli nudi.

Racemi axillares, lateralesque longitudine foliorum.

Flores albi.

Habitat in Chilpantzingo. Floret Iulio. ♃.

Triquetra. Paullinia foliis biternatis, petiolis omnibus nudis. Fl. Mex.

Suffrutex sarmentosus scandens caule triangulari, subuilloso.

Rami breues sulcato hexagoni.

Folia alterna biternata foliolis ouatis acuminatis profunde dentatis, supernè glabris subtus uillosis.

Petioli omnes nude, siue nullo margine præditi.

Stipulæ subulatæ.

Racemi axillares, lateralesque, simplices, primarii, siue laterales cyrrhiferi.

Flores albi inodori.

Semina in apice capsularum subrotunda.

Habitat in Apatzingam. Floret Nouembri. ♄.

G. CARDIOSPERMUM.

Halicacabum. Cardiospermum foliis læuibus. Hort. Cliff. 150.

Pisum Uesicarium fructu nigro alba macula notato. C. B. P. 743.

Corindum ampliore, folio fructu maiore. Tourn. p. 431.

Habitat in utraque India et Europa. Floret Iulio. ♃.

G. SAPINDUS.

Trifoliatus. Sapindus foliis ternatis. Fl. Zeylan. 603. Ic. 198.

Calyx. Perianthium tetraphyllum foliolis subrotundis, subæqualibus, erecto patentibus, coloratis deciduis.

Corolla. Petala quatuor obouata emarginata unguiculata, uix calyce longiora, quorum duo magis approximata.

Nectarium. Glandulæ binæ singula petalorum basi: quarum superiori oblonga uillosa; infima subrotunda.

Stamina. Filamenta octo subulata, corolla longiora, antheræ dydimæ erectæ.

Pistillum. Germen trigonum: styli tres connexi, apice liberi stigmata simplicia acuta.

Pericarpium. Capsulæ tres alatæ, basi connatæ.

Semina. Nux globosa.

Arbor uigintipedalis, ramis alternis scabriusculis, uinioribus ad apicem tomentosis.

Folia alterna ternata, intermedia, maiore lanceolata, serrata uenis obliquè lineata subrugosa utrinque pubescentia.

Petioli teretes tomentosi.

Racemi axillares compositi.

Flores albi inodori.

Capsulæ alatæ membranaceæ Banisteriæ similes altera, uel duabus, ut plurimum abortientibus.

Habitat in Quahunahuaca et Malabaria. Floret Nouembri. ♄.

Obseruatio. Caracter naturalis aut Paulliniam accedit sed nectario differt.

Amolli. Sapindus foliis abruptè pinnatis, caule arbores inermi. Fl. Mex. Ic. 257.

Calyx. Perianthium pentaphyllum foliolis subrotundis concauis, coloratis, extimis duobus minoribus deciduis.

Corolla. Petala quinque–subouata, apice lacera calyce minora.

Nectarium. Glandulæ quinque basi petalorum insertæ.

Stamina. Filamenta octo subulata, erecta lanata, corolla longiora, antheræ oblongæ erectæ.

Pistillum. Germen trigonum styli tres connexi breuissimi, stigmata acuta.

Pericarpium. Capsulæ tres carnosæ, globosæ, connatæ, altera, uel duabus pluries abortientibus.

Semina. Nux solitaria, globosa, nitida.

Arbor uigintipedalis, elegans frondosa, semperuirens.

Rami alterni patentes, teretes, cinericei.

Folia alterna abruptè pinnata, foliolis octo ad duodecim, ouato-lanceolatis, obliquis, integerrimis, utrinque glabris, imis alternis: superioribus oppositis subsessilibus.

Petiolis communis depresso-submarginatus, apice setigerus, basi clauatus.

Racemi axillares, terminalesque compositi.

Flores albi, calycibus concoloribus.

Capsulæ baccatæ mucilaginosæ, globosæ.

Habitat in Quahunahuaca (ubi uulgo *Boliche* audit) aliisque calidis Nouæ locis sub-nomine Amolli. Floret Decembri. ♄.

Œconomia. Baccæ maturæ aqua maceratæ mucilaginem spumosam saponaceam præbent linteis detergendis idoneam. Semina inserviunt ad globulos precatorios conficiendos.

G. COCCOLOBA.

Excoriata. Coccoloba foliis ouatis, ramis quasi excorticatis.

Coccoloba (niuea) foliis ouato-oblongis, acutis rugosis. Iacq. Amer. 115. t. 78.

Arbor magna ramis diffusis, cortice hinc denudatis.

Folia alterna ouata, scariosa integerrima, uerticalia glabra.

Petioli breuissimi stipula membranacea uaginati.

Spicæ tenues simplices floribus albis.

Habitat in America calidiore, coriaceis subundulatis. Fl. Mex.

Coccoloba foliis cordato-ouatis, undulatis. Iacq. Amer. 37. Obs. 1. t. 8.

Caulis arboreus, uigintiquinque pedalis.

Rami alterni teretes diffusi, quasi excorticati.

Folia alterna, subcordato-ouata, integerrima coriacea, glabra, subsessilia.

Spicæ axillares, terminalesque, longissimæ filiformes, solitariæ, raro geminæ altera longiore.

Habitat in bardanensi Insula et Coahuayana. Floret Octobri. ♄.

G. POLYGONUM.

Lapatifolium. Polygonum floribus pentandris, semidigynis staminibus corollæ regulari æqualibus.

Persicaria maior, Lapathi foliis, calyce floris purpureo. Tourn. p. 510. Suppl. 509.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iulio. ♃.

Hydropiper. Polygonum floribus hexandris semidigyniis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. Mat. Med. 116. Threw. Comm. Nov. 1737. t. 5. f. 78.

Persicaria urens, seu Hydropiper. C. B. P. 101. Tour. 509.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iulio. ♃.

Proprietas. Acris incidens, stimulans diureticum, propinatur in dolore dentium, oris excoriationibus miraque præstat in calculo. Mexicani *Chilillo* adpellant.

Persicaria. Polygonum floribus hexandris, digyniis spicis ouato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. Fl. Dan. t. 702.

Polygonum foliis ouato-lanceolatis, subhirsutis spicis ouatis, uaginis ciliatis. Hall. Helu. n. 1557.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ⊙.

Proprietas. Adstringens, detergens, uulnerarium et anthelminticum.

Maritimum. Polygonum floribus octandris, trigyniis axillaribus, foliis ouali-lanceolatis, semperuirentibus, caule suffruticosa.

Polygonum maritimum latifolium. C. B. P. 281. Tourn. p. 510.

Habitat Mexici et in Europa. ♃. ♄.

Proprietas. Adstringens, uulnerarium et diureticum, propinatur in calculo urinæ suppræsione et hydrope.

Scandens. Polygonum foliis cordatis, caule erecto-scandente. Ic. 262.

Polygonum foliis cordatis, cauli uolubili floribus carinatis. Sys. Nat. 1 p. 364.

Fagopyrum scandens Americanum maximum. Tourn. p. 511.

Suffrutex sarmentosus, corpora uicina scandens caule tereti, glabro, ramis alternis.

Folia alterna cordata, integerrima glabra.

Petioli breuissimi marginati, reuoluti.

Cirrhi axillares terminalesque bifidi.

Racemi axillares simplices terminales compositi maiores.

Pedicelli alternatim conferti, subseni, filiformes geniculati.

Flores rosei elegantes respectum congenerum maximi.

Habitat in America calidiore. Floret Octobri. ♃.

Uolubile. Polygonum floribus pentandris trigyniis, foliis ouatis, caule uolubili. Fl. Mex.

Suffrutex uolubilis caule tereti, glabro, subrubro.

Folia alterna ouata, carnosa, integerrima glabra, breuiter petiolata.

Racemi axillares simplicis.

Flores albi calyculati foliolis binis breuioribus, concauis concoloribus.

Habitat in Tixtlæ circuitibus. Floret Augusto. ♃.

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA MONOGYNIA.

G. LAURUS.

Indica. Laurus foliis uenosis lanceolatis perennantibus planis ramulis, tuberculatis cicatricibus floribus racemosis. Hort. Cliff. 154. Ic. 215.

Laurus Indica Pluk. Alm. 210. t. 301. f. 1.

Arbor procera.

Folia lanceolata uenosa, nitida, uerticalia, breuiter petiolata.

Flores albi minimi racemosi, staminibus bifariam positis, quorum sex exteriora-interiora, tria glandulosa, cuncta apice, subquadrifida, totidem autheris minimis instructa.

Habitat in Uirginia et Quahuanahuaca. Floret Maio. ♄.

Persea. Laurus foliis ouatis coriaceis transuersis uenosis perennantibus, floribus corymbosis. Iacq. Obs. 1. p. 37.

Persea Cliiss. Hist. 1. p. 2. Plum. Gen. 44. t. 20.

Ahuacaquahuilt. Hern. Mex. 89.

Aguacate uulgo.

Habitat in utraque Hispania, ac insulis Americanis. Floret Nouembri. ♄.

Obseruatio. Uariat numero staminum.

Proprietas. Pulpa fructus Lycopersico, et Cepa mixta sapidissimum paratur acetarium, quod Mexicani huacamolli uocant frequentissimum mensarum condimentum. Nuclei spressione oleum sapore et uirtute Amigdalino amaro simile præbent.

CLASSIS X.

DECANDRIA MONOGYNIA.

G. BAHUINIA.

Scandens. Bahuinia caule cyrrhifero. Loeft. It. 218.

Clematis Indica, folio bifido, flore fructuque carens, arborens transcendens. Rai. Suppl. p. 328.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus Malabaria, Amboina et Cumana. Floret Septembri. ♄.

Aculeata. Bahuina caule aculeato, floribus pentandris. Fl. Mex. Ic. 270.

Bahuinia caule aculeato. Hort. Cliff. 156. t. 14. Loeft. It. 219. Iacq. Amer. 119. t. 177. f. 2.

Frutex duodecimpedalis erectus.

Rami alterni teretes, prope apicem angulati.

Folia alterna cordato-bilobata nouemneruia setaceo-retusa, utrinque glabra.

Petioli breues striati basi et apice crassiores.

Aculei stipulares bini, altero recuruo.

Pedunculi interfoliacei, alterni gemini.

Bracteæ ternæ subulatæ.

Flores decolores, petalis linearibus, calyce breuioribus.

Stamina quinque longiora antheris linearibus sagittatis, reliqua, breuiora sterilia.

Legumina longissima, plana sericea.

Habitat in America calidiore. Floret Octobri. ♄.

Unguiculata. Bahuinia foliis cordatis, lobis ouatis subtus tomentosis. Fl. Mex.

Bahuinia foliis ouatis, lobis parallelis.

Bahuinia foliis ouatis oblongis, linea recta bifidis. Hort. Cliff. 157.

Frutex decempedalis, ramis erecto-patentibus, alternis, teretibus, iunioribus tomentosis.

Folia alterna, cordata, biloba, lobis ouatis, subtus tomentosis.

Petioli breuis supernè canaliculati, apice basique incrassati, tomentosi.

Stipulæ geminæ, altera unguiculata.

Racemi terminales, rari oppositifoli, simplices.

Flores albi.

Bracteæ setaceæ ternæ ad basim pedicellorum.

Habitat in America calidiore. Floret Iannuario. ♄.

Purpurea. Bahuinia foliis subcordatis, bipartitis rotundatis, subtus tomentosis. Mill. Dict. n. 6. Ic. 271.

Chouanna mandaru. Reed. Malab. I. p. 59. t. 33. Rai. Hist. 1751.

Frutex octopedalis ramis diffusis â cicatriculis foliorum decidentium scabris.

Folia alternata subcordata, bilobata, rotundata, subtus tomentosa.

Petioli teretes purpurascentes.

Stipulæ subulatæ, breues, membranaceæ.

Racemi terminales simplices.

Bracteæ membranaceæ, concauæ, acutissimæ, patentes.

Flores albi, purpureo uariantes.

Habitat in calidiore America arenosisque Indiæ locis. Floret Iannuario ♄.

Acuminata. Bahuinia foliis ouatis lobis acuminatis semi-ouatis.

Bahuinia foliis bilobis, spicis laxis terminalibus. Brown. Iam. 286.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, Malabaria, Amboina et Cumana. Floret Septembri. ♄.

G. PARKINSONIA.

Aculeata. Parkinsonia. Hort. Cliff. 157. t. 13. Iacq. Amer. 121. t. 80. Ic. 273.

Parkinsonia aculeata foliis minutis, uni costæ annexis. Plum. Gerr. 25.

Arbuscula duodecimpedalis, aspectu elegans, et rara aculeis horrida.

Racemi erecti, cortice semper uirente, nitido-glabro.

Folia pinnata quaterna, circiter ex eadem axilla, nitida, costa compressa lata. Foliola, minima, oblonga, numerosissima, tactis costæ incumbentia glabra.

Aculei terni subincurui, ualidi intermedio, longiore apice rubente.

Racemi simplices, laxi axillares, terminalesque, subdecem flori.

Flores flaui suaueolentes, petalo superiore maculis coccineis uariegato.

Legumina subteretia, utrinque acuminata, subtetrasperma.

Habitat in Noua Hispania. Floret Iulio. ♄.

G. CASSIA.

Diphylla. Cassia foliis coniugatis, stipulis cordato-lanceolatis.

Habitat prope Xorullum et in India. Floret Septembri. ☉.

Uiminea. Cassia foliis biiugis ouato-oblongis, acuminatis glandula oblonga inter infima, spinis subpetiolaribus obsoletè tridentatis. Amœn. Acad. 5. p. 397. Lœsling. It. 232.

Cassia uiminea foliis ouatis acuminatis biiugatis racemis laxis alaribus siliquis breuioribus compressis. Brown. Iam. 223.

Arbuscula quindecimpedalis.

Rami erecti; iuniores subflexuoxi, teretes glabri.

Folia alterna biiuga foliolis oppositis ouato-oblongis acuminatis oblicuis; glandula oblonga inter infimum par.

Petiolus communis supernè canaliculatus tetragonus.

Racemi axillares, terminalesque simplices. Legumina teretia, pulpa repleta, ut in cassia fistula.

Habitat in hæreditate Ahuesuyo et Iamaica. Floret Iannuario. ♄.

Tora. Cassia foliis triiugis obouatis exterioribus maioribus, glandula subulata inter inferiora. Mill. Dict. t. 82.

Cassia siliqua quadrangulari. Dill. Elth. 72. t. 63. f. 63.

Frutex decempedalis.

Rami diffusi cicatriculis foliorum decidentium scabri.

Folia pinnata triiuga foliolis ouatis setaceo-mucronatis, infimis minoribus, obtusioribus.

Stipulæ lineares acutæ uillosæ.

Glandulæ acuminatæ, apice fuscæ, inter duo paria inferiora.

Racemi simplices.

Flores lutei.

Legumina complanata.

Habitat in Ayacapixtla et India. Floret Augusto. ♄.

Falcata. Cassia foliis quadriugis ouato-lanceolatis retrofalcatis, glandula basis petiolorum. Hort. Cliff. 159.

Habitat in calidis utriusque Americæ regionibus. Floret Augusto. ♃.

Occidentalis. Cassia foliis quinqueingis ouato-lanceolatis margini scabris, exterioribus maioribus glandulata basis petiolorum.

Senna occidentalis odore opii uinoso-uiroso, drobi Pannonici foliis mucronatis, glabra. Comm. Hort. 1. p. 51. t. 26.

Habitat in calidis, et temperatis Nouæ Hispaniæ locis, et Iamaica. Floret Augusto. ☉.

Planisiliqua. Cassia foliis quinqueiugis, ouato-lanceolatis glabris glandula basis petiolorum. Roy. Lugdb. 468.

Cassia siliquis planis. Plum. Sp. 18. t. 77.

Habitat in calidioribus Americæ locis. Floret Augusto. ☉.

Fistula. Cassia foliis quinqueiugis ouatis-acuminatis glabris, petiolis eglandulatis. Mat. Med. 125. Flor. Zeyl. 149.

Cassia foliolis quinque parium lanceolatis, extimis minoribus. Hort. Cliff. 158.

Quauhayohuatli secunda. Hern. Mex. 87.

Arbor quindecimpedalis ramosissima.

Folia quinqueiuga foliis ouatis acuminatis glabris.

Petioli teretes eglandulati.

Racemi axillares terminalesque simplices.

Flores lutei elegantes.

Legumina teretia longissima fere tripedalia pulpa nigricante referta.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, India et Ægipto. Floret Aprili. ♄.

Proprietas. Pulpa fructus dulcis nauseosa, demulcens, et leniter purgans. Propinatur in Nephritide calculosa febribus, et uiscerum ardoribus.

Atomaria. Cassia foliis quinqueiugis ouato-oblongis infernè subtomentosis, petiolis eglandulatis. Fl. Mex. Ic. 279.

Cassia foliis quinqueiugis ouatis-subtomentosis petiolis teretibus eglandulatis.

Frutex duodecimpedalis, ramis alternis minoribus ad apice pubescentibus.

Folia pinnata, foliolis decem ouato-oblongis inferioribus dimidio breuioribus terminalibus reliquis maioribus, oblongo-lanceolatis, supernè glabris subtus tomentosus, omnibus subpetiolatis.

Petiolus communis teres tomentosis punctis ferrugineis numerosissimis adspersus.

Stipulæ subulatæ, erectæ persistentes.

Racemi axillares simplices nutantes.

Flores luteo uirentes.

Bracteæ subulatæ.

Legumina longissima subarcuata compressa, mucrone infenso terminata.

Habitat in America calidiore. Floret Octobri. ♄.

Pilosa. Cassia foliis quinqueiugis eglandulatis stipulis semicordatis acuminatis, caule stricto piloso.

Cassia suffruticosa, erecta hirsuta, floribus singularibus ad alas. Brown. Iam. 224.

Suffrutex quadripedalis ramis erectis hirsutis.

Folia quinqueiuga glabra.

Stipulæ semicordatæ acuminatæ ciliatæ.

Pedunculi axillares gemini uniflore.

Flores lutei pentandri.

Legumina oblonga compressa.

Habitat Chilapæ et in Iamaica. Floret Augusto. ♃.

Biflora. Cassia foliis sexiugis oblonguisculis glabris inferioribus minoribus, glandulata subulata inter infima pedicellis subbifloris. Hort. Cliff. 159. Ic. 445.

Cassia biflora. Amœn. Acad. 5. p. 397.

Frutex quinquepedalis ramis diffusis, teretibus senioribus epidermide albicante dehiscente obtectis iunioribus tuberculis paruis sparsis scabriusculis.

Folia pinnata foliolis sexdecim ad octodecim oblongis glabris, inferiora sensim minora.

Petiolus communis canaliculatus, glandula subulata intra infimum foliorum par.

Stipulæ subulatæ erectæ.

Pedunculi axillares, terminalesque subbiflori.

Flores lutei elegantes, petalis duobus maioribus oblicuis trineruatis.

Legumina plana.

Habitat in Apatzingam, aliisque calidioris Americæ locis. Floret Octobri. ♄.

Ligustrina. Cassia foliis septemiugis, oblongo-oualibus, infimis maioribus, glandula petiolorum basis. Fl. Mex.

Cassia foliis septemiugis lanceolatis, extimis minoribus glandula basis petiolorum. Hort. Cliff. 199.

Cassia ligustrifolia. Plum. Sp. 10. Dill. Elth. 350. t. 259. f. 338.

Herba tripedalis caule sulcato quinque angulato.

Folia pinnata septemiuga, foliis oblongo-oualibus, setaceo mucronatis glabris.

Glandula piramidalis intra singulum par.

Petiolus communis canaliculatus.

Racemi axillares floribus luteis.

Habitat in Quahunahuacæ circuitibus, Uirginia et Bahama. Floret Augusto. ☉.

Alata. Cassia foliis quatuor decimiugis, ouato-oblongis, petiolis eglandulatis leguminibus alatis. Fl. Mex. Ic. 387.

Cassia foliis octoiugis ouali-oblongis exterioribus minoribus petiolis eglandulatis, stipulis patulis. Sys. Ueg. 328.

Cassia siluestris, fœtida siliquis alatis. Plum. S. p. 18.

Arbuscula uigintipedalis.

Rami alterni cicatriculis foliorum decidentium scabri.

Folia pinnata foliolis sexdecim ouali-oblongis setaceo-mucronatis utrinque glabris infimis raroque terminalibus minoribus.

Petioli canaliculati, fusco rubentes eglandulatæ.

Stipulæ subulatæ patentes.

Racemi terminales compositi.

Flores lutei.

Legumina compressa alata.

Habitat in temperatis, et calidis Nouæ Hispaniæ, aliisque Americæ locis. Floret Iulio. ♄.

Proprietas. Indi herpeti milliari huius plantæ foliis meduntur, unde nomen â Rumphio impositum qui eam dixit herpeticam. Illa etiam utuntur pro cataplasmate in scabre maligna curanda.

Axillaris. Cassia foliis biiugis ouatis obliquis glandula obtusa inter infima, racemis axillaribus pedunculatis, siliqua tereti-oblonga. Suppl. p. 231.

Frutex decempedalis glaber.

Folia alterna petiolata, foliolis ouatis intus oblicuis utrinque glabris, superioribus longioribus, glandula conica obtusa inter infimum par.

Racemi axillares solitariæ erectæ, pauciflori pedicellis nutantibus angulatis.

Flores aurantii.

Legumina teretia subincurua, glaberrima seta filiformi longa terminata.

Habitat in calidis Americæ locis, et Surinam. Floret Augusto. ♄.

Mimosoides. Cassia foliis multiiugis oppositis, glandulis basis, petiolarum binis subrotundis stipulis semicordatis ciliatis. Fl. Mex.

Cassia foliis multiiugis linearibus glandula basis petiolorum obsoleta stipulis setaceis. Flor. Zeyl. 174.

Herba caule simplici tetragono, flexuoso sesquipedali.

Folia pinnata foliolis septuaginta circiter oppositilinearibus, trineruis setaceo-mucronatis, extus ad apicem subciliatis.

Stipulæ semicordatæ acuminatæ ciliatæ neruosæ amplexicaules.

Pedunculi axillares solitariis.

Bracteæ lineares, membranaceæ, ciliatæ.

Flores lutei, petalis subæqualibus patentisimiis.

Habitat in prædiis, Xorullo uicinis et Zeylan. Floret Septembri. ☉.

Procumbens. Cassia foliis biiugis elipticis, eglandulatis, caule procumbente, leguminibus planis hirsutis. Fl. Mex.

Cassia foliis multiiugis eglandulatis caule procumbente.

Cassia Americana, procumbens herbacea, Mimosæ foliis, floribus paruis, siliquis augusti planis. Comm. Petrop. t. 11.

Herba in terram depressa, caule ramisque diffusis

teretibus, hirsutis strictis, supernè fusco-rubentibus.

Folia biiuga eliptica glabra, eglandulata.

Petioli teretes, filiformes elongati, supernè fusco-rubentes.

Stipulæ subulatæ reflexæ.

Racemi terminales simplices hirsutissimi.

Flores lutei antheræ subæquales nec rostratæ.

Pedicelli longi filiformes.

Bracteæ stipulis simillimæ persistentes.

Legumina plana hirsuta.

Habitat prope Uruapam in Michoacanensi Prouincia, et in Uirginia. Floret Septembri. ☉.

Septentrionalis. Cassia foliis quadriiugis ouatis acutis glandula intra singulum par dempto terminali, stipulis subulatis patentibus. Fl. Mex.

Arbuscula octopedalis elegans, ramis teretis glabris.

Folia pinnata foliolis octo, ouatis, acutis glabris breuiter petiolatis.

Petiolus communis teres, supernè canaliculatus mucronatus.

Glandula intra singulum foliorum par.

Stipulæ subulatæ patentes.

Racemi terminales.

Flores lutei.

Legumina teretia.

Habitat Mexici, ubi *Sinensis Genista* nuncupatur. Floret Iunio. ♄.

Geniculata. Cassia foliis quadriiugis, ouatis, tomentosis, glandula inter infima, leguminibus articulatis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus tripedalis flexuosus.

Rami teretes striati, tomentosi alterni.

Folia pinnata foliolis octo, ouatis acutis utrinque tomentosis, basi suboblicuis.

Glandula intra infima par.

Racemi axillares simplices foliis breuiores.

Flores pallidi lutei congeneribus minores in apice pedunculi communis conferti.

Legumina plana utrinque articulis rotundatis emarginata.

Habitat in Metepec. Floret Septembri. ♃.

Michoacanensis. Cassia foliis biiugis eglandulatis elipticis, subtus tomentosiis, caule arboreo. Fl. Mex.

Arbor uigintipedalis ramis diffusis scabris.

Folia biiuga, foliolis oualibus supernè glabris subtus tomentosis, margine reuolutis eglandulatis.

Racemi terminales.

Legumina longa plana.

Habitat in montibus imhospitalibus âb oppido Tepalcatepec. Coahuayam, uersus interiectis. Floret Decembri. ♄.

Edulis. Cassia foliis quinqueuigis obouatis glandula inter infima, leguminibus teretibus, intus pulposis. Fl. Mex.

Frutex decempedalis ramis diffusis teretibus glabris.

Folia pinnata foliolis decem, raro octo, uel sex obouatis oppositis, glandula ouata inter infimum par.

Racemi terminales simplices.

Legumina teretia longa, pulpa infarta.

Semina subouata, subdepressa, intra pulpam nidulantia.

Habitat in maritimis Coahuayanæ prædiis. Floret Nouembri. ♄.

Usus. Leguminum pulpa a Coahuayanæ, habitantibus editur.

G. POINCIANA.

Pulcherrima. Poinciana aculeis geminis Iacq. Amer. 122. Ic. 79.

Senna spuria arborea, spinosa alatis ramosis, seu decompositis, flore, ex luteo et rubro specioso. Sloan. Iam. 2. p. 49.

Arbuscula duodecimpedalis elegantissima.

Rami alterni aculeati aculeis geminis, uel solitariis deciduis.

Folia bipinnata, foliolis subouatis emarginatis stipulis setaceis.

Glandulæ binæ alia in petioli communis basi, alia intra foliolulorum supremum par.

Racemi terminales simplices.

Pedunculus terminales tetragoniis pedicelli longi congesti.

Flores coccinei maculis lutescentibus formossisimis uariantes.

Habitat in calidioribus Nouæ Hispaniæ regionibus et in India. Floret Octobri. ♄.

Proprietas. Seminum totiusue plantæ tinctura efficax emenagogum.

Elata. Poinciana caule inermi. Forskeoehl. Ægipt. 86. Ic. 389.

Poinciana (Coriaria) caule inermi, racemis spicatis. Iacq. Amer. 123. n. 3. t. 175. f. 36.

Calyx. Perianthium pentaphyllum laxum oblongum laciniis oblongis patentibus reflexis coloratis, deciduis; inferiore recta concaua paulo maiore.

Corolla. Petala quinque unguiculata, quorum quator subrotunda subæqualia, quintum supremum paulo maius, difforme, longius pedicellatum ascendens apice crenatum.

Stamina. Filamenta decem filiformia subæqualias corolla paulo longiora uersus petalum infernis decumbentia. Antheræ subouatæ incumbentes.

Pistillum. Germen subulatum, pedicellatum, declinatum stylus filiformis longitudine staminum, stigma obtusum.

Pericarpium. Legumen oblongum compressum.

Semina.........

Arbor uigintipedalis ramis alternis erecto patentibus glabris.

Folia alterna impari bipinnata; partialia quinqueuiga, impari longiori propria foliolis quadraginta, circiter linearibus minimis integerrimis, subtus bifariam ferrugineo punctatis.

Racemi terminales compositi, foliis breuiores.

Corollæ albicante, congeneribus multo minore, petalo supremo intus lutescentes.

Filamenta paulo corolla longiora, antheris rubro purpurascentibus.

Habitat in calidiore America. Floret Octobri. ♄.

Œconomia. Cortex ac lignum magni â Coriariis æstimantur, qui ingentem copiam absumunt. Horum ramenta calidæ aliquantulum infusa, uitrioloque, uiridi permixta nigerrimum exhibent atramentum.

Arbor hæc uulgo *Cascalote* adpellatur.

Elatior. Poinciana caule inerme, racemis simplicibus elongatis corollis compressis. Fl. Mex. Ic. 80.

Arbor elegans quindecim aut uiginti pedalis ramis diffusis glabris.

Folia bipinnata foliolis ouato oblongis quinque iugis.

Glandulam ad basim petioli communis.

Racemi terminales, simplices, elongati.

Flores luteo-rubentes formossisimi, calycibus membranaceis subconcoloribus.

Habitat in Ayacapixtla et Xochitlam. Floret Nouembri. ♄.

Horrida. Poinciana aculeis solitariis, foliolis obcordatis subrotundis, racemis simplicibus, leguminibus teretibus torosis. Fl. Mex. Ic. 368.

Arbor uigintipedalis elegans, ramis erectis teretibus, aculeis solitariis recuruis, atro-rubentibus ualidis.

Folia alterna bipinnata partialia, propiaque quadriuga, foliolis obcordatis, subrotundis, glabris.

Racemi simplices, terminales.

Flores lutei uexillo breuiore rubro-maculato carina aliis paulo longiore.

Calycis laciniæ reuolutæ, infima recta concaua, maiori, crenulata.

Legumina terètia, torulosa, moniliformia utrinque acuminata, rubentia.

Habitat in paludis Zumpango, aliisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Augusto. ♄.

Hirsuta. Poinciana caule herbaceo hirsuto inermi, racemi simplicibus. Fl. Mex Ic. 276.

Calyx. Perianthium pentaphyllum foliolis oblongis corolatis reflexis receptaculo campanulato insertis.

Corolla. Petala quinque, subrotunda; quatuor subæqualia, patentia distantia: quintum supremum breuius præstantius, basi biappendiculata, stamen subperius amplectenti.

Stamina. Filamenta decem subulata declinata corolla paulo breuiora, supremo pedicellato. Antheræ oblongæ incumbentes.

Pistillum. Germen oblongum teres declinatum; stylus filiformis, apice adscendens longitudine staminum; stigma obtusum.

Pericarpium. Legumen acinaciforme, compressum semipollicare.

Semina..............

Caulis suffruticosus sesquidodrantalis, teres, hirsutus pilis ad apicem glandulosis.

Rami alterni erecti cauli similes.

Folia alterna bipinnata, partialia quinqueuiga foliolis uiginti, circiter oblonguisculis, utrinque glabris basi oblicuis sèssilibus.

Stipulæ subouatæ.

Petiolus communis, partialique hirsuto-glandulosi instan caulis.

Racemi terminales simplices.

Flores aurantii, elegantes, insipidi, inodori uti tota planta hirsuto-glandulosis.

Habitat ad thermas de Atohuilco. Michælopoli uicinas. Floret Iunio. ♃.

Punctata. Poinciana caule frutescente inermi foliolis, subtus punctatis, racemis simplicibus. Fl. Mex.

Calyx. Perianthium pentaphyllum, foliolis lineari-lanceolatis, receptaculo campanulato insertis, infimo maiore concauo descendente.

Corolla. Petala quinque subrotunda, unguiculata quorum duo lateralia incumbentia superius minus ascendens, pulchre maculatum, ungue canaliculato, stamina tria superiora basi amplexum.

Stamina. Filamenta decem subulata descentia in infima calycis laciniam declinata, corolla breuiora, tria suprema pedicellata; antheræ oblongæ incumbentes.

Pistillum. Germen cybiforme, hirsuto glandulosum; stylus filiformis directiore et longitudine staminum, stigma obtusum.

Pericarpium. Tegumen compressum, acinaciforme.

Semina............

Suffrutex bipedalis, ramosissimus.

Rami uirgati, striato angulati, hirsuti pilis nigricantibus, apice glandulosis.

Folia bipinnata, partialia subquinqueuiga foliolis uiginti circiter oblonguisculis emarginatis, subtus ferrugineo-punctatis.

Stipulæ lineares laceræ, ciliatæ.

Racemi terminales simplices.

Flores albi patentes, petalo supremo, extus nigro intus croceo-punctato.

Bracteæ stipulis similes.

Legumina sesquipollicaria compressa.

Habitat in Sancti Damiani agris prope iter montanum â Michælopoli Guanasuatum, uersus ducens. Floret Iunio. ♃.

G. CÆSALPINIA.

Uesicaria. Cæsalpinia caule aculeato, foliolis obcordatis subrotundis. Ic. 368.

Cæsalpinia spinosa, foliis minoribus, obcordatis bipinnatis, Brown. Iam. 227.

Arbor uigintipedalis, caule alterne inordinatim interrupte, profundissimeque, excauato, cortice fusco cinereo tenus.

Rami alterni, erecti cauli similes.

Folia alterna conferta pinnata foliolis duodecim circiter obcordatis, subrotundis integerrimis, glabris.

Aculei stipulares erecto-patentes, decidui.

Racemi axillares simplices subcorymbosi longitudine foliorum.

Flores lutei.

Habitat in calidissimis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Decembri. ♄.

Proprietas. Lignum febrifugum est.

Œconomia. Medulla ligni inseruit pro colore rubro, tingendo, unde lignum Brasiliense uulgo adpellatur.

Sapan. Cæsalpinia caule aculeato, foliolis lineari-oblongis, emarginatis, basi inæqualibus. Fl. Mex.

Cæsalpinia caule aculeato, foliolis oblongis inæquilateralibus, emarginatis. Fl. Zeyl. I. 58.

Ligno Brasiliano simile. C. B. P. 393.

Lignum Sappan Rumph. Amb. 4. p. 56. t. 21.

Calyx. Perianthium pentaphyllum receptaculo campanulato insidens, foliolis oblongo ouatis, concauo reflexis patentibus coloratis deciduis.

Corolla. Petala quinque subrotunda, subæqualia subundulata patentia, infimo longius pedicellato, remiformi pulchre maculato.

Stamina Filamenta decem subulata uersus petalum inferius decumbentia antheræ oblongæ, incumbentes.

Pistillum. Germen oblongum, compressum stylus filiformis longitudine staminum, stigma simplex.

Pericarpium. Legumen oblongum compressum utrinque acuminatum.

Semina oblonga.

Arbor uigintipedalis cortice semperuirenti dilute.

Rami alterni suberecti, caule similes.

Folia alterna bipinnata; iuniora triiuga, seniora biiuga aut coniugata, foliolis quatordecim circiter, oblongis paruis integerrimis albicantibus emarginatis.

Aculei axillares gemini, altero breuiore recuruo deciduo; longiore suberecto persistente.

Corymbi axillares pauci flori foliis breuiores.

Flores lutei elegantes petalo infimo in plenisque rubro-miniato.

Legumina oblonga plana, utrinque acuminata.

Habitat in oppido Apatzingam. Floret Octobri. ♄.

G. GUILANDINA.

Bonducella. Guilandina aculeata pinnis oblongo-ouatis, foliolis aculeis geminis.

Cristo Pauonis Glicyrrhizæ folia minor repens, spinosissima, flore luteo, spicato minimo siliqua latissima echinata, semine rotundo cinereo. Breyn. Prodr. 3. App. 33. t. 28.

Globuli maiores, Rumph. Amb. 5. p. 92. t. 49. f. 1.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Nouembri. ♄.

G. HYMENÆA.

Courbaril. Hymenæa. Hort. Cliff. 484. Ic. 256.

Quapinolli Mexicanorum.

Calyx. Perianthium tetraphyllum, foliolis ouatis concauis subæqualibus coloratis deciduis.

Corolla. Petala quinque ouata ereco-patentia, uix calyce longiora.

Stamina. Filamenta decem subulata erecta corolla dimidio longiora, antheræ oblongæ uersatiles.

Pistillum. Germen cymbiforme stylus filiformis crassiusculus, ascendens, parum staminibus longior; stigma simplex obtusum.

Pericarpium. Legumen oblongum crassum lignosum, subtus gibbum, infra suturam superiorem utrinque sulco exaratum.

Semina ouata-oblonga, hinc depresso caua, inde sulcis, longitudinalibus excauata, pulpaque obducta.

Arbor procera et elegans.

Rami alterni cortice tenui albicante obducti.

Folia coniugata, ouato-oblonga, oblicua, scariosa, integerrima glabra.

Petioli teretes apice subincrassati.

Racemi terminales dichothomi.

Flores albi inodori, pedicellis geniculatis.

Habitat in Mazatlani montibus, aliisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Iulio. ♄.

Œconomia. Lignum, quantumuis durissimum, ita dolabro cedit, ut reliquis posthabitis molendina anundinum saccharinorum expresioni destinata, exillo construantur, Uetustiorum arborum radices resinam quamdam suppedittant, quam Indi *Quapinole*, siue *thus* adpellant: ea quippe Sanctuaria illorum assiduo perfumantur. Nec inter Historiæ Naturalis studiosos defuere, qui huiusmodi resinam cum uero succino confundissent et scriptis editis adseruissent; quam tamen ob eo differre experimentis ad hoc institutis nobis innotuit. Eam itaque ad resinam *Copal* denominata non esse prorsus diuersam opinamus quo nomine etiam *Quapinole* dignoscitur à *Petapensibus* et Tehuantepecensibus, unde descriptio satis exacta licet, non methodica hucusque peruenit quam in summaria Rei litterariæ opella Iosephus Alzatuis uulgauit, id uero extra dubium omne positum, cre-

dimus, quod præcitatus, clarissimus Auctor iam dixerat insigniorem nempe à Quapinole resina ad lignea, uel metallica utensilia illinienda, ut nitida enadant, spectandam esse utilitatem.

G. TRICHILIA.

Hirta. Trichilia foliis pinnatis glabris, foliolis intermediis maioribus, racemis axillaribus. Fl. Mex.

Trichilia foliis pinnatis subhirsutis.

Trichilia (Spondioides) racemis axillaribus foliis pinnatis, foliolis intermediis maioribus. Iacq. Americanum. 128.

Arbor quindecimpedalis. Pruno Indicæ similis.

Rami alterni patentes, teretes cinereo-granulosi scabriusculi.

Folia alterna pinnata, foliolis quindecim circiter ouato-oblongis, acuminatis, altero basios latere, ut plurimum, breuiore obliquatis, glabris intermediis maioribus, huic oppositis inde alternis.

Petiolus communis teres basi clauatus.

Racemi in ultimis foliorum axillis, illisque triplo breuiores.

Flores parui, albi inodori.

Capsulæ subrotundo trigonæ.

Semina in uariis numero uaria, a tribus ad sex.

Habitat in oppido Apatzingam et Iamaica. Floret Augusto. ♄.

Trifoliata. Trichilia foliis ternatis. Iacq. Amer. 129. t. 82.

Trichilia Halesia:

Arbuscula decempedalis ramis alternis, diffusis, punctis albicantibus inspersis scabriusculis.

Folia alterna ternata, foliolis lanceolatis integerrimis glabris.

Racemi axillares uix foliis longiores.

Flores albi parui inodori.

Capsulæ globosæ paruæ ciceris magnitudine albo punctatæ.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ montibus prope Coahuayanam et in America Meridionali. Floret Decembri. ♃.

G. TURRÆA.

Uiridis. Turræa. Ic. 246.

Arbuscula elegans quindecimpedalis.

Folia alterna ouato-oblonga, undulata glaberrima.

Petioli breuissimi apice incrassati.

Racemi terminales compositi.

Flores albi nectario marginali germen cingente.

Stylus breuissimis stigmate trigono capitato.

Habitat in Mazatlam et India Orientali. Floret Maio. ♄.

G. MELIA.

Americana. Melia foliis pinnatis integerrimis. Fl. Mex. Ic. 339.

Arbor quindecimpedalis.

Rami alterni scabriusculi albicantes.

Folia alterna impari-pinnata, foliolis ouato-lanceolatis, oblicuis, altero petiolorum latere basi elongatis, integerrimis glabris.

Racemi axillares compositi.

Flores albi suaueolentes, nectario semi-bifido staminibus lineari-complanatis, antheris erectis, oblongis, germine piloso.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Maio. ♄.

G. SWIETENIA.

Mahagoni. Swietenia. Iacq. Amer. 127. Ic. 224.

Cedrela foliis pinnatis, floribus spansis, ligno odorato. Brown Iam. 108.

Arbor foliis pinnatis, nullo impari neruo adlatus. Catesb. Carol. 2. p. 81. t. 81.

Tzopilotlzonte Comtl. Hern. Mex. 34.

Arbor excelsa, frondosa.

Folia abruptè pinnata, conferta foliolis, circiter octo ouato-lanceolatis, acuminatis, obliquis integerrimis glabris subincanis.

Racemi axillares compositi, pedicellis dichothomis.

Pedunculus communis compressus, anceps.

Flores albi nectario decemdentato.

Habitat in utrusque Americæ calidioribus locis. Floret Maio. ♄.

Œconomia. Lignum atro-fuscam tincturam suppeditat.

G. GUAIACUM.

Afrum. Guaiacum foliis octiiugis oppositis, acutis. Fl. Mex. Ic. 277.

Guaiacum foliis multiiugis acutis.

Guilandinoides. Hort. Cliff. 439.

Acacia Africana, quæ Acaciæ similis, foliis Myrti paruis aculeatis, pinnatis, flore coccineo tetrapetaloide. Walth. Hort. 2. t. 2.

Arbor magnitudinis mediocris, nec nisi dum floret, spectabilis.

Rami dichothomi diffusi, iuniores cortice cinereo obducti.

Folia opposita abrupté pinnata, foliolis, octo ad sexdecim oblongis acutis, oblicuè subfalcatis, altero baseos latere parum longiore.

Petiolus communis canaliculatus.

Stipulæ lineari subulatæ erectæ.

Pedunculi axillares quaterni.

Flores purpureo-cœrulei, elegantes.

Capsulæ quinqueangulares, quinqueloculares.

Semina (nuclei durissimi) tereti-oblonga, hinc angulata, cuticula coccinea obducta fructuque dehiscente radicula dependentia.

Habitat in Apatzingam, Sina et Æthiopia.

Floret Septembri. ♄.

Proprietas. Inter antiuenereas plantas, celebratur decoctione, quippe trunci uix est præxtantius sudorificum, qua propter non inmerito species hæc officinali Guaiaco subrogata est.

Œconomia. Lignum propter duritiem ad utensilia uaria construenda maximè commendatur.

G. RUTA.

Graueolens. Ruta foliis decompositis, floribus lateralibus quadrifidis. Mat. Med. 128.

Ruta foliis dupplicato pinnatis, lobulis ouatis. Hall. Helu. n. 1003.

Habitat in Noua Hispania et Europa.

Floret Uere. ♃.

Proprietas. Acris et ingrato, sapore prædita, resolutiua alexiteria, antiuenerea, expellens, carminatiua, emenagoga, exanthematica, sudorifica et anthielmintica. Propinatur in peste, epilepsia, passione hysterica, cephalalgia, ophthalmia et singultu.

G. TRIBULUS.

Maximus. Tribulus foliis subquadriuigis exterioribus maioribus pericarpiis decaspermis, muticis, Lœsling. It. 208.

Tribulus foliis senis pinnatis extimis maioribus, floribus singularibus. Brown. Iam. 229. t. 132. f. 3.

Habitat in aridis Nouæ Hispaniæ et Iamaica locis. Floret Iulio. ♃.

Lanuginosus. Tribulus foliis subquinqueiugis, subæqualibus, seminibus bicornibus.

Tribulus terrestris Zeylanicus, cauliculis uillosis, fructu acuminato, Burm. Zeyl. 226. t. 106. f. 1.

Habitat in arenosis Acapulci, Zeylanique locis.

Floret Nouembri. ⊙.

G. QUASSIA.

Amara. Quassia floribus hermaphroditis, foliis imparipinnatis, foliolis oppositis, sessilibus, petiolo articulato, alato, floribus racemosis. Suppl. p. 235. Amœn. Acad. 6. p. 423. t. 429. Ic. 300.

Calyx. Perianthium pentaphyllum, foliolis ouatis breuissimis patentibus, coloratum persistens.

Corolla. Petala quinque oblonga, erecta, incumbentia, sensim ad apicem angustiora.

Stamina. Filamenta decem filiformia corolla longiora squammis incuruis nectariferis ouatis, unguiculatis uillosis extus inferta antheræ oblongæ, incumbentes.

Pistillum. Germina quinque ouata receptaculo carnoso eleuato, obtusè pentagono insidentia, stylus filiformis parum staminibus breuior stigmata simplex.

Pericarpium Drupæ quinque ouatæ, receptaculo carnoso insertæ.

Semina. Nux ouata unilocularis, nucleo subrotundo solitario.

Arbuscula uigintipedalis.

Rami erecti, teretes glabri.

Folia alterna impari-pinnata foliolis quinque ouali-lanceolatis, integerrimis utrinque glabris.

Petiolus communis alatus articulatus.

Racemi terminales simplices.

Flores coccinei elegantes petalis erectis incumbentibus, corollam tubulosam mentientibus.

Habitat in Surinam et Coahuayana. Floret Ianuario. ♄.

Proprietas. Lignum est amarissimum, inodorum, hypnoticum, balsamicum præstantissimum, antiacidum, antisepticum, tonicum et stomachale. Mirabilia præstat, in febribus intermittentibus et subintrantibus in hypochondriaco adfectu, arthritide, leuchorrea, et partium quarumcumque sphacelo.

G. HEISTERIA.

Coccinea. Heisteria. Iacq. Amer. 126. t. 81. Ic. 352.

Borbonia fructu oblongo nigro, calyce coccinea. Plum. Gen. 4.

Calyx. Perianthium, monophyllum campanulatum, quinquefidum, paruum coloratum persistens.

Corolla. Petala quinque ouata acuta concaua patentia.

Stamina. Filamenta decem plana, acuta erecta germen cingentia, alterna breuiora antheræ subrotundæ.

Pistillum. Germen subrotumdum, stylus breuis, longitudine staminum: stigma obtusum, subquadrifidum.

Pericarpium. Drupa oblonga calyce colorato magno carnoso contenta.

Semina. Nux oualis obtusa, nucleus eiusdem figuræ.

Arbor quindecimpedalis parum elegans.

Rami alterni teretes, glabri, fusco-rubentes.

Folia alterna lanceolata, integerrima reticulato-uenosa, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Racemi axillares floribus albis paruis inodoris.

Calyx cum flore paruus, ex uiride, et albo rubescens, cum fructu uero auctus carnosus, coccineus,

limbo patentissimo quinquefido, laciniis, rotundatis erosis.

Drupæ immaturæ uirides, maturæ uero liuido-fuscæ glandi Quercinæ, omnino similes.

Habitat in Mazatlam et Martinica. Floret Aprili. ♄.

Obseruatio. Uariat sexta fructificationis parte aucta, ut in Icone adparet.

G. IUSSIEUA.

Repens. Iussieua repens floribus pentapetalis decandris, foliis ouato-oblongis Ic. 78.

Nix-Carambu. Rheed. Malab. 2. p. 99. t. 51. Rai Hist. 1510.

Iussieua ascendens.

Iussieua ascendens floribus pentapetalis decandris foliis ouato-oblongis glabris, pedunculis folio breuioribus. Mantiss. 1. 69.

Herba caule repente, ascendente tereti, glabro, rubente.

Folia alterna ouato-oblonga, integerrima, glabra, petiolata.

Pedunculi axillares, longissimi uniflori.

Flores lutei, pentapetali, decandri, inodori.

Habitat Mex. et in Orientali India. Floret Iunio. ⊙.

Suffruticosa. Iussieua erecta uillosa floribus tetrapetalis octandris pedunculatis.

Lysimachia Indica, non papposa flore luteo minimo, siliquis caryophyllum aromaticum æmulantibus Herm. Lugdb. 396.

Suffrutex tripedalis, caule erecto, quinque angulari uilloso.

Rami alterni suberecti, fusco-rubentes.

Folia alterna lanceolata integerrima transuerse lineata, utrinque uillosa breuisimi petiolata.

Flores lutei inodori, tetrapetali, octandri, decidui axillares solitarii, breuiter pedunculati.

Habitat ad margines riuulorum Qualiunahuacæ et in India. Floret Iunio. ♃.

Tenella. Iussieua glabra repens floribus pentapetalis, subsessilibus, foliis oppositis subpatulatis. Fl. Mex.

Iussieua glabra floribus pentapetalis subsessilibus, foliis oppositis lineari-lanceolatis. Burm. Ind. 103. t. 34. f. 2.

Herba diffusa caule ramisque, repentibus, geniculatis, teretibus, glabris.

Folia opposita spatulato-acuminata, integerrima, subcarnosa, fere auenia, utrinque glabra subsessilia.

Flores axillares, solitarii lutei, inodori, inter congeneres parui subsessiles. pentapetali decandri.

Habitat in Iaua et humidis Apatzingami circuitibus. Floret Augusto. ⊙.

G. MELASTOMA.

Scabrosa. Melastoma foliis denticulatis quinque neruiis, cordatis scabris, subtus tomentosis, ramis tomentoso uillosis. Ic. 365.

Melastoma subhirsuta, foliis cordatis scabris minutissime denticulatis, reticulatis, racemis minoribus alaribus. Brown. Iam. 216. t. 24. f. 3.

Frutex tripedalis.

Rami teretes geniculati ad apicem scabro uillosi.

Folia opposita, cordato-oblonga, quinqueneruia uenosa reticulata, minutim dentata, rugosa, scabra, supernè hirsuta, subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Racemi terminales compositi.

Flores albi, rubro uariantes.

Habitat in Acahuizotla et Iamaica. Floret Iunio. ♄.

Hirta. Melastoma foliis denticulatis quinque neruiis ouato-lanceolatis, caule hispido.

Grossularia Plantaginis folio angustiore, hirsuto. Plum. Sp. 18. Ic. 149.

Frutex octopedalis ramis diffusis, teretibus hirsuto-ferrugineis.

Flores axillares conferti, caulem fere cingentes uix pedicellati.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

Aspera. Melastoma foliis integerrimis, trineruiis, lanceolatis scabris. Fl. Zeyl. 172. Ic. 81.

Fragarius ruber. Rumph. Amb. 4. p. 135. t. 71.

Frutex tripedalis ramis diffusis teretibus uilloso scabris, fusco rubentibus.

Folia opposita, lanceolata denticulata, trineruia, uillosa, breuiter petiolata.

Flores purpurei terminales conferti, breuiter pedunculati.

Calyces hirsuti.

Habitat ad torrentes fluminis Ayacapitztlæ et in India Orientalis. Floret Nouembri. ♄.

Malabatrica. Melastoma foliis integerrimis quinqueneruiis lanceolato-ouatis, scabris. Fl. Zeylani. 171.

Melastoma quinqueneruia, hirta maior capitulis, sericeis uillosis. Burm. Zeyl. 155. t. 73.

Frutex octopedalis ramis teretibus glabris.

Folia ouato-lanceolata, minutim serrata, supernè glabra, subtus sericea quinqueneruia, reticulato-uillosa ciliata.

Paniculæ axillares.

Habitat in Quaxinipilapa et India Orientali. Floret Augusto. ♄.

Angustifolia. Melastoma foliis lanceolato-oblongis, integerrimis, trineruis, glabris, margine scabris. Fl. Mex.

Frutex octopedalis ramosissimus.

Folia opposita integerrima, lanceolata, oblonga utrinque glabra, margine tantum scabra.

Racemi terminales compositi.

Habitat cum præcedenti. Floret Iunio. ♄.

Eneruata. Melastoma foliis eneruiis, floribus octandris. Fl. Mex.

Suffrutex quinquepedalis, caule ramisque, tetragonis: iunioribus tomentosis.

Folia opposita ouato-lanceolota integerrima, eneruia, uenis subtus prominentibus, striata, tomentosa breuiter petiolata.

Paniculæ terminales dichotomæ.

Pedicelli filiformes.

Bracteæ subulatæ.

Flores albi, octandri elegantes.

Habitat pro Tonilam in anfractuosis, ac asperis locis. Floret Februario. ♃.

G. ANDROMEDA.

Dabœcia. Andromeda racemis secundis, floribus quadrifidis ouatis, foliis alternis lanceolatis, reuolutis.

Erica (Dabœcii) racemo terminalis, foliis alternis, subtus tomentosis. Sp. Pl. 3. p. 509.

Habitat in Huichilachi montibus et Hispania. Floret Maio. ♄.

G. ARBUTUS.

Unedo. Arbutus caule arboreo, foliis glabris, serratis baccis polispermis. Hort. Cliff. 163.

Arbutus caule arboreo, foliis glabris, obtuse serratis; panicula terminali baccis polyspermis. Suppl. p. 238.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Aprili. ♄.

Ferruginea. Arbutus, arborescens, foliis oblongis, cuspidatis integerrimis, glabris racemis terminalibus cernuis. Fl. Mex. Ic. 345.

Arbutus arborescens, foliis oblongis, obtusis, glabris, integerrimis, racemis terminalibus. Suppl. p. 238.

Arbuscula decempedalis, ramis alternis, erectis corymbosis glaberrimis fusco-rubentibus, gracilibus.

Folia alterna oblonga cuspidata integerrima, utrique glabra, erecta, uerticalia, fere auemia, scariosa, breuiter petiolata.

Racemi terminales simplicis corymbosi, nutantes.

Pedicelli filiformes rubentes.

Bracteæ minimæ, ouatæ, membranaceæ.

Calyces rubentes.

Corollæ albæ, ouato-urceolatæ, inodoræ.

Habitat in America utraque, præcipue in montibus Guanasuati, ubi baccas *pingüicas* adpellant. Floret Iunio. ♃.

Proprietas. In officinis pro uera Uua ursica usurpatur, Indigenæ baccas edunt.

G. DAIS.

Cotinifolia. Dais floribus quinquefidis decandris. Arbor quindecimpedalis, ramis diffusis.

Folia opposita obouata, integerrima glabra, breuiter petiolata.

Bracteæ setaceæ.

Flores terminales, agregatis, subumbellatis inuolucro obsoleto gemmaceo.

Habitat in Quahunahuacæ agris et capite Bonæ Spei. Floret Aprili. ♄.

G. SAMIDA.

Eneandria. Samida floribus enneandris, foliis elipticis dentatis. Fl. Mex.

Arbusculo duodecimpedalis, racemis alternis, tuberculis scabris terminalibus tomentosis.

Folia alterna, eliptico-lanceolata, dentata, subtus tomentosa, breuiter petiolata. Stipulæ ouatæ scariosæ.

Pedunculi filiformes, geniculati, axilares conferti.

Flores albi enneandri.

Habitat in Mazatlam. Floret Iunio. ♄.

G. BUCIDA.

Umbellata. Bucida foliis oppositis ouato-subrotundis, floribus umbellatis. Fl. Mex.

Calyx. Perianthium monophyllum tubuloso-campanulatum, quinque angulare, uiscoso punctatum, ore quinquefido, lacinis emarginatis.

Corolla nulla.

Stamina. Filamenta decem capillaria, basi calycis inserta, illoqui longiora, antheræ subrotundæ.

Pistillum. Germen ouato-oblongum: stylus filiformis fere longitudine staminum, stigma obtusum.

Pericarpium. Bacca oblonga granuloso-scabra, uiscosa quinqueangularis, unilocularis.

Semen unicum oblongum.

Frutex sarmentosus subquinquepedalis.

Rami dichotomi, recentiores obsolete tetragoni subcompressi, pubescentes, latere altere subrubri.

Folia opposita, ouato-subrotunda, integerrima, utrique uillosa, breuiter petiolata.

Pedunculi terminales umbellati.

Flores albi.

Baccæ atro-rubentes uiscosæ.

Habitat in Queretarensium hortorum sepimentis. Floret Augusto. ♄.

Obseruatio. Uariat staminum numero ab octo ad undecim.

DIGYNIA.

G. THRIANTHEMA.

Monogynia. Thrianthema floribus suboctandris monogyniis. Fl. Mex. Ic. 404.

Thrianthema floribus pentandris monogyniis.

Thrianthema Portulacastrum. Sp. Plant. 3. 335.

Herba diffusa Portulacæ facie.

Rami numerosi in terram depressi geniculati, teretes, glabri, apice subrubentes.

Folia opposita, integerrima, aueina, succulenta, utrinque glabra margine subrubra.

Petioli breues, inæqualis basi amplexicaules stipulæ membranaceæ petiolos connectentes.

Flores in dichotomia ramulorum, terminalesque, solitarii sessiles.

Corollæ potius, quam calyces albo rubentes.

Bracteæ binæ, membranaceæ, persistentes oppositæ.

Capsulæ oblongo-retusæ.

Semina in singulis loculamentis bina reniformia.

Habitat ad thermas Sancti Bartolomæi, prope Queretarum, Comangillæ prope Guanasuatum in Iamaica et Curassauia. Floret Iunio. ☉.

Obseruatio. Uariat staminibus sex ad duodecim.

G. DIANTHUS.

Barbatus. Dianthus floribus aggregatis, fasciculatis, squammis calycinis ouato-subulatis, tubum æquantibus, foliis lanceolatis. Hort. Cliff. 165.

Cariophyllus hortensis barbatus angustifolius (vel latifolius) C. B. P. 208. 209. Tourn. 332.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Fl. Maio. ♃.

Caryophillus. Dianthus floribus solitariis, squammis calycinis subouatis breuissimis, corollis crenatis. Mat. Med. 134.

Dianthus coronarius.

Caryophyllus hortensis simplex, flore maiore. C. B. P. 208. Tourn. 331.

Habitat et floret cum præcedenti. ♃.

Proprietas. Flores fragrantes cardiaci sudorifici et alexiteri, in febribus exanthematicis, usurpatur.

Armeria. Dianthus floribus aggregatis fasciculatis squammis calycinis lanceolatis, uillosis tubum æquantibus. Fl. Dan. t. 230.

Caryophillus barbatus siluestris. C. B. P. 209. Tourn. 333.

Habitat et floret cum præcedenti. ♃.

Chinensis. Dianthus floribus solitariis squammis calycinis subulatis, patulis, tubum æqualibus, corollis crenatis. Hort. Cliff. 164.

Caryophyllus Sinensis supinus Leucoii folio flore unico. Tourn. Act. 1705. 348. f. 5. Miller. Ic. 81. f. 2.

Habitat et floret cum præcedentibus. ♃.

TRIGYNIA.

G. ARENARIA.

Serpillifolia. Arenaria foliis subouatis, acutis sessilibus; corollis calyce breuioribus. Hort. Cliffordianus 173.

Alsine foliis, ouato-lanceolatis subhirsutis, petalis calyce breuioribus. Hall. Helu. n. 875.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iulio. ☉.

Uerna. Arenaria foliis linearibus subulatis nudis, pedunculis axillaribus solitariis. Fl. Mex.

Arenaria foliis subulatis, caulibus paniculatis: calycibus acuminatis, striatis.

Alsine glabra tenuissimis foliis, floribus albis. Herm. Parad. 12. t. 12.

Herba procumbens, caule ramisque, filiformibus quadrangularibus.

Folia lineari-subulata, glabra, sessilia. Pedunculi axillares solitarii, raro biflori. Calyces acuti striati.

Petala alba, ouato-oblonga, calyce longiora.

Habitat in oppido Santæ Rosæ prope Guanasuatum et in Europa. Floret Iulio. ☉.

G. STELLARIA.

Nemorum. Stellaria foliis cordatis petiolatis panicula pedunculis ramosis. Œd. Dan. t. 71.

Alsine altissima Nemorum. C. B. P. 250. Tourn. p. 242.

Habitat in Noua Hispania et in Europa. Floret Martio. ☉.

Dichotoma. Stellaria foliis ouatis sessilibus, caule dichotomo, floribus solitariis, pedunculis fructiferis reflexis. Scopal. Carn. ed. 2. n. 533.

Habitat in montibus Michælopolitanis et in Europa. Floret Iunio. ☉.

G. SILENE.

Mexicana. Silene petalis emarginatis, laciniis dentatis, foliis lanceolatis. Fl. Mex. Ic. 82.

Herba tripedalis, caule tereti, fere simplici, uilloso.

Folia opposita lanceolata, integerrima, uillosa.

Pedunculi axillares pauciflori.

Flores coccinei, calycibus decemangulatis cylindricis uillosis.

Styli staminibus breuiores.

Habitat in oppido Sancti Angeli. Floret Augusto. ☉.

G. MALPIGHIA.

Glabra. Malpighia foliis ouatis integerrimis glabris, pedunculis umbellatis. Hort. Cliff. 169. Mill. ic. t. 181. f. 2.

Malpighia fruticosa erecta, foliis nitidis ouatis acuminatis, floribus umbellatis, ramulis gracilibus. Brown. Jam. 230.

Habitat in Quahunahuacæ montibus Iamaica, Curassauia, Surinamia et Brasilia. Floret Aprili. ♄.

Nitida. Malpighia foliis ouato-lanceolatis, integerrimis, subtus tomentosis, racemis axillaribus. Fl. Mex.

Malpighia foliis lanceolatis, integerrimus glabris, spicis lateralibus.

Malpighia foliis oblongo-ouatis, utrinque nitidis, racemis axillaribus. Iacq. Amer. 136.

Frutex septempedalis.

Rami oppositi subcinericei.

Folia opposita, ouato-lanceolata, obtusa, integerrima, subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Stipulæ binæ, subulatæ, axillares.

Racemi bini ut plurimum axillares simplices.

Bracteæ minimæ ouate acutæ.

Flores lutei fœtide subpedicellati.

Glandula lateralis ad basim pedicellorum.

Habitat in utraque America. Floret Maio. ♃.

Urens. Malpighia foliis oblongo-ouatis, subtus setis decumbentibus, rigidis pedunculis axillaribus, subumbellatis. Fl. Mex. Ic. 353.

Malpighia foliis oblongo-ouatis, setis decumbentibus rigidis, pedunculis unifloris aggregatis. Mill. Ic. t. 181. f. 1.

Malpighia latifolia, folio subtus spinoso. Plum. Gen. 46. t. 161. f. 1.

Arbuscula elegans quindecimpedalis.

Rami diffusi cortice cinereo scabriusculo.

Folia opposita ouato-oblonga, integerrima, supernè glabra, subtus setis decumbentibus rigidis, obsita breuiter petiolata.

Stipulæ subulatæ.

Pedunculi axillares umbellati.

Flores octocirciter, pedicellis geniculatis.

Baccæ subrotundæ, lactè rubentes, Mespili magnitudine sapore dulci-austero.

Habitat in America calidiore. Floret Iunio. ♄. Chilapenses baccas edunt Mexicani Ahualtzocotl, adpellant.

Crassifolia. Malpighia foliis ouatis integerrimis, subtus tomentosis, racemis terminalibus. Ic. 260.

Malpighia arborea foliis subrotundis, alternis, infernè sublanuginosis; spicis crassis compositis terminalibus. Brown. Iam. 231.

Arbuscula elegans præcedentis magnitudine.

Rami oppositi, iuniores tomentosi.

Folia opposita eliptica supernè glabra, subtus ferrugineo-tomentosa.

Stipulæ binæ axillares, ouatæ, concauæ.

Racemi terminales simplices ferruginei.

Flores albo, luteo rubroque uariantes.

Bracteæ subulatæ.

Habitat in calidiore America. Floret Maio. ♄.

Rotundifolia. Malpighia foliis subrotundo-ouatis, rugosis, subtus tomentosis, racemis terminalibus, foliolis pedicellis umbellatis. Fl. Mex.

Arbuscula octopedalis.

Rami graciles, diffusi, terminales ferrugineo-tomentosi.

Folia opposita subrotundo-ouata, raro eliptica, rugosa, subtus tomentosa breuiter petiolata.

Racemi terminales foliosi.

Pedicelli umbellati geniculati.

Flores rubri elegans inodori.

Habitat in Mazatlam. Floret Iulio. ♄.

Tomentosa. Malpighia foliis lanceolatis tomentosis, pedunculis axillaribus, umbellatis. Fl. Mex.

Arbuscula decempedalis, elegans ramis dichothomis.

Folia opposita lanceolata integerrima tomentosa, breuiter petiolata.

Pedunculli umbellati subquinqueflori.

Flores coccinei elegantes.

Habitat in Quahunahuacæ. Floret Iulio. ♄.

Obseruatio. Ad Malpighiam nitidam accedit, cuius forte uarietas.

G. BANISTERIA.

Laurifolia. Banisteria foliis ouati-oblongis petiolis biglandulosis, racemis axillaribus, terminalibusque. Fl. Mex. Ic. 284.

Banisteria foliis ouato-oblongis rigidis racemis terminalibus.

Acer scandens, foliis laurinis. Sloan. Iam. 137. hist. 2. p. 26. Rai. Dendr. 94.

Caulis fruticosus, scandens teres.

Rami alterni, iuniores, ex eodem latere caulis orti indiuisi, glabri, floriferi.

Folia opposita ouali-oblonga, nonnulla acuminata, integerrima, utrinque glabra.

Petioli breuissimi biglandulosi.

Racemi ex summis foliorum axillis, terminalesque, simplices, subcorymbosi.

Pedicelli geniculati.

Bracteæ binæ, ouatæ minimæ, membranaceæ.

Flores lutei, elegantes, fœtidi.

Semina latè alata, dorso ad fixa.

Habitat in Apatzingan et Iamaica. Flor. Octobri. ♄.

Dichothoma. Banisteria foliis ouatis, racemis dichothomis.

Banisteria foliis ouatis racemis dichothomis, seminibus, extrorsum tenuioribus, introrsum lacinulam emittentibus. Hort. Cliff. 169.

Habitat in utraque America. Floret Iulio. ♄.

Fulgens. Banisteria foliis subouatis, subtus tomentosis, racemis brachiatis, pedunculis umbellatis.

Banisteria foliis ouatis, ramis ramosis seminibus extrorsum, tenuioribus, introrsum lacinulam emittentibus. Hort. Cliff. 169.

Frutex scandens, ramis brachiatis cinericeis.

Folia opposita ouata acuta integerrima subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Racemi axillares trifidi.

Pedicelli umbellati geniculati.

Flores intensè lutei.

Habitat in Quahunahuacæ agris aliisque calidioris Americæ locis. Floret Iulio. ♄.

Michoacanensis. Banisteria foliis lanceolatis nitidis, racemis subspicatis, seminibus patentibus, introrsum augustioribus, basi connexis. Fl. Mex.

Frutex scandens præcedenti ualde affinis.

Rami oppositi teretes glabri terminales nonnunquam uolubiles.

Folia opposita lanceolata nitida breuissime petiolata.

Glandulæ binæ subrotundæ prope apicem petiole.

Racemis ex ultimis axillis, terminalesque compositi, subspicati.

Flores lutei subpedicellati.

Bracteæ cuique pedicello ternæ, alterna ad basim, binæ in medietate.

Capsulæ patentes, intus angustiores, basi coalitæ.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

Uolubilis. Banisteria foliis ouatis pedunculis terminalibus, umbellatis, floribus pentandris, semibus patentibus. Fl. Mex.

Suffrutex uolubilis caule tereti, tenui, uillosa.

Rami hinc oppositi, inde alterni, breues cauli simillimi.

Folia opposita, ouata, supernè uillosa infernè subsericea, breuissima petiolata.

Pedunculi terminales, umbellati subquadriflori, pedicellis geniculatis.

Bracteæ binæ subulatæ breuisimæ ad pedicellorum articulos; altera ad basim.

Flores lutei.

Capsulæ (seminaue) patentes, basi connexæ intensè rubræ.

Habitat in montibus Sancti Angeli. Floret Augusto. ♃.

Pentandra. Banisteria foliis subcordatis, racemis terminalibus umbellatis, floribus pentandris seminibus dorso adfixis. Fl. Mex.

Suffrutex uolubilis præcedenti simillimis.

Folia opposita cordato-ouata, integerrima pilis incumbentibus rigidis supernè obsita, breuissime petiolata.

Racemi terminales compositi, pedicellis umbellatis, subquinquefloris, geniculatis.

Bracteæ binæ subulatæ ad pedicellorum articulos alteraque ad basim.

Flores ex albo rubentes, pentandri, inodori.

Capsulæ (seminaue) rotundato-alatæ, dorso adfixæ hispidæ.

Habitat in calidioribus Mictepeci montibus aliisque Nouæ Hispaniæ similibus locis. Floret Octobri. ♃.

G. ERITHROXYLON.

Areolatum. Erithroxylon foliis obouatis emarginatis. Fl. Mex.

Erithroxylon foliis obouatis. Amœn. Acad. 5. p. 397.

Erithroxylon Cartaginense. Iacq. Amer. 134. t. 87. f. 1.

Erithroxylon foliis elipticis, lineis binis longitudinalibus subtus notatis, fasciculis florum sparsis. Brown. Iam. 278. t. 38. f. 2.

Arbuscula duodecimpedalis, inelegans.

Rami alterni patentes teretes glabri iuniores â foliorum cicatriculis scabri.

Folia alterna, sæpius in gemmarum apicibus conferta obouata, integerrima, apice emarginata, utrinque glabra.

Petioli breuissime filiformes.

Pedunculi e centro fasciculi, foliorum subterni, filiformes apice incrassati, nutantes.

Flores albi parui.

Habitat prope Coahuayanam, in prædio *Chacalapa.* Floret Iannuario. ♄.

PENTAGYNIA.

G. COTYLEDON.

Linguifolia. Cotyledon foliis linguiformibus, floribus alternis subspicatis. Fl. Mex.

Herba bipedalis, caule herbaceo simplici, glabro, subrubro.

Folia radicalia conferta caulina alterna linguifolia.

Spica laxa simplex elongata.

Flores alterni, subpedicellati, remoti, coccinei.

Habitat in Tixtla. Floret Iulio. ⊙.

Spatulata. Cotyledon foliis spatulatis, floribus paniculatis. Fl. Mex. Ic. 309.

Herba dodrantalis, radice tuberossa.

Rami ascendentes, teretes, glabri, rubentes.

Folia lineari, spatulata, basi libera, sessilia.

Paniculæ foliosæ secundæ dichothomæ, floribus albis.

Habitat cum præcedenti. Floret Augusto. ⊙.

Spicata. Cotyledon foliis teretibus subulatis basi liberis, floribus spicatis. Fl. Mex.

Herba ramis decumbentibus teretibus glabris, foliis quinquefariam imbricatis.

Spicæ cymosæ intus secundæ floribus albis.

Habitat in rupibus Sancti Augusti prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

G. SEDUM.

Anacampseros. Sedum foliis cuneiformibus integerrimis; caulibus decumbentibus, floribus corymbosis.

Telephium repens folio deciduo. C. B. P. 287.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iulio. ♃.

Reflexum. Sedum foliis subulatis, sparsis, basi solutis, inferioribus recuruatis. Fl. Suec. 2. p. 1296.

Sedum foliis semiteretibus, acutis, aristatis, caule supremo multifido, umbellato. Hall. Helu. n. 967.

Habitat et floret cum præcedenti. ♃.

Spicatum. Sedum foliis obouatis integerrimis, spica simplici. Fl. Mex. Ic. 87.

Habitat in Sancti Angeli oppido prope Mexicum. Floret Augusto. ♃.

Paniculatum. Sedum foliis obouatis integerrimis concauis, panicula diffusa. Fl. Mex.

Planta triennis cauli tripedali, crasso, suculento, toruloso.

Rami pauci inordinati breues cicatriculis foliorum, uersus apicem incrassati.

Folia in apice ramorum conferta, obouata, ampla, concaua, gibba, integerrima, sessilia.

Pedunculi infra foliorum exortum caule longiores teretes, tubulosi, rubentes, paniculati.

Flores extus rubri, intus pallidè lutei, campanulati.

Habitat Mexici. Floret Decembri. ♃.

G. AGROSTEMA.

Coronaria. Agrostema tomentosa foliis ouato-lanceolatis, petalis emarginatis, coronatis, serratis.

Lychnis tomentosa calycibus costatis, longè petiolatis. Hall. Helu. n. 925.

Habitat in Europa et Mexici agris. Floret Iulio. ♃.

G. OXALIS.

Uiolacea. Oxalis scapo umbellifero, foliis ternatis obcordatis, calycibus apice callosis. Iacq. Hort. t. 180. Ic. 84.

Oxalis caule aphyllo, flore purpurea, radice tuberosa rotunda. Gron. Uirg. 161.

Xoxocoyolli Mexicanorum.

Habitat in Noua Hispania, Uirginia et Canada. Floret Iunio. ♃.

Stricta. Oxalis peduncullis umbelliferis, caule ramoso, erecto. Gron. Uirg. 161. Brown. Iam. 237. Ic. 87.

Oxys lutea Americana erectior. Tour. p. 88.

Xoxocoyolhoihoilam. Hern. Mex. 440.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ♃.

Flabelliformis. Oxalis foliis flabelliformibus floribus racemosis. Fl. Mex. Ic. 86.

Micaxoxocoyolin. Hern. Mex. 386.

Herba congeneribus simillima, differens tamen foliis flabelliformibus, septenis aut nonis lanceolatis, floribus racemosis.

Habitat in plerisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Augusto. ♃.

G. SPONDIAS.

Mombin. Spondias foliis petiolo communi compresso. Sys. Ueg. 357. Lœfl. It. 209. Ic. 312.

Spondias purpurea. Sp. Pl. 3. p. 613.

Spondias (Myrobalanus) racemis sparsis, foliis multo breuioribus. Iacq. Amer. 139. t. 88.

Calyx. Perianthium quinque partitum laciniis subrotundis, paruum, coloratum deciduum.

Corolla. Petala quinque oblonga, erecto patentia, subcampanulata.

Stamina. Filamenta decem subulata, uix longitudine corollæ, alterna breuiora antheræ oblongæ erectæ.

Pistillum. Germen ouatum; styli quinque breues, distantes erecti; stigmata simplicia.

Pericarpium. Drupa oblonga punctis nonnullis ad apicem notata.

Semina. Nux ouato-oblonga, lignosa, fibrosa, subangulata, numero loculamentorum uaria.

Arbor inelegans, raro uigintipedalibus longior.

Rami alterni inordinati, â racemorum foliorunque lapsu scabri.

Folia alterna sæpe in apice ramorum conferta, pinnata, naturescente fructu decidua; foliola septemdecim ad quinque supra uiginti subouata, integra nitida, breuiter petiolata.

Racemi simplices in ramis quandoque intrunco dispersi, pauciflori, uix semispithamei.

Flores parui, rubro purpurei.

Drupæ oblongæ, raro rotundatæ cortice pro temporis ratione, coloribus uaria.

Habitat in Quahuanahuaca, aliisque Americæ locis Floret Decembri. ♄.

Œconomia. Drupæ *Ciruelas* ulgo adpellatæ tum recentes, tum exsicatæ auide in Noua Hispania eduntur.

DECAGYNIA.

G. PHYTOLACCA.

Icosandra. Phytolacca floribus icosandris decagyniis.

Phytolacca spicis florum longissimis, radice annua. Mill. Dict. 207.

Gongora Tarasco idiomate.

Habitat in Noua Hispania et Malabaria. Floret Iulio. ♃.

Proprietas. Succus foliorum, et fructuum ad tineam curandam efficax ualde creditur ab Indigenis.

Œconomia. Spicæ contusæ, quas Mexicani *Amolquelitl* nuncupant, siue Saponariam herbam saponis gerunt uices ad linter delicatiora detergenda.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA MONOGYNIA.

G. ASARUM.

Mexicanum. Asarum foliis lanceolatis, calycibus quadrifidis. Fl. Mex.

Arbor uigintipedalis, ramis alternis decumbentibus, glabris.

Folia alterna, lanceolata, integerrima glabra.

Petioli breues supernè caniculati.

Racemi axillares, terminales simplices.

Flores ex albo uirentes, calycibus quadrifidis.

Habitat in calidissimis Sanctæ Annæ Amatlam agris Apatzingam inter ac Tepalcatepec. Floret Decembri. ♃.

G. BOCCONIA.

Frutescens. Bocconia. Hort. Cliff. 202. Ic. 394.

Bocconia ramosa Sphrondylli folio tomentoso. Plum. Gen. 55. Threw. Ehr. t. 4.

Bocconia ramosa foliis maioribus sinuatis racemis terminalibus. Brow. Iam. 244.

Cocoxihuitl Her. Mex. 158.

Calyx. Perianthium diphyllum oblongum foliolis membranaceis, acuminatis concauis deciduis.

Corolla nulla.

Stamina. Filamenta duodecim circiter filiformia breuissima, antheræ longisimæ.

Pistillum. Germen subouatum compressum, magnum pedicellatum stylus, unicus, stigmata duo simplicia, reflexa.

Pericarpium. Bacca subouata, utrinque attenuata, margine instar suturæ cincta.

Semen unicum ouatum.

Frutex quindecimpedalis.

Rami alterni suberecti; iuniores à cicatriculis foliorum decidentium scabri, ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna lanceolata profundi sinuata, laciniis lanceolatis, serratis, supernè glabra, subtus præcipuè ad costam, tomentosa.

Petioli breuissimi basi incrasati.

Racemi terminales compositi, maximi, cum fructu nutantes.

Bracteæ lineari-lanceolatæ, ad basim pedicellorum.

Flores decolores inodores.

Habitat in oppidis Ario, Uruapam, aliisque Nouæ Hispania locis Dominica Iamaica et Cuba.

Floret Septembri. ♄.

Proprietas. Planta liuido lacte scatens maxime acris ramuli scorticati attigines, atque argemata, discutiunt. Succus lichenibus medetur, doloresque rheumaticos ab interclusa perspiratione ortos lenit. Folia contusa, ulcera inueterata detergunt, uerrucasque, ac spongiosas seu fungosas carnes corrodunt, præpucii præsentim, quod siue certissime patuisse adserit laudatus Hernandius.

Œconomia. Corticum infusio colore luteo iniectu linte atingit.

G. RHIZOPHORA.

Mangle. Rhizophora foliis acutiis, fructibus subulato-clauatis.

Rhizophora pedunculis bifidis, trifidisque, fructibus subulato-clauatis. Iacq. Amer. 141. t. 89.

Habitat in inundatis Oceano Asiatico proximis. ♄. Uulgo Mangle.

Proprietas. Gummi inter becchica præstantiora ab Americanis receptum.

Œconomia. Piscatoris pericarpiis retium filofricant ad polienda solum, an ad gummi imbuenda incerti sumus. Coriarii corticibus pelles conduint.

G. CRATÆUA.

Gynandra. Cratæua inermiis foliis gynandris staminibus longissimis. Fl. Mex.

Cratæua arborea triphylla foliis ouatis glabris racemis terminalibus. Brow. Iam. 256.

Arbor uigintiquinquepedalis caule tereti inermi.

Rami suberecti cauli similes.

Folia ternata foliolis ouatis, integerrimis subtus tomentosis.

Racemi terminales compositi.

Flores decolores petalis lanceolatis.

Filamenta longissima antheris purpureis.

Baccæ globosæ glabræ.

Habitat in Apatzingam et Iamaica. Floret Nouembri. ♄.

Tapia. Cratæua inermis foliis integerrimis ternatis, basi intima breuioribus. Fl. Mex.

Cratæua inermis foliis integerrimis foliolis lateralibus basi antica breuioribus.

Apioschorodon, seu arbor Americana triphylla, Allii iodore poma ferens. Plutc. Alm. 34. t. 137. f. 7.

Arbor trigintapedalis frondosa ramis patentibus.

Folia ternata foliolis ouatis integerrimis, glabris, intus ad basim breuioribus.

Racemi terminales.

Habitat in calidis Coahuayanæ montibus. Floret Septembri. ♄.

G. TRIUMPHETA.

Bartramia. Triumpheta floribus completis poliandris, foliis rhombeo-ouatis, trineruiis glandulosis. Fl. Mex. Ic. 335.

Triumpheta. foliis basi integris indiuissis.

Triumpheta (rhomboidea) floribus calyculatis, foliis rhombeo-ouatis. Iacq. Amer. 1. n. 7. t. 90.

Bartramia. Fl. Zeyl. 174. Sup. Pl. 1. p. 389.

Suffrutex tripedalis ramis alternis teretibus erectiis, hirsutis.

Folia alterna basi emarginata, rhombeo-ouato, seniora, cunei-rhombea, minutim inæqualiter serrata, dentibus infimis calloso-glandulosis; superna scabriuscula, subtus tomentosa.

Petioli breuissimi teretes crassi.

Stipulæ subulatæ deciduæ.

Racemi axillares, terminalesque, foliolis floralibus oblongis margine subtus usque ad basin glandulosis.

Pedicelli subtriflori, floribus lutei inodoris marcescentibus congeneribus triplo maioribus.

Petala spatulata calyce parum breuiora inæqualia, basi receptaculi columniferi inserta.

Stamina quinque circiter supra uiginti subulata longitudini calycis, apice receptaculi infidentia.

Capsulæ globosæ castaneæ magnitudine aculeis pinnatis, apice uncinatis undique oualata.

Habitat in Ayahualtempam prope Chilapam et in India Orientali. Floret Augusto. ♃.

Semitriloba. Triumpheta foliis semitrilobis floribus completis.

Triumpheta fructibus calyculatis foliis semitrilobis. Iac. Amer. 147.

Frutex quadripedalis.

Rami alterni teretes apice ferrugineo-tomentosi.

Folia subrotunda semitriloba inæqualiter serrata utrinque uillosa.

Petioli longissimi teretes apice incrassati.

Racemi terminales foliolis nonnullis subhastatis interpositis.

Flores lutei calyculati.

Habitat in Quahunahuaca, aliisque calidioris Americæ locis. Floret Septembri. ♄

Cordifolia. Triumpheta floribus calyculatis, foliis subcordatis acuminatis. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis.

Rami alterni apice tomentosi.

Folia alterna subcordata acuminata inæqualiter serrata, utrinque sed subtus densius uillosa breuiter petiolata.

Pedunculi axillares, laterales, opositifolii, uix petiolis longiores, subquinqueflori.

Racemis terminales oblongus interruptus, pedicelli subuerticillatis.

Flores lutei calyculati, parui, inodori, citomarcescentes.

Habitat in Quahunahuacæ agris. Floret Octobri. ♄.

G. PORTULACA.

Oleracea. Portulaca foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. Mat. Med. p. 138. Roy Lugdb. 473. Portulaca foliis dilatatis læuibus sessilibus confertis. Hall. Helu. n. 698.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Fl. Iunio. ☉.

Proprietas. Diluens, humectans, refrigerans, et roborans. Propinatur in nauseo, scorbuto, stranguria et calculo. In Acetarii usitatissima.

Pilosa. Portulaca foliis subulatis alternis axillis pilosis, floribus sessilibus terminalibus.

Portulaca Curassauica angusta-longo, lucidoque folio, procumbens. Comm. Hort. 1. p. 9. t. 5. Tourn. p. 236.

Herba procumbens dodrantalis.

Folia alterna subulata, teretia; terminalia octona uerticillata.

Flores terminales, sessiles, purpurei, calycibus bipartitus.

Stamina quindecim circiter.

Stylus quinquefidus.

Capsulæ circumcisæ.

Habitat in utraque America. Floret Iunio. ☉.

Patens. Portulaca foliis cuneiformis lanceolatis paniculis terminalibus, pedunculis subumbellatis. Fl. Mex.

Portulaca foliis lanceolato-ouatis planis, panicula ramosa, calycibus diphyllis. Iacq. Hort. t. 151.

Portulaca (paniculata) floribus paniculatis. Iacq. Amer. 148.

Herba sesquipedalis, caulibus simplicibus erectis ex eodem puncto radicali ortis, angulatis, glabris rubentibus.

Folia alterna cuneiformi-lanceolata, erecta, carnosa, auenia glabra, margine reuoluta, subsessilia.

Paniculæ terminales diffusa pedunculis subumbellatis, subquadrifloris.

Bracteæ subulatæ, inuolucratæ.

Flores rosei poliandri calycibus diphyllis, propiis pedicellis filiformibus apice incrassatis.

Habitat in saxosis Cuyuacami circuitibus. Floret Maio. ☉.

Obseruatio. In calidioribus uariat caule alternatim ramoso foliisque lanceolato-ouatis latioribus.

Meridiana. Portulaca foliis lineari-subulatis carnosis axillis pilosis, floribus poliandris terminalibus, sessilibus. Fl. Mex.

Portulaca foliis elipticis carnosis planis, geniculis pilosis, floribus sessilibus terminalibus. Suppl. p. 248.

Portulaca Curassauica lanuginosa procumbens. Herm. Parad. t. 215.

Herba dodrantalis caule tereti, glabro, succulento.

Folia alterna lineari-subulata carnosa glaberrima, sessilia. Pili fasciculati ad basim foliorum.

Flores rubro-purpurei, poliandri, terminales, in capitulo sessiles, foliorum uerticillo.

Capsulæ ouatæ, circumcisæ.

Habitat prope Puruandirum et in India Orientali. Floret Iulio. ☉.

G. LYTHRUM.

Uirgatum. Lythrum foliis oppositis lanceolatis, panicula uirgata, floribus dodecandris ternis. Gmel. Sib. 4. p. 175.

Lythrum (Austriacum) foliis oppositis lineari-lanceolatis subsessilibus nitidis. Iacq. Uindo. 243. Austr. t. 7.

Habitat in Europa et Acahuizotla. Floret Iulio. ♃.

Hisopifolia. Lythrum foliis alternis linearibus floribus hexandris. Iacq. Austr. t. 133.

Salicaria foliis linearibus, floribus in alis sessilibus. Hall. Helu. n. 855.

Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iunio. ⊙.

Cuphea. Lythrum foliis oppositis, petiolatis ouato-oblongis, scabriusculis, floribus dodecandris. Suppl. p. 249.

Cuphea uiscossisima. Iacq. Hort. n. 2. p. 83. t. 177.

Habitat Mexici et in Brasilia. ♄.

Pemphis. Lythrum fruticosum scabrum, foliis oppositis oblongis, integerrimis, floribus lateralibus pedunculatis solitariis. Fl. Mex.

Lythrum fruticosum hirsutum, foliis oppositis oblongis, integris, floribus axillaribus, pedunculatis, solitariis, capsula circumcisa uniloculari. Suppl. p. 249.

Pemphis acidula. Forst. Gen. n. 34. t. 34.

Habitat in Puruandiri montibus et Zeylan. Floret Iulio. ♃.

Cordifolium. Lythrum foliis oppositis cordatis, racemis axillaribus, lateralibusque, floribus dipetalis. Fl. Mex. Ic. 341.

Frutex tripedalis ramis oppositis, uillosis, rubentibus.

Folia opposita cordata, integerrima, scabriuscula, raro obouata petiolata.

Racemi axillares lateralesque simplices subquinqueflori uix folia subæquantes.

Flores dipetali dodecandri, minimi, calycibus scabris croceis.

Habitat in Tixtla. Floret Augusto. ♄.

Coccineum. Lythrum foliis oppositis lanceolatis, racemis terminalibus floribus dipetalis, dodecandris. Fl. Mex.

Frutex præcedentis magnitudine et habitu.

Folia opposita lanceolata glabra integerrima, breuiter petiolata.

Flores coccinei dodecandri racemosi terminales, petalis duobus, linearibus breuissimis reflexis.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

Paruiflorum. Lythrum foliis oppositis ouato-oblongis, subsessilibus, floribus lateralibus dodecandris dipetalis. Fl. Mex.

Suffrutex bipedalis ramis alternis scabriusculis, parum diuisis.

Folia opposita ouato-oblonga, integerrima, aspera subsessilia.

Pedunculi laterales subbiflori.

Flores purpurei dodecandri, dipetali.

Habitat in Quahunahuaca. Floret Maio. ♃.

Uulnerarium. Lythrum foliis oppositis, elipticis serratis petiolatis, floribus dodecandris. Fl. Mex. Ic. 89.

Suffrutex tripedalis.

Rami oppositi, teretes, asperiusculi, subrubri.

Folia opposita eliptica acuta, serrata, glabra, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares, lateralesque, subtriflori.

Flores purpurei dodecandri, subpapilionacei.

Habitat Mexici. Floret Iunio. ♃.

Album. Lythrum foliis oppositis oblongo-lanceolatis sessilibus, floribus dodecandris dipetalis. Fl. Mex. Ic. 88.

Suffrutex prioris magnitudine.

Rami oppositi alterni teretes, hirsuti rubentes.

Folia opposita pleraque lanceolato-oblonga alia oblongo-ouata, integerrima, glabra, sessilia.

Pedunculi axillares, lateralesque, subbiflori.

Flores albi dodecandri, petalis duobus in ore superiore calycis minimis linearibus staminibus breuioribus.

Habitat in Ayacapixtla. Floret Augusto. ♃.

G. GINORA.

Americana. Ginora. Iacq. Americanum. 48. t. 91. Ic. 90.

Tlalchinolli Mexicanorum.

Frutex elegans quadripedalis.

Rami oppositi, diffusi, obsolete tetragoni glabri.

Folia opposita lanceolata, integerrima, glabra, erecta, subsessilia.

Pedunculi axillares solitarii.

Flores lutei, elegantes, inodori.

Habitat in Ayacapixtla et aliis Nouæ Hispaniæ locis, nec non in Cuba. Floret Maio. ♄.

Proprietas. Totius plantæ succus expresus urinam aluum et sudorem uiolenter excitat. Hoc solo pharmaco in oppidis Malacatepec, Temascaltepec et Sultepec uenera lues profligatur, quod quam felici euentu fiat ueracissima uiri textati sunt, qui Sultepecensem fœminam Mexici ad Crucium uiam degentem nouerunt, cuius ope innumeri syphillitica lue infecti ac pessimis omnium symptomatibus grauati ab orci faucibus crepti sunt. Nec aliud illa nisi Tlalchinolli medicamentum propinatat.

DIGYNIA.

G. HELIOCARPUS.

Americana. Heliocarpus. Hort. Cliff. 211. t. 16. Threw. Ehret. t. 45. Ic. 371.

Calyx. Perianthium tetraphyllum foliis linearibus marcescentibus, coloratis deciduis.

Corolla. Petala quatuor linearia, inter calycis foliola exserentia illisque breuiora.

Stamina. Filamenta quindecim ad uiginti subulata calyce parum breuiora antheræ dydimæ oblongæ incumbentes.

Pistillum. Germen subrotundum, styli duo subulati staminibus dimidio breuiores, stigmata acuta.

Pericarpium. Capsula ouato-subrotunda pedunculata, radiis setaceis pinnatim ramosis circumcincta.

Semina solitaria subouata.

Arbor uigintipedalis.

Rami alterni, teretes apice tomentosi.

Folia alterna cordata, subtriloba, crenata rugosa, utrinque tomentosa.

Petioli longi teretes.

Racemi terminales, dichothomi tomentosi.

Flores albi, inodori, calycibus, concoloribus, petalis triplo longioribus.

Capsulæ solis radiantis, figuram referentes, unde plantæ nomen impositum.

Habitat in Ueracruce, calidiisque aliis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Septembri. ♄.

G. AGRIMONIA.

Eupatoria. Agrimonia foliis caulinis pinnatis, impari, petiolato, fructibus, hispidis. Fl. Dau. t. 588. Mat. Med. 138.

Agrimonia foliis pinnatis, pinnis alterne minimis. Hall. Helu. n. 391.

Agrimonia. Officinarum. Tourn. p. 301.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Iunio. ♃.

Proprietas. Adstringens, roborans, expellens, diuretica et uulneraria.

TRIGYNIA.

G. RESEDA.

Luteola. Reseda foliis lanceolatis integris, basi utrinque unidentatis calycibus quadrifidis. Mill. Dict. n. 8.

Reseda foliis elipticis, obtusè lanceolatis, undulatis, calycibus quadrifidis. Hall. Helu. n. 1058.

Habitat Mexici et in Europa. Floret Maio. ♃.

G. EUPHORBIA.

Tithymaloides. Euphorbia inermis fructicosa foliis distiche alternis, ouatis. Amœn. Acad. 3. p. 111. Amer. 149. t. 42. Ic. 369.

Tithymalus curassauicus Myrti folius, flore coccineo melliflus. Herm. Parad. 234. t. 234.

Habitat in Mazatlam et Curassauica. Floret Augusto. ♄.

Calyx nullus, nisi bracteas, duas ouatas concauas acuminatas, coloratas, deciduas, pro calyce uelis.

Corolla monopetala, calceiformis, quadripartita; lacinia superiore instar operculi incumbente, subtrigona, lateralibus oblongis, antrorsus productis, conniuentibus infima oblonga, minima sub superiore posita.

Nectarium. Glandulæ quatuor subrotundæ, intra corollæ cauitatem. Duæ basi laciniæ superioris inhærentes, reliquæ in apicibus laciniarum lateralium insidentes.

Stamina. Filamenta quindecim circiter intra corollam recondita, geniculato, alia post alia erumpentia antheræ subrotundæ dydimæ.

Pistillum. Germen subrotundum obtusè trigonium â pedicello longissimo extra corollam dependens styllus unicus subulatus persistens stigmata tria semibifida.

Pericarpium. Capsula sobrotunda dependens tricocca trilocularis triualuis.

Semina solitaria subrotunda.

Frutex septempedalis, undique lactescens.

Caules numerosi radicales simplices, teretes, glabri, flexiles, albicantes.

Folia alterna, ouata, integerrima, glabra crassiuscula, transuerse uenosa, disticha, breuissime petiolata.

Pedunculi axillares breuissimi solitarii, uniflori, terminales, compositi, dichothomi subcorymbosi.

Flores ratione loci, ac temporis diuersicolores.

Heterophilla. Euphorbia inermis foliis serratis, petiolatis diformibus ouatis, lanceolatis, pandurifolmibus. Amœn. Acad. 3. p. 112. Ic. 359.

Tithymalus heterophyllus. Plum. Ic. 250. t. 251. foja 3.

Herba tripedalis caule fere indiuiso tereti, tubuloso, striato, hispido.

Rami alterni in summitate caulis illius configuratione.

Folia alterna figura mirè uariantia inferiora eliptica, acuminata, nonnulla ouata panduræformia, inæqualiter dentata.

Petioli breuissimi, compressi ciliati.

Umbella terminalis bifida.

Inuolucra partialia panduræformia, profunde ad latera sinnuata, inuolucella lineari-lanceolata subserrata. Flores albi.

Habitat in calidiore America. Floret Iulio. ☉.

Ocymoidea. Euphorbia inermis herbacea, ramosa, foliis subcordatis integerrimis petiolo breuioribus, floribus solitariis. Amœn. Acad. 3. p. 112.

Euphorbia inermis foliis subcordatis obtusis integerrimis petiolatis caule ramoso, erecto. Roy. Lugdt. 199.

Habitat in Sancti Angeli oppido prope Mexicum et in Iucatam. Floret Augusto. ☉.

Hypericifolia. Euphorbia dichothoma foliis serratis ouali-oblongis, glabris, corymbis terminalibus, ramis diuaricatis. Amœn. Acad. 3. p. 113.

Euphorbia inermis foliis oualibus oppositis, hinc serratis, uniformibus, ramis alternis, caule erectiusculo. Hort. Cliff. 198.

Habitat in frigidis Huichilachi montibus et in India. Floret Maio. ⊙.

Maculata. Euphorbia dichothoma foliis serratis oblongis, pilosis, floribus axillaribus solitariis, ramis patulis. Iacq. Hort. t. 186.

Euphorbia minima supina rufescens. Brown. Iam. 236.

Habitat Mexici, aliisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Iunio. ⊙.

Proprietas. In Mexicanis Officinis pro Chelidonia Officinali reponitur, eosdemque profert effectus.

Hissopifolia. Euphorbia dichothoma foliis subcrenatis linearibus floribus fasciculatis terminalibus, caule erecto.

Euphorbia dichothoma, erecta tenuis foliis linearibus, floribus quasi umbellatis, terminalibus. Brown. Iam. 235.

Suffrutex bipedalis lactescens.

Rami alterni, erecti, teretes glabri.

Folia lineari-oblonga, subcrenata, glabra, erecta, sessilia.

Umbella terminalis indiuisa.

Flores decolores.

Bracteæ siue inuolucella ouata.

Habitat cum præcedenti. Floret Septembri. ♃.

Thymifolia. Euphorbia dichothoma foliis serratis, ouali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis subsessilibus caulibus procumbentibus. Amœn. Acad. 3. p. 115.

Tithymalus foliis oppositis, oblicuæ cordatis obtusis serratis, pedunculis multifloris. Fl. Zeylani. 198.

Habitat in Chilpantzingo et India Orientali. Floret Iulio. ⊙.

Paruiflora. Euphorbia subdichothoma, foliis serratis oblongis glabris, floribus solitariis caule erectiusculo alterne ramoso.

Tithymalus erectus floribus rarioribus, foliis oblongis glabris integris. Burm. Zeyl. 224. t. 105. f. 2.

Herba bipedalis.

Rami alterni ascendentes, ratione ætatis et loci glabri, aut uillosi.

Folia opposita cordato-oblonga oblicuæ, denticulata, subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Pedunculi laterales solitarii.

Flores albi parui calycibus atro-rubentibus.

Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

Canescens. Euphorbia dichothoma, foliis integris subrotundis, pilosis, floribus solitariis axillaribus caulibus, procumbentibus.

Tithymalus exiguus uillosus Nummulariæ folio. Tourn. p. 87.

Habitat prope Mexicum et in Europa. Floret Iulio. ⊙.

Proprietas. Infusum huius plantæ utilissimum in lue uenerea receptum.

Graminea. Euphorbia dichothoma foliis lanceolato-elipticis petiolatis integerrimis, caule erecto, pedunculis dichothomis.

Euphorbia dichothoma, foliis oppositis integerrimis lanceolatis, pedunculis dichothomis, caule erecto. Iacq. Amer. 151. Obs. I. p. 5. t. 31.

Herba bipedalis caule erecto, ramis filiformibus uillosis.

Folia ouali-lanceolata, integerrima, uillosa petiolata.

Pedunculi dichothomi.

Flores albi.

Habitat in Sancti Angeli. Hortis prope Mexicum et Indiarum Carthagine. ⊙.

Falcata. Euphorbia umbella trifida, dichothoma, inuolucellis subcordatis, setaceo mucronatis, foliis oblongis. Fl. Mex.

Euphorbia umbella trifida dichothoma inuolucris subcordatis mucronatis, foliis lanceolatis obtusiusculis. Amœn. Acad. 3. p. 118. Iacq. Austr. t. 121.

Tithymalus annuus supinus folio rotundiore acuminato. Tourn. p. 87.

Caule simplices, bipedales, glabri, herbacei.

Folia alterna oblonga integerrima glabra suberecta sessilia.

Umbellæ axillares trifidæ, pedunculis dichothomis, pedicellis siue umbellatis bifloris.

Inuolucrum primarium e tribus foliolis caulinis, similibus.

Inuolucella diphylla, subcordata setaceo-mucronata.

Capsulæ minimæ muricatæ.

Habitat in Patzquari montibus et Europa. Floret Augusto. ⊙.

Exigua. Euphorbia umbella trifida bifidaue dichothoma, inuolucellis oblongis, foliis subulatis, reuolutis. Fl. Mex.

Euphorbia umbella trifida dichothoma, inuolucellis lanceolatis, foliis linearibus. Amœn. Acad. 3. p. 118. Fl. Dan. t. 592.

Euphorbia inermis, foliis alternis linearibus acutis, umbella uniuersali trifida, partialibus dichothomis diphyllis. Hort. Cliff. 199.

Habitat in plurimis Europæ prouincis et in frigidis Ayahualtempæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

Obseruatio. Uariat umbella quadrifida et quinquefida.

Lathyris. Euphorbia umbella quadrifida, dichothoma foliis oppositis integerrimis. Amœn. Acad. 3. p. 120. Mat. Med. 139.

Tithymalus foliis elipticis, stipulis umbellaribus quaternis, petalis bicornibus, succiferis. Hall. Helu. n. 1044.

Habitat in Mexici circuitibus et in Europa. ♂.

Proprietas. Lactescens, acris, purgans uiolenter et corrosiua.

Pithyusa? Euphorbia inermis umbella quinquefida bifida foliis lanceolatis imbricatis, infimis, retrorsum inuolutis, inuolucellis ouatis mucronatis. Fl. Mex.

Euphorbia umbella quinquefida, bifida inuolucellis ouatis mucronatis, foliis lanceolatis, infimis inuolutis retrorsum imbricatis. Amœn. Acad. 3. p. 123.

Tithymalus foliis breuibus aculeatis. C. B. P. 292.

Habitat in Europa, atque plerisque Nouæ Hispaniæ locis, ubi *Tetlatziam* siue *Urens herba* uulgo adpellatur. Floret Septembri. ♄.

Geniculata. Euphorbia, fruticosa inermis, unbella bifida, ramis, foliis, pedunculisque uerticillatis. Fl. Mex. Ic. 349.

Frutex duodecimpedalis, caule tereti, glabro, geniculato, articulis incrassato.

Rami configuratione caulis, uerticellati, pubescentes decidui.

Folia uerticillata ouali-oblonga, integerrima, glabra dilute uiridia.

Petioli filiformes.

Pedunculi in apicibus ramulorum uerticillati, numero foliorum respondentes.

Umbellæ bifidæ pedicellis trifloris, altero in dichothomia solitario.

Flores albi.

Glandula nectarifera ad basim petalorum.

Inuolucra figura foliorum petiolata.

Habitat in Chilpantzingo. Floret Iulio. ♄.

Edulis. Euphorbia herbacea inermis foliis ouatis subpeltatis, integerrimis. Fl. Mex. Ic. 360.

Herba sesquipedalis.

Rami infimi oppositi, superiores, alterni angulati glabri.

Folia alterna ouata integerrima, glabra tenuissima subpeltata.

Petioli filiformes longitudine foliorum.

Pedunculi axillares, bifidi pedicellis bifloris.

Bracteæ, siue inuolucra opposita, foliis similia.

Flores albi parui glandulis nectariferis ad basim petalorum.

Habitat in Chilapa, ubi *Copalquelite* uulgo dicitur. Floret Augusto. ⊙.

Usus. Folia cruda fœtidissima auide ab Iudis deuorantur, qui his uenerem torpentem excitari credunt.

Triloba. Euphorbia fructicosa inermis, foliis infimis angulatis, superioribus trilobis floribus axillaribus solitariis. Fl. Mex.

Caulis fruticosus octipedalis, teres, uillosus.

Rami alterni erecti cauli simillimi.

Folia alterna petiolata; inferiora ouali angulata; superiora triloba, uilloso-albicantia, nonnumquam margine ferrugineo maculata.

Pedunculi axillares, filiformes, solitarii, uniflori.

Habitat in calidis Mitepeci montibus. Floret Augusto. ♄.

Fastuosa. Euphorbia fruticosa inermis foliis diuersiformibus, umbella quinquefida, pedunculis dichothomis, inuolucris lanceolatis. Fl. Mex. Ic. 91.

Frutex arborescens spectatibilis, duas et amplius orgyas longus.

Calis teretes tubulosus, glaber lactescens.

Rami alterni, erecto patentes cauli similes.

Folia alterna diuersiformia, ouata, eliptica, angulata panduræformia, transuerse uenosa, utrinque glabra, quandoque margine rubentia.

Petioli teretes, quandoque rubentes.

Umbellæ quadrifidæ, dichothomæ.

Inuolucra lanceolata, uiridi, albo, luteo, demumque coccineo mirè uariantia.

Flores fului, apetali, urceolati, nectario tubuloso anticè producto.

Habitat in Xochistlam, aliisque temperatis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Decembri, unde Flores Natiuitatis ab Indigenis adpellantur. ♄.

Triflora. Euphorbia herbacea inermis foliis ouatis, integerrimis, pedunculis axillaribus, geminis trifloris. Fl. Mex.

Herba tripedalis caule erecto, uilloso rubro parum ramoso.

Folia opposita, raro alterna, ouata, uel ouato-lanceolata, integerrima uillosa.

Petioli breuissimi compressi.

Pedunculi axillares gemini filiformes, longissimi subtriflori.

Flori albi minimi.

Bracteæ oblongæ hinc albæ, inde roseæ, elegantes.

Habitat in Mazatlam. Floret Augusto. ⊙.

Pulchella. Euphorbia umbella bifida dichothoma, inuolucris partialibus linearibus, foliis ouatis integerrimus. Fl. Mex.

Herba sesquipedalis, ramis innumeris, corymbosis, brachiatis, geniculis incrassatis, rubentibus, striatis, uilloso-scabriusculis, non numquam uerticillatis.

Folia opposita ouata, uel ouato-oblonga, integerrima, supernè glabra, subtus uillosa, breuiter petiolata.

Umbellæ bi, raro trifidæ, dichothomæ.

Inuolucra uniuersalia, oblonga parum foliis dissimilia partialia, linearia, non raro albicantia.

Flores albi minimi, gemini: primarius in dichothomia solitarius, petalis ouatis.

Bracteæ oblongæ petalis concolores.

Habitat in oppidis Ario et Uruapam. Floret Septembri. ⊙.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA MONOGYNIA.

G. CACTUS.

Mammillares. Cactus subrotundus tectus tuberculis ouatis barbatis. Hort. Cliff. 181.

Echino melocactus minor lactescens tuberculis seu mammillis maioribus. Herm. Pared 136. t. 136.

Habitat in aridis et saxolis Nouæ Hispaniæ montibus. ♄.

Melocactus. Cactus subrotundus quatuordecimangularis. Hort. Cliff. 181.

Cactus humilis subrotundus, sulcatus et coronatus spinis confertis. Brown. Iam. 238.

Habitat in utraque America et Iamaica. ♄.

Nobilis. Cactus subrotundus quindecimangularis spinis latis recuruis. Mill. Dict.

Habitat in Noua Hispania. ♄.

Pitaiaya. Cactus erectus triangularis. Iacq. Amer. 151.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis et in maritimis Carthaginis Indiarum. ♄.

Usus. Baccæ edules sunt, uiresque possident demulcentes et refrigerantes.

Heptagonus. Cactus erectus oblongus septemangularis. Hort. Cliff. 181.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. ♄.

Flagelliformis. Cactus repens decemangularis. Kniph. Cent. 1. t. 12. Knorr. 1. t. f. 8.

Cactus scandens angulis decem obsoletis. Hort. Ups. 121.

Iuncus uulgo.

Habitat passim in Noua Hispania. ♃.

Proprietas. Flores commendatur in epilepsia puerorum.

Triangularis. Cactus repens triangularis. Iacq. Amer. 152. Rifler in Act. Helu. 5. p. 268. t. 2.

Cactus triangularis scandens articulatus. Hort. Cliff. 182.

Habitat in Noua Hispania, Iamaica, Martinica et Brasilia.

Usus. Fructus edules subdulces.

Opuntia. Cactus articulato-prolifer, laxus, articulis ouatis, spinis setaceis. Knorr. Deleni. 1. t. f. a.

Cactus compressus articulatus ramossisimus articulis ouatis, spinis setaceis. Hort. Cliff. 183.

Noctli Hern. Mex. 76.

Habitat in America et Europa. ♄.

Tuna. Cactus articulato-prolifer articulis ouato-oblongis, spinis subulatis. Knorr. Deleni. 2. t. O.

Cactus brachiatus, articulatus, articulis oblongo-ouatis, compressis, caudice tereti erecto ferocissimo, aculeis brachiorum breuibus confertis. Brown. Iam. 237.

Habitat cum præcedentibus. ♄.

Cochenillifer. Cactus articulato-prolifer, articulis ouato-oblongis subinermibus. Knorr. Deleni. 2. t. O. 1. Ic. 356.

Tuna mitior, flore sanguineo cochenillifera. Dill. Elth. 399. t. 297. f. 383.

Nocheznopalli, seu Nopalnocheztli. Hern. Mex. 78.

Habitat in temperatis, et calidis Nouæ Hispaniæ regionibus et Iamaica. ♄.

Cacto opuntiæ adeo similis ut uix ab illo distingui queat nisi spinarum defectu, Cochenillæ, historiam alibi proferentes latius de hac planta discutiemus.

Phyllantus. Cactus prolifer ensiformi-compressus serrato-repandus. Ic. 94.

Cactus foliis ensiformibus obtusè serratis. Hort. Cliff. 183.

Nopalxochcuezalticquizi. Hern. Mex. 392.

Nopalillo uulgo.

Habitat in utraque America et Surinamia. ♄.

Frutescens. Cactus caule tereti arboreo, spinoso, foliis cuneiformibus retusis. Ic. 287.

Opuntia arbor spinosissima, foliis Portulacæ cordat. Plum. Sp. 6. ic. 197. f. 1.

Habitat in calidioribus utriusque Americæ locis. ♄.

G. PHYLLADELPHUS.

Coronarius. Phylladelphus foliis subdentatis. Duham. Arb. 2. t. 83.

Syringa alba, seu Phylladelphus Atenæi. C. B. P. 399. Tourn. p. 617.

Iasminum mexicanum, uulgo propter odorem.

Habitat in Mexici circuitibus et Europa. ♄.

G. PSIDIUM.

Pomiferum. Psidium foliis lineatis acuminatis pedunculis trifloris. Iacq. Obs. 2. p. 7. Ic. 92.

Guayaua alba acida fructu rotundiore. Pluk. Alm. 181. t. 193. f. 4.

Xalxocotl. Hern. Mex. 84.

Arbor uigintiquinquepedalis ramis tortuosis inordinatis patentibus teretibus glabri, epidermide tenuissima decidua dilutè rubente.

Folia opposita, ouato-oblonga, integerrima, uenis transuersis subtus prominentibus lineata, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares triflori pedicello primario siue intermedio lateralibus multo-breuiore.

Flores albi elegantes.

Baccæ subrotundæ, acido dulciusculæ fragantissimæ.

Habitat in utraque America. ♄.

Proprietas. Folia acida et adstringentia antiscabiosa. Ligni decoctum œdemato soluit, uentrisque tormina â non facili digestione orta tollit.

Œconomia. Baccæ ex arbore præcipuè culta decerptæ non ingratum in mentis alimentum. Eadem saccharo conditæ inter opsonia maximi habentur.

G. EUGENIA.

Cotinifolia. Eugenia foliis ouatis obtusis integerrimis pedunculis unifloris. Iacq. Obs. 3. p. 3. t. 53.

Frutex octipedalis, ramis patentibus glabris, iunioribus obtusè quadrangulis.

Folia opposita ouata, obtusa, integerrima, membranacea, subsessilia.

Pedunculi axillares breuissimi subtriflori.

Flores albi.

Habitat in umbrosis Acahuizotlæ montibus et Cayena. Floret Iulio. ♄.

Triflora. Eugenia foliis ouali-lanceolatis, integerrimis, pedunculis terminalibus trifloris. Fl. Mex.

Arbuscula quindecimpedalis ramis oppositis, erecto patentibus, teretibus subscabris.

Folia opposita, ouali-lanceolata, integerrima, utrinque glabra, breuissime petiolata.

Pedunculis terminales triflori pedicello intermedis breuioræ.

Flores albi, inodori.

Habitat in Quaunahuaca. Floret Maio. ♄.

Conglobata. Eugenia foliis ouato-oblongis, integerrimis, subtus tomentosi, floribus axillaribus conglobatis. Fl. Mex.

Frutex octipedalis ramis oppositis, teretibus, uillosis.

Folia opposita, ouato-oblonga, integerrima subtus tomentosa, breuissime petiolata.

Racemi axillares globosi, uix pedicellati.

Floris albi, parui, inodori.

Habitat in umbrosis Acahuizotlæ montibus. Floret Iulio. ♄.

G. MYRTUS.

Communis. Myrtus floribus solitariis, inuolucro diphyllo. Hort. Cliff. 42. Mat. Med. 141.

Myrtus foliis ouatis, pedunculis longioribus. Mill. Ic. t. 184. f. 1.

Myrtus foliis ouatis, baccis rotundioribus. Mill. Dicc. n. 6.

Habitat in Asia, Africa, plurimisque Europæ prouinciis et in temperatis Temascaltepec et Sultepeci montibus. Floret Iulio. ♄.

Proprietas. Folia et baccæ fragrantes, calefacientes, roborantes et stipticæ sunt.

G. PUNICA.

Granatum. Punica foliis lanceolatis, caule arboreo. Hort. Cliff. 134. Mat. Med. 142.

Punica spinosa, foliis nitentibus elipticis, integerrimis, floribus sessilibus. Hall. Helu. n. 1098.

Balaustia flore pleno maiore, et minore. C. B. P. 438. Knorr. Del. 1. t. 5. Tourn. p. 636.

Flores Balaustiorum Pharmaceutis.

Habitat in plerisque Europæ et Nouæ Hispaniæ prouinciis. ♄.

Proprietas. Flores fructuum cortices et grana stiptica anodina diuretica, et antihelmintica experta.

G. AMIGDALUS.

Persica. Amigdalus foliorum serraturis omnibus acutis, floribus sessilibus solitariis.

Hort. Cliff. 189. Mat. Med. 142.

Persica molli carne, et uulgaris, uiridi, et alba. C. B. P. 440. Tourn. p. 264.

Habitat in temperatis locis. Floret Nouembri. ♄.

G. PRUNUS.

Uirginiana. Prunus floribus racemosis, foliis deciduis basi articè glandulosis. Ic. 93.

Cerasus syluestris fructu nigricante in racemis longis pendulis. Phytolaccæ instar congestis. Gron. Uirgin. 54. Zuham. Arb. 5.

Capolin, siue Cerasus dulcis Indica. Her. Mex. 95.

Arbor quinque supra uigintipedes longa.

Rami alterni erecto-patentes, glabri, tuberculis plurimis sparsis scabriusculi, fusco-rubentes.

Folia alternata lanceolata, acutè serrata, utrinque glabra.

Petioli breues supernè rubentes, trigoni.

Glandulæ quatuor, aut tres paruæ inordinatæ, antice ad apice petioli.

Racemi terminales simplices penduli.

Flores albi inodori, petalis subrotundis.

Drupæ subrotundæ atro-purpureæ, acido-dulces.

Habitat in temperatis, ac frigidis Nouæ Hispaniæ locis, in Uirginia et Carolina. Floret Martio. ♄.

Proprietas. Corticis decoctum quindecim diei insolatum dracmæ unius pondere adsumptum dyssenteriæ opilatum. Ipse uero cortex in puluerem redactus argemata discutit, inflamatorisque ophtalmiis medetur. Germinum succus nimium arescentis linguæ lenit ardorem.

Œconomia. Baccæ maturæ dulces et gustui gratissimæ. Ex his expressis, uinum educitur, imo Zeæ Mays massæ commixtæ alimentum Indis acceptissimum præbent, quod *Capoltamalli* adpellant; rescentium tamen dentes nigro tinguntur, dentrificiis facillimè eluendo. Indigesta huius modi alimenta, ideoque ualde sunt noxia.

Armeniaca. Prunus floribus sessilibus, foliis subcordatis.

Mala Armeniaca maiora. C. B. P. 442. Cam. Epit. 146. Bauhin Hist. 1. p. 167.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ locis et in Europa. ♄.

Cerasus. Prunus umbellis subpedunculatis, foliis ouato–lanceolatis, glabris conduplicatis. Mat. Med. 143.

Cerasus foliis glabris, serratis, ouato–lanceolatis, mucrone producto. Hall. Helu. n. 1083.

Habitat in temperatis et frigidis Nouæ Hispaniæ locis et in Europa. ♄.

Obseruatio. Uariat fructibus diuersiformibus, diuersicoloribus, saporibusque.

Proprietas. Fructus acidiusculi, sapidi et refrigerante, Prossunt in febribus continuis. Cerasus nigra (uarietas) neruina antispasmodica, subanodinaui pollet. Propinatur in conuulsionibus et membrorum paralisi.

Domestica. Prunus pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato–ouatis, ramis muticis. Mat. Med. 144.

Prunus foliis serratis hirsutis, ouato–lanceolatis, floribus longè petiolatis. Hall. Helu. n. 1079.

Habitat in Europa ac Tacubayensi Archiepiscopali horto. ♄.

Proprietas. Fructus subdulces refrigerantes, humectantes, usu ueniunt in febribus et alui adstrictione, blande purgandi quippe, et laxandi uipollent.

DIGYNIA.

G. CRATÆGUS.

Crus galli. Cratægus foliis lanceolato–ouatis, serratis, glabris, ramis spinosis. Kalm. It. 1. p. 244. Mespilus Pyracantha denuo species hæc reperta est.

Mespilus foliis lanceolatis serratis spinis robustioribus, floribus corymbosis. Mill. Dict. t. 178. f. 2.

Texocotl, Mexicani.

Arbuscula decempedalis, ramis alternis, erecto patentibus, spinis ualidis horridis.

Folia alterna non raro à gemmis fasciculata, lanceolato–ouata, serrata utrinque glabra, subsessilia.

Corymbi axillares, terminalesque.

Flores albi inodori.

Baccæ luteæ Pruni Armeniacæ magnitudine.

Habitat in frigidis ac temperatis Nouæ Hispaniæ locis prope Mexicum præcipuè et in Uirginia. Floret Iulio. ♄.

Œconomia. Baccæ acido–dulciusculæ edules, præcipuus uero illarum usus in condituris, gelatinam etenim uberrimam suppeditant quan saccharo conditam Indicolæ expetunt.

Indica. Cratægus foliis lanceolatis, serratis caule innermi, corymbis squammosis.

Arbuscula duodecimpedalis, ramis alternis teretibus glabris.

Folia alterna lanceolata e medio ad apicem serrulata, basi integerrima, subtus uillosa, breuiter petiolata.

Corymbi terminales suboctiflori.

Bracteæ subulatæ.

Habitat in oppidum Sanctæ Rosæ prope Guanasuatum et in India. Floret Iulio. ♄.

Inermis. Cratægus foliis elipticis integerrimis subtus tomentosis, caule inermi. Fl. Mex. Ic. 349.

Arbuscula duodecimpedalis inelegans.

Rami inordinati, scabri inermes.

Folia alterna eliptica integerrima subtus tomentosa.

Petioli breuissimi tomentosi.

Pedunculi in apicibus ramulorum fasciculati.

Flores albi.

Bracteæ subulatæ, purpureæ.

Habitat in montibus Michælopolitanis. Floret Iunio. ♄.

Minor. Cratægus foliis subouatis integerrimis caule inermi. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis.

Rami inordinati, diffusi, gemmoso–scabri.

Folia in apicibus ramulorum alternatim conferta, subouata, obtusa, respectu congenerum minima pleraque integerrima, paucissima apice denticulata, setaceo-mucronata, glabra, subsessilia.

Pedunculi terminale corymbosi subtriflori.

Flores albi parui.

Habitat in frigidis Guanasuati montibus. Floret Iunio. ♄.

TRIGYNIA.

G. SESUUIUM.

Portulacastrum. Sesuuium. Iacq. Amer. 155. t. 95. Ic. 95.

Portulaca foliis lanceolatis, conuexis pedunculis unifloris. Sp. Pl. 1. p. 446. Lœft. it. 191.

Herba depressa ramosissima.

Radix fibrosa, tenuis, perennans.

Rami diffusi, repentes, teretes, geniculati glaberrimi succulenti.

Folia opposita linguiformia, auenia eneruia utrinque glabra, subsessilia.

Pedunculi axillares, solitarii, breues teretes glabri.

Calyces intus purpurascentes.

Habitat in Mexicanorum Aquæductum marginibus, India et Cumana. Floret Maio. ⊙.

Orientalis Indi uitrum eam adpellant cuius cineres oleo, uel butyro immiscent ad saponem parandum.

PENTAGYNIA.

G. MESPILUS.

Pyracnantha. Mespilus spinosa, foliis lanceolato-ouatis, crenatis calycibus fructus obtusis. Hort. Cliff. 189.

Mespilus aculeata, Amigdali folio. Tourn. p. 642. Duham. Arb. 7.

Descriptio Cratægi *Crus galli* huc pertinet, errore enim Mespilus hæc inter Cratætegi species locata fuerat.

G. PYRUS.

Communis. Pyrus foliis serratis leuibus, floribus corymbosis.

Pyrus siluestris. C. B. P. 439. Dod. Pent. 788. Tourn. p. 632.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♄.

Malus. Pyrus foliis serratis, umbellis sessilibus. Mat. Med. 146. Hort. Cliff. 189.

Pyrus foliis ouatis acuminatis, subtus hirsutis petiolis florigeris breuissimis. Hall. Helu. n. 1097.

Habitat in temperatis et frigidis Nouæ Hispaniæ locis et Europa. Floret Martio. ♄.

Proprietas. Succus Uarietatis (quam Poma redolentia Pharcopolæ adpellant) tonicus et refrigerans, prodest in febribus.

Cydonia. Pyrus foliis integerrimis, floribus solitariis. Mat. Med. 146. Iacq. Aust. t. 342.

Cydonia angustifolia uulgaris. Tourn. p. 633.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

Proprietas. Succus fructum adstringent et refrigerans: opilatur, in biliosis uomitibus, colica diarrhoæ, ab eadem causa ortis necnon in abortibus imminentibus.

G. MESSEMBRIANTHEMUM.

Cristallinum. Messembrianthemum foliis alternis ouatis, papulosis, floribus sessilibus, calycibus late ouatis, acutis, retusis. Suppl. p. 259.

Messembrianthemum cristallinum. SisUeg. ed. 13. p. 389. Sus. Plant. 505.

Habitat Mexici et in Europa. ⊙.

Uillosum. Messembrianthemum foliis pubescentibus connatis, hinc puntatis, caule piloso. Hort. Cliff. 217. Roy. Lugdb. 282. Mill. Dict. n. 16.

Habitat Mexici et in Capite Bonæ Spei. ♄.

G. AIZOON.

Canariense. Aizoon foliis cuneiformis ouatis, floribus sessilibus. Hort. Ups. 127.

Aizoon foliis aduersè ouatis. Hort. Cliff. 215.

Habitat Mexici, Canada et Canariis. ⊙.

POLYGYNIA.

G. ROSA.

Gallica. Rosa germinibus ouatis, pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido aculeatis.

Rosa rubra simplex, uel multiplex. C. B. P. 481. Tourn. p. 637. Duham. Arb. 2. t. 53.

Flores rosarum rubrarum Pharmaceuticè.

Rosa uulgaris, uel Hispania Mexicanorum.

Habitat in Noua Hispania, Asia et Europa. ♄.

Proprietas. Flores uirtute roborante, et adstringente pollent, propinatur in leucorrhœa, et cœteris fluxibus.

Canina. Rosa germinibus ouatis, pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. Fl. Dan. t. 555. Mat. Med. 148.

Rosa syluestris uulgaris flore odorato, incanato. C. B. P. 483. Tourn. p. 638.

Flores rosæ syluestris. Fructus Cynosbasti, Fungus Bedegar Pharmaceuticis.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♄.

Proprietas. Flores blandè purgantes, fructuum conserua uariolarum, en anginarum inflammationem cohibet: fungus, siue insecti nidus adstringens, hemorrhoidibus superpositum dolorem lenit.

G. RUBUS.

Occidentalis. Rubus foliis ternatis, subtus tomentosis, caule aculeato, petiolis teretibus Halm. It. 2. p. 283.

Rubus Idæus frutu nigro Uirginianus. Dill. Elth. 327. t. 287. f. 319.

Caulis teres glaber subcœruleus, aculeis recuruis horridus.

Folia ternata, intermedio petiolato, ouata, incisoserrata, subtus tomentosa.

Petioli cauli simillimi.

Racemi terminales.

Habitat in Canada et montibus Ayahualtempam. Floret Augusto. ♃.

Hispidus. Rubus foliis ternatis nudis, caule petiolisque hispidissimis, strigis rigidulis. Mill. Dic. n.7.

Habitat in Uruapam Prouinciæ Michoacanensis, Ario et Canada. Floret Augusto. ♄.

Fructicosus. Rubus foliis quinato digitalis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. Fl. Succ. 409. 444.

Rubus caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis. Hort. Cliff. 192.

Habitat in plurimis Europæ locis frigidisque Nouæ Hispaniæ montibus. Floret Augusto. ♃.

Proprietas. Folia fructusque adstringenti, et detersiua uirtute pollent.

Penthaphillus. Rubus foliis omnibus quinatis caule petiolisque angulatis. Fl. Mex.

Habitat in montibus Ayahualtempam. Floret Septembri. ♄.

Obseruatio. Differt â præcedenti constanti numero quino foliorum et caule angulato.

G. FRAGARIA.

Uesca. Fragaria flagellis reptantibus. Hort. Cliff. 192.

Fragaria foliis ternatis, flagellis reptantibus. Hall. Helu. n. 1112.

Habitat in Europa, ac plerisque Nouæ Hispaniæ hortis. ♃.

Proprietas. Tota planta diluens et refrigerans, humectans diaphoretica, diuretica, ac subcathartica, in calculo, artritide, phtysi, febribusque usurpatur.

G. POTENTILLA.

Sericea. Potentilla foliis bipinnatis, utrinque tomentosis, segmentis parallelis approximatis, caulibus decumbentibus.

Potentilla foliis pinnatis, hirsutis, pinnis terdecim, ouatis, crenatis decurrentibus. Hall. Gœt. 2. p. 106.

Herba depressa radice perpendiculari, indiuisa, atro-rubente, cortice squamoso nigro tecta.

Caulis dodrantalis, indiuisus, in terram depressus.

Folia bipinnata, foliolis linearibus, utrinque uillosis.

Flores prope apice ramorum lutei, alternii, solitarii.

Pedunculi filiformes.

Habitat in Mexicanorum Carmelitarum Eremo, adnexisque Sancti Angeli et Sancti Augustini montibus ac Siberia. Floret Martio. ♃.

G. GEUM.

Urbanum. Geum floribus erectis, fructibus globosis, uillosis, aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. Mat. Med. 152. Fl. Dan. t. 672.

Geum foliis pinnatis, pinna ultima trilobata, floribus patulis, tubis aduncis. Hall. Heluet. n. 1130.

Habitat in umbrosis Europæ montibus, et Sancti Angeli hortis prope Mexicum. Floret Iulio. ♃.

Proprietas. Tota planta adstringente, aut acida, et expellente uirtute donatur. Exhibetur in uariolis, dysentheria, et febribus intermittentibus.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA MONOGYNIA.

G. TERNSTROMIA.

Meridionalis. Ternstromia Suppl. p. 264. Ic. Mutis Amer. u. 2. t. 9. Ic. 233.

Arbor orgyas quatuor longa, ramis scabris.

Folia alterna, in apicibus ramorum conferta, obouato-oblonga, coriacea integerrima, glabra, auenia, margine reuoluta, subsessilia.

Pedunculi axillares, crassi, ancipites, nutantes.

Calyx rigidus membranaceus.

Flores albi, quinque, raro sexparti, campanulati.

Habitat in cliuo uulgo *Toto* dicto itinere Sanctuarii Charmesis et America Meridionali. ♄.

Floret Maio Mense.

Obseruatio. Stigma acutum.

G. RHEEDIA.

Lateriflora. Rheedia pedunculis axillaribus ternis, foliis lanceolatis. Fl. Mex. Ic. 385.

Uan Rheedia folio subrotundo fructu luteo. Plum. Gen. 45. t. 257.

Calyx nullus, nisi bracteas duas subrotundas concauas paruas deciduas, procalyce uelis.

Corolla. Petala quatuor, subrotunda concaua patentia sessilia.

Stamina. Filamenta uiginti circiter filiformia, corolla parum longiora; antheræ simplices, subrotundæ.

Pistillum. Germen globosum, stylus cylindricus breuissimus, stigma obtusum.

Pericarpium. Bacca subouata, basi attenuata, stylo persistens, umbilicata, pulposa, trisperma.

Semina tria ouato-oblonga, glabra.

Arbor uigintipedalis.

Rami oppositi, geniculati, iuniores patentissimi, parum compressi glabri.

Folia opposita, lanceolata, integerrima, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Stipulæ axillares, numerosissimæ, confertæ, setaceo-squammosæ.

Pedunculi axillares, terni, filiformes, simplices, erecti, fructu maturascente, admodum elongati nutantes.

Baccæ parua pomi magnitudine, glabræ, uiscido, pulposæ, dulces. Indigenis edules.

Habitat in calidioribus Americæ locis. Floret Septembri. ♄.

G. PAPAUER.

Rhœas. Papauer capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis, incisis. Mat. Med. 154. Kesora Del. 1. t. R. 14.

Papauer foliis semipinnatis, hispidis, fructu ouato. Hall. Helu. n. 1064.

Habitat in Europa frigidisque ac temperatis Nouæ Hispaniæ locis. Floret toto uere. ⊙.

Proprietas. Flores subacidi incrassantes anodini, diaphoretici dulcificantes, et pectorales decoctum

capitulorum etiam dulcificans, et hypnoticum, exhibetur in pleuristide et catharro.

Œconomia. Rusticulæ et pauperes frigidarum regionum incolæ hiemis tempore, et olerum inopia tenerioribus caulibus, foliisque uescuntur.

Somniferum. Papauer calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulibus incisis. Hall. Helu. n. 1065.

Papauer caule multifloro foliis simplicibus glabris, incisis, caulinis. Hort. Ups. 135.

Habitat et floret cum præcedenti. ☉.

Proprietas. Acre, amarum, resinosum, graueolens, narcoticum et antispasmodicum. Semina dulcificantia anodina.

Substantia gummeo-resinosa, opium dicta ex capitulis extracta easdem imo potentiores possidet uires.

G. CAPPARIS.

Breynia. Capparis foliis lanceolatis subtus tomentosis, pedunculis subumbellatis, floribus octandris. Fl. Mex.

Capparis pedunculis racemosis, foliis perennantibus, oblongis, calycibus pedunculisque tomentosis, floribus octandris.

Capparis (Breynia) pedunculis subumbellatis, foliis ouali-oblongis, acutis, subtus scabris, fructibus tomentosis. Iacq. Amer. 161. t. 103.

Arbuscula quindecimpedalis.

Rami alterni, suberecti, glabri, iuniores ad apicem ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna, lanceolata, supernè nitida subtus tomentosa, integerrima, erecta.

Petioli inflexi.

Pedunculi axillares, subumbellati tomentosi.

Bracteæ filiformes.

Flores octandri, intus albi, extus ferrugineo-tomentosi.

Calycis, foliolis linearia, ferrugineo-tomentosa.

Habitat in Apatzingam, aliisque calidioris Americæ locis. Floret Decembri. ♄.

Umbellata. Capparis foliis lineari-oblongis subtus tomentosis, pedunculis umbellatis, floribus octandris. Fl. Mex. Ic. 340.

Arbuscula oleæ facia duodeuigintipedalis.

Rami alterni suberecti cicatriculis foliorum decidentium scabri.

Folia alterna lineari-oblonga, integerrima subcarinata, supernè glabra subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Pedunculi ex summis foliorum axillis terminalesque umbellati, tomentosi.

Inuolucra numero pedicellorum respondentia, subulata breuia decidua.

Flores albi, octandria calycibus tomentosis.

Habitat cum præcedenti. ♄.

Obseruatio. Uariat staminibus octo ad septemdecim.

Cuneiformis. Capparis foliis cuneiformibus acuminatis, scabris, pedunculis subumbellatis. Fl. Mex.

Arbor uigintipedalis.

Rami alterni â cicatriculis foliorum decidentium scabri, ad apicem ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna, cuneiformia acuminata integerrima, scabra, tomentosa.

Petioli breuissimi supernè canaliculati.

Pedunculi terminales, subumbellati, tomentosi.

Flores albi poliandria.

Inuolucella, siue bracteæ ad basim pedicellorum, breuissimæ, subulatæ.

Calyces minimi, quinquedentati.

Fructus oblongi.

Habitat prope Tepalcatepec. Floret Decembri. ♄.

G. MENTZELIA.

Aspera. Mentzelia Amœn Acad. 5. p. 498. Lœst. it. 223. Ic. 96.

Mentzelia foliis et fructibus asperis. Plum. Gen. 41. Ic. 174. f. 1.

Suffrutex quadripedalis.

Rami alterni, teretes echinati.

Folia alterna, ouato-lanceolata, sinuato-dentata, aspera, subsessilia.

Pedunculi in ramorum diuaricationibus breuissimi solitarii uniflori.

Corollæ luteæ.

Capsulæ calyce styloque persistente coronatæ, echinatæ.

Habitat Tepelpa et Cuyuacam prope Mexicum, aliisque Americæ locis. Floret Iulio. ♃. Uulgo *Sasale* dicitur, uel Hispani *Pegaropa.*

Proprietas. Radix ad semiunciam tusa et in *pulque* epota, uiolenter purgat, urinamque nonnumquam et sudorem excitat. Nulli in lues uenerea apud Indos cedit remedio.

G. CISTUS.

Mexicanus. Cistus foliis alternis, stipulatis, oblongis, pedunculis racemosis. Fl. Mex. Ic. 97.

Suffrutex sesquipedalis thymi facie.

Rami numerosissimi erecti.

Folia alterna oblonga basi parum attenuata, integerrima, subtomentosa sessilia.

Pedunculi terminales racemosi.

Flores lutei pedicellis inæqualibus.

Habitat in Sanctæ Rosæ oppido prope Guanasuatum. Floret Iulio. ♃.

G. CORCHORUS.

Siliquosus. Corchorus capsulis linearibus, biualuibus, triualuibusue, foliis subcordatis æqualiter serratis; pedunculis oppositifoliis. Fl. Mex. Ic. 286.

Corchorus capsulis linearibus compressis, biualuibus; foliis lanceolatis æqualiter serratis.

Corchorus folio Ulmi minor. Plum. Sp. 7. Ic. 103. f. 1.

Corchoro affinis Camædrios folio, flore, stamineo, seminibus, atris, quadrangulis, duplici serie dispositis. Sloan. Iam. 50. Hist. 1. p. 145. t. 94. f. 1. Rai. Suppl. p. 516.

Coreta foliis minoribus ouatis crenatis, floribus singularibus. Brown. Iam. 147.

Frutex tripedalis.

Rami alterni, uirgati, teretes, pubescentes.

Folia alterna subcordata, acuta æqualiter serrata, supra basim trineruia, glabra.

Stipulæ subulatæ basi incuruatæ.

Pedunculi oppositifolii subtriflori.

Bracteæ setaceæ.

Corollæ luteæ calycibus concoloribus.

Capsulæ biloculares, oblongæ compressæ aliæ trigonæ triloculares, triualues sexcuspidatæ.

Habitat in Mazatlami, circuitibus et America Meridionali. Floret Iulio. ♄.

G. MUNTINGIA.

Calabura. Muntingia arborea foliis oblongis, serratis tomentosis. Fl. Mex. Ic. 370.

Muntingia. Iacq. Amer. 166. t. 107.

Muntingia fruticosa, uillosa, foliis serratis oblongis, uno latere breuioribus. Brown. Iam. 245.

Muntingia folio sericeo, molli fructu maiori. Plum. Gen. 41. Ic. 205.

Calabura alba. Pluk. Alm. 75. Mantiss. 34. t. 152. f. 4.

Calyx. Perianthium quinquepartitum laciniis, lanceolatis, acumine filiformi, elongatis, deciduum.

Corolla. Petala quinque subrotunda, patentia, unguibus breuissimis receptaculo inserta.

Stamina. Filamenta plurima capillaria corolla dimidio breuiora: antheræ simplices subrotundæ.

Pistillum. Germen ouatum uillosum: stylus nullus: stigma capitato-pyramidatum, pentagonum persistens.

Pericarpium. Bacca globosa, uillosa, stigmata persistente umbilicata, quinque locularis, cortico capsulari tecta.

Semina plurima subrotunda, minima nidulantia.

Arbuscula decempedalis.

Rami alterni, diffuso-patentes, apice nutantes ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna, horizontaliter disticha, oblongo-ouata, inæqualiter, prope apicem profundius serrata, tomentosa, subtus albicantia, altero basios latere breuiore.

Petioli teretes breuissimi.

Stipulæ setaceæ.

Pedunculi axillares, interfoliacei, teretes, tomentosi, petiolis multolongiores terni, bini, aut solitarii.

Flores albi petalis unguiculatis.

Habitat in Coahuayanæ prædiis Occeano uicinis et in Iamaica. Floret Octobri. ♄.

Usus. Baccæ ab Indigenis eduntur.

G. ARGEMONE.

Mexicana. Argemone capsulis sexualibus foliis spinosiis. Ic. 99.

Papauer spinosum luteum foliis albis, uenis notatis. Moriss. Hist. 2. p. 277. Sect. 3. t. 14. f. 5.

Argemone Mexicana. Tourn. p. 239.

Chicalotl. Hern. Mex. 215.

Habitat passim in Noua Hispania, ac plerisque Australis Europæ locis. Floret tota fere anno. ♂.

Obseruatio. Fructus ualuulæ uariant numero quatuor, aut quinto.

Proprietas. Semina contrita ad dracmas duas omnes humores, præcipuè pituitosos expurgant, ubicumque Pharmacopolarum officinæ desunt, uix alio pauperes cathartico utuntur. Sucus lactescens incisione exstillans acris, et corrosiuus argemata discutit, fungosam carnem, uerrucosas excrescentias exedit, ac hemicraniam leuat, cariosas dentium lamellas cauitatibus imectus seggregare dicitur.

Œconomia. Oleum ex torrefactis seminibus expressum Chiæ Oleo â Pictoribus antefertur ad rhedas perlustrandas, quia minoris emitur.

G. BIXA.

Orellana. Bixa Hort. Cliff. 211. Mat. Med. 156.

Orleana, seu Orellana folliculis lappaccis. Pluk. Alm. 272. t. 209. f. 4. Comm. Hort. 1. p. 65. f. 33. t. 33.

Pigmentaria. Rumph. Amb. 2. p. 79. t. 19.

Achiotl. Hern. Mex. p. 74.

Arbor Mexicana fructu castaneæ coccifera. C. B. P. 419.

Urucu. Sloan. Iam. 250. Hist. 2. p. 52. t. 181. f. 1.

Arbor uigintipedalis non inelegans.

Rami alterni suberecti teretes fului.

Folia alterna subcordata, acuta, integerrima, petiolata.

Racemi terminales simplices.

Flores ex albo rubentes.

Habitat in calidioribus Americæ regionibus. Floret Nouembri. ♄

Proprietas. Fæcula seminum incarnata nonnihil

amara et aromatica est. Refrigerat, roborat, et stomachum firmat. Prodest in hæmorrhagia, cœterisque, fluxibus Indi, et infimæ fortis gentes cibaria, sua hoc pigmento, croci loco condiunt, nec non potioni chocolatæ quandoque immiscent. Hern., loco citato.

In Americanis Insulis quicumque uenenatum. Iatrophæ Maniot (*Iuca*, uulgo nuncupatæ succum hauserunt, Orellana Bixa à lactiferis symtomatibus eripiuntur. Tinctorios, atque alios œconomicos plantæ huius usus alibi proferemus.

G. NYMPHÆA.

Alba. Nymphæa foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. Mat. Med. p. 155. Gmel. Sib. 4. p. 183. t. 72. Fl. Dan. t. 602.

Nymphæa calyce quadrifido, petalis minori fructu spherico. Hall. Helu. n. 1067.

Habitat in plerisque Europæ et Nouæ Hispaniæ lacubus. ♃.

Proprietas. Radix subadstringens et saponacea, flores anodyni, refrigerantes et in diarrhea, gonorrhea, ardentibusque, febribus adhibentur.

G. PROCKIA.

Crucis. Prockia foliis cordato–ouatis serratis. Fl. Mex. Ic. 250.

G. PROCKIA BROWN.

Caulis fruticosus duas orgyas longus.

Rami alterni teretes.

Folia alterna, cordato–ouata, acuta, serrata, uillosa uenoso–rugosa, breuiter petiolata.

Stipulæ subulatæ.

Racemi axillares, terminalesque.

Flores uinidescentes.

Bracteæ binæ lineares ad basim pedunculorum.

Habitat in Mazatlami montibus et Sanctæ Crucis. Insula. Floret Iulio. ♄.

G. DELIMA?

Dioica. Delima floribus poliandris, dioicis corallíferis. Fl. Mex.

Masculi Flores.

Calyx perianthium pentaphyllum foliolis ouatis concauis membranaceis, erectis persistentibus.

Corolla. Petala quatuor, aut quinque obouata, calyce longiora.

Stamina. Filamenta numerosa, capillaria, receptaculo inferta, calyce longiora: antheræ simplices subrotundæ.

Fœminei flores?

Calyx et corolla ut in masculis.

Pistillum. Germen ouatum stylus cylindricus, calyce longior; stigma, simplex persistens.

Perycarpium Bacca calyce duplo maior ouata acuminata, bibaluis.

Semen unicum subrotundum arillo ramoso tectum.

Frutex sarmentosus caule simplici uolubili non raro procumbente, tuncque crassiore, ad apicem tomentoso scabriusculo.

Folia obouata, minutim denticulata scabra uenis oblicue subtus prominentibus lineata, subsessilia.

Racemi ex ultimis foliorum axillis terminalesque compositi.

Bracteæ in pedicellis ouato–oblongæ, membranaceæ.

Flores albi noctu odoratissimi.

Baccæ ouatæ acute membranacea oblectæ, stylo persistenti acuminati calycibus duplo longiores.

Habitat in umbrosis calidarum Nouæ Hispaniæ regionum locis uulgo *Vesuco de agua*, quia abcisso caule copiosam, diaphanam et sapidam aquam ubertim effundit, qua æstuantes Indigenæ sitim ubi riuuli aruerint extingunt.

TRIGYNIA.

G. DELPHINIUM.

Consolida. Delphinium, nectariis monophyllis caule subdiuiso.

Knora Del. 1. t. R. 17. Fl. Darr. t. 683 Mat. Med. 158.

Delphinium Unisiliquum caule brachiato, diffuso; floribus, sparsis. Hall. Helu. n. 1203.

Habitat in Europæ segetibus et Mexicanis hortis. Floret Maio. ⊙.

Obseruatio. Uariat floribus plenis, uiolaceis, rubris cœruleis et albis.

Proprietas. Semina pediculis occidendis, efficacissima, nec parum usitata ad Monachorum tunicas expurgandas.

Staphisagria. Delphinium, nectariis tetraphyllus, petalo breuioribus, foliis palmatis, lobis obtusis. Mat. Med. 138.

Delphinium nectaris diphyllis petalo breuioribus, foliis palmatis, lobis obtusis. Hort. Cliff. 213.

Habitat in Europa, et frigidis Ayahualtempæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

Obseruatio. Uariat lobulis foliorum, trifidis acuminatis calcarii nectarii obtuso breui et longitudine pedicelli.

Proprietas. Semina amara et nauseosa perinde ac præcedentis pediculos aliaque insecta enecant. Sialagoga habentur ac Odontalgiæ mederi creduntur.

PENTAGYNIA.

G. AQUILEGIA.

Uulgaris. Aquilegia nectariis incuruis. Fl. Dan. t. 695. Mat. Med. 165.

Aquilegia foliis trilobatis lobis petiolatis tripartitis subrotundis, obtusé dentatis. Hall. Helu. n. 1195.

Habitat in Europæ montibus, et Oppido Tacubaya, prope Mexicum. ♃.

Observatio. Uariat floribus multiplicatis diuersicoloribus.

Proprietas. Tota planta, expellens, et exhanthematica in Ictero, scabie, partuque difficili usurpatur.

G. NIGELLA.

Damascena. Nigella floribus inuolucro folioso, cinctis. Mill. Dict. n. 2. t. 186. et Ic. t. 187. f. 2.

Nigella augusti folia, flore maiore simplici, cœruleo, C. B. P. 145. Tourn. p. 258.

Habitat in Europa et PP. Carmelitarum Sancti Angeli hortu prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

POLYGYNIA.

G. MAGNOLIA.

Glauca. Magnolia foliis ouato-oblongis, utrinque nitidis. Fl. Mex. Ic. 216.

Magnolia foliis ouato oblongis, subtus glaucis.

Magnolia lauri folio, subtus albicante. Dill. Elth. 207. t. 168. f. 205. Catesb-Carolin. 1. p. 39. t. 39. Threw. Ehret. t. 9.

Yoloxochitl. Hern. Mex. 40.

Caulis arborens quindecim orgyas longus.

Folia alterna ouato-oblonga obtusa, scariosa, uenis alternis transuersalibus striata, nitida.

Petioli teretes basi incrassati.

Petala obouata, concaua, carnosa, intus atropurpurea, uiscida, exterius alba ambrosiaca.

Stigmata oblonga, arcte imbricata, supra conum contheris similia uiscosa.

Strobilus ouatus.

Habitat in Oppido Chapultepece prope Quahunahuacam, in Uirginia etiam Pensiluania et Carolina. Floret Maio. ♄.

Proprietas. Florum infusum uentriculum roborat, aluumque adstringit. Decoctum strobili cum seminibus eximium sterilitatis remedium. Hernand., loc. citat.

G. ANNONA.

Muricata. Annona foliis ouali-lanceolatis, glabris nitidis, planis, pomis muricatis. Iacq. Obs. 1. p. 10. 45. Merian. Sur. t. 14.

Annona foliis oblongo-ouatis, nitidis fructibus spinis mollibus tumentibus obsitis. Brown. Iam. 254.

Arbor uigintipedalis.

Rami alterni, erecto-patentes, teretes glabri.

Folia alterna ouali-lanceolata, nitida utrinque glabra, patentia.

Petioli breuissimi teretes.

Pedunculi axillaris, solitarii, uniflori, teretes, petiolis paulo longiores.

Flores albi odorati, petalis tribus exterioribus extus scabris, fuscisque, intimis minoribus, extus albis intus purpureis.

Baccæ subcordatæ tuberculis infimis recuruatis, muricatæ.

Habitat in calidissimis Acahuizotlæ montibus, ubi syluestris Annona nuncupatur, in Coahuayana, calidisque aliis Americæ locis. ♄.

Squammosa. Annona foliis oblongis subumbellatis, fructibus obtusè subsquammatis. Iacq. Obs. 1 p. 13. t. 6. f. 1.

Annona Indica fructu ex uiridi luteo corticesquammato, aspero nucleis, nigricantibus paruis. Pluk. Alm. 31. t. 134. f. 3.

Annona foliis oblongo-ouatis undulatis uenosis, floribus tripetalis, fructibus mammillatis. Brown. Iam. 256.

Chirimoya uulgo.

Habitat in utraque America, et hortis Ualentinis Hispaniæ Meridionalis, ubi fructus magni æstimantur pro mensarum deliciis. ♄.

Reticulata. Annona foliis lanceolatis. Iacq. Obs. 1. p. 14. t. 6. f. 2.

Annona maxima, foliis oblongis angustis, fructu maximo, luteo, conoide, cortice glabro in areolas angulares distincto. Sloan. Iam. 264. Hist. 2. p. 167. t. 226. Catesb. Carolin. 2. p. 62. t. 62. Rai. Dendr. 67.

Arbor frondosa, excelsa.

Rami alterni erecto patentes; miniores, ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna oblongo-lanceolata, transuerse lineata, supernè glabra, subtus ad cortas uenarum, ferrugineo-tomentosa, subsessilia.

Pedunculi axillares solitarii, uniflori.

Baccæ magnæ, ouatæ glabræ, reticulato-areolatæ.

Habitat in utriusque Americæ calidioribus. Floret Septembri. ♄.

Glabra. Annona foliis lanceolato-ouatis, fructibus conoidibus, glabris. Forsk. Ægit. Cent. 4. p. 102.

Annona maxima foliis latis, fructu maximo, fructu conoide, cortice glabro. Catesb. Carolin. 2. p. 64. t. 64.

Arbor Annonæ squammosæ, sat. similis.

Rami alterni, erecto patentes, teretes, prope summitatem ferrugineo-tomentosi, scabriusculi.

Folia alterna lanceolato-ouata, supernè glabra, subtus tomentosa, subsessilia.

Pedunculi axillares.

Habitat in Noua Hispania et Carolina. ♄.

G. ANEMONE.

Sibirica. Anemone caule uniflora, inuolucro folioso-obtuso. Gmel. Sib. 4. p. 199. n. 41.

Scapus nudus hirsutus, dodrantalis, uniflorus.

Folia ternata foliolis inciso-palmatis, pilosis. Petioli scabri.

Inuolucrum trilobatum, lobis incisis.

Flor unicus albo, roseo, purpuresque uarios, longe pedunculatus.

Petala sex ad nouem.

Habitat in Siberia, et Sanctæ Rosæ oppido prope Guanaxuatum. Floret Iulio. ⊙.

G. CLEMATIS.

Uiorna. Clematis foliis compositis, decompositisque, foliolis quibusdam trifidis. Grom. Uirg. 62.

Flammula scandens flore uioláceo-clauso. Dill. Elth. 144. t. 188. f. 444.

Caulis suffructicosus scandens sexangularis striatus glaber.

Folia opposita composita, decompositaque foliolis nonnullis trilobis quibusdam bilobatis.

Petioli cirrhiferi.

Pedunculi oppositifolii, solitarii, striati, tomentosi longissimi, nutantes.

Flores atropurpurei, tetrapetali, petalis, conniuentibus, coriaceis, campanulati, limbo-aliquantulum reflexo.

Habitat in Uirginia, Carolina et ad margines fluuii Uillæ Sancti Ioannis uulgo uel Rio. Floret Maio. ♃.

Dioica. Clementis foliis ternatis integerrimis, floribus diuisis. Amœn Acad. 6. p. 398. Mill. Dict. n. 13.

Clematis scandens foliis quinqueneruis, ouatis nitidis, pinnato-ternatis. Brown. Iam. 255.

Suffrutex scandens sexangularis pubescens.

Folia opposita ternata, ouata acuminata integerrima, glabra, quinque neruata.

Paniculæ axillares pedicellis umbellatis geniculatis.

Bractæ, siue inuolucella bina, subulata, breuissima.

Masculi flores albi. Fœminei.

Habitat in Ayahualtempæ, montibus, et calidioris Americæ regionibus. Floret Augusto. ♃.

G. THALICTRUM.

Dioicum. Thalictrum floribus dioicis. Mill. Dict. n. 9.

Cozticpatli. Hern. Mex. 235.

Caulis herbaceus bipedalis, teres, glaber, striatus.

Folia alterna, biternata, peltata, subrotunda, deutato-sinuata.

Petiolus communis alato membranacens amplexicaulis.

Flores albi, tetrapetali, nutantes.

Stamina quinquaginta aut plura in distinta planta.

Habitat in Canada et Mazatlami montibus. Floret Iunio. ⊙.

Obseruatio. Numerus petalorum staminunque uarius in uariis.

G. RANUNCULUS.

Thora. Ranunculus foliis reniformibus subtrilobis crenatis, caulino sessili; floralibus lanceolatis, caule rabbifloro. Scopol. Carn. Ed. 2. n. 685.

Ranunculis foliis inferioribus subrotundo reniformibus crenatis; floralibus lanceolatis, integerrimis, caule infernè nudo. Iacq. Nindob. 249. Obs. 1. p. 25. t. 13.

Habitat in Alpibus Heluetiæ, Pirinæis et pasim in Noua Hispania. Floret toto anno. ♃.

Bulbosus. Ranunculus, calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto multifloro, foliis compositis. Fl. Dan. 557.

Ranunculus radice subrotunda foliis hirsutis, septilobis; lobis petiolatis. Hall. Helu. n. 1174.

Habitat in Tixtla, Puruándiro, multisque Europæ locis. Floret Iulio. ♃.

Polyanthemos. Ranunculos calycibus patulis pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis multipartitis. Fl. Suec. 467.

Ranunculus ramosus multiflorus, foliis semiseptilobis, lobis tridentatis, acutis. Hall. Helu. n. 1171.

Habitat in aquæductibus Mexicanis, præsertim, prope thermas del Peñol, uulgo dictas et in Europa. Floret Maio. ♃.

Aquatilis. Ranunculus foliis submersis capillaceis, emersis, peltatis. Gmel. Sib. 4, p. 207.

Ranunculus fluitans petiolis uniflores, foliis unis capillaribus, laciniis, diuergentibus. Hall. Helu. n. 1163.

Habitat in aqueductibus Quahunahuacentibus et Europa. ⊙.

CLASIS XIV.

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA.

G. TEUCRIUM.

Canadense. Teucrium foliis ouato-oblongis, serratis, caule erecto spica, tereti, terminali uerticillis quadrifloris. Fl. Mex.

Teucrium foliis ouato-lanceolatis serratis, caule

erecto, racemo tereti, terminali, uerticillus hexaphyllis Pallas. t. 2. p. 569. Schreb. Unilab. p. 41. n. 39.

Chamædrys. Canandensis, Urticæ, folio subtus incano. Tourn. p. 205.

Caulis herbaceus dodrantalis.

Folia ouato-oblonga, inæqualiter serrata, subtus pubescentia, breuissime petiolata.

Spica terminalis, teres oblonga.

Bracteæ lineares, acutæ subdentatæ.

Flores uiolacei.

Habitat in Canada et Quahunahuacæ hortis. Floret Aprili. ⊙.

Mexicanum. Teucrium, foliis lanceolatis, subserratis, floribus solitariis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus sesquidodrantalis, infra teres, supernè angulatus, glaber.

Folia lanceolata, subserrata utrinque glabra, subsessilia.

Stipulæ setaceæ.

Pedunculi axillares, solitarii, filiformis longi iuxta apicem geniculati.

Glandulæ binæ setaceæ infra pedunculorum articulos.

Flores uiolacei, labio superiore obcordato, reflexo inferiore trifido.

Habitat in Mazatlami agris. Floret Æstate. ⊙.

G. SATUREIA.

Hortensis. Satureia pedunculis bifloris. Mat. Med. 167. Sabb. Hort. 3. t. 70.

Satureia hortensis, siue Cunila satiua. Plinii. C. B. P. 208.

Habitat in Mexici circuitibus et in Europa. ⊙.

Proprietas. Tota planta aromatica et roborante uirtute prædita est. Folia autem reliquis partibus præstantiora solida ualidè stimulant, humores uiscidos cemouent, atenuant, incidunt, et abstergunt, ideoque excretiones omnes ægregie autem præcipué si infuso uinoso propinentur, Quapropter inter meliora anthiscorbutica, diuretica, lythontritica, carminatiua, stomatica, pectoralia, uterina et aphrodisiaca merito recensenda sunt, admodumque, sese commendant in motuum languore, humorum spissitudine, et lentore, refractariis febribus quartanis scorbuto frigido, cachexia, œdemate, tympanitide: atshmate pituitosa calculo et supresione mensium.

G. NEPETA.

Hirsuta. Nepeta floribus sessilibus uerticillato spicatis; uerticillis tomento obuolutis. Hort. Cliff. 311.

Horminum spicatum lauandulæ flore, et odore. Bocc. Sic. 48. t. 25. f. 2.

Habitat in Sicilia, et temperatis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Ianuario. ♃.

Capitata. Nepeta capitulis axillaribus, longe pedunculatis, staminibus flore longioribus, foliis lanceolatis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus quadripedalis tetragonus.

Folia lanceolata, serrata, subpetiolata.

Pedunculli axillares longitudine foliorum. Capitula globosa.

Flores albi fragantissimi staminibus, corolla longioribus.

Habitat in Quahunahuacæ agris, calidisque aliis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Augusto. ⊙.

Mexicana. Nepeta uerticillis pedunculatis, subcorymbosis, foliis ouato-lanceolatis, serratis, petiolatis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus quinquepedalis, strictus, acutè quadrangularis, sulcatiis, atro-purpureus, uillosus.

Rami erecti, caule similes.

Folia ouato-lanceolata, inæqualiter serrata, subtus tomentosa, breuissime petiolata.

Uerticilli pedunculati, subcorymbosi.

Bracteæ ouatæ, acutæ, persistentes.

Calyces cylindrici dentibus setaceis.

Flores cœrulei, minimi, ubi tota planta fragantissimi labio superiore erecto, bifido; inferiore concauo.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Augusto et Septembri. ⊙.

G. MENTHA.

Rotundifolia. Mentha spicis oblongis, foliis subrotundis, rugosis crenatis, sessilibus.

Mentha foliis ouatis, rugosis, spicis, cylindricis. Hall. Helu. n. 226.

Habitat passim in Noua Hispania et in Europa, ubi Menthastrum in officinis adpellatur. Floret Vere. ♄.

Proprietas. Stomatica anthelmintica, anthistherica et emenagoga.

Satiua. Mentha floribus uerticillatis, foliis ouatis, acutiusculis, serratis, staminibus corolla longioribus.

Mentha crispa uerticillata. C. B. P. 227. Tourn. p. 189.

Habitat in Nouæ Hispaniæ hortis et Europæis. ♃.

Proprietas. Herba trita, ac cataplasmatis forma puerperarum mammis imposita lac coagulatum dissoluit, et repellit. Foliorum decoctum theiforme exhibitam uomitus compescit, uermes enecat, et stomachum ualide roborat.

Aruensis. Mentha floribus uerticillatis, foliis ouatis, acutis, serratis, staminibus corolla æquantibus. Fl. Darr. t. 512.

Mentha floribus uerticillatis foliis hirsutis, ouato-lanceolatis, uerticillis tomentosis. Hall. Helu. n. 223.

Habitat in Mexicanis agris, et Europæis. Floret Iulio. ♃.

Obseruatio. Uariat staminibus intra corollæ tubum reconditis.

Canadensis. Mentha floribus uerticillatis foliis lanceolatis, serratis, petiolatis, pilosis staminibus corollam æquantibus.

Herba tripedalis ramis brachiatis strictis quadrangularibus, fistularis purpurascentibus subuillosis.

Folia opposita lanceolata, subserrata, subuillosa, breuiter petiolata.

Flores uerticillati, albi fragrantes.

Stamina, longitudine corollæ.

Bractæ lineares, acutæ.

Habitat ad margines aquæductuum Mexicanorum. Floret Iulio. ♂.

Pulegium. Mentha floribus uerticillatis, foliis ouatis, obtusis, subcrenatis, caulibus subteretibus, repentibus, staminibus corolla longioribus. Mat. Med. 161. Sabb. Hort. 3. t. 49.

Pulegium latifolium. C. B. P. 222.

Habitat in inundatis Mexici circuitibus consimilibusque, aliis Europæ locis. Floret Iulio. ♃.

Proprietas. Tota planta emenagoga uirtute pollet, et in asthmate, ualde experta in raucedine itidem, tusii concouulsiua, hysterismo, et uentriculi adfectioribus.

G. GALEOPSIS.

Tetrahit. Galeopsis internodiis caulinis supernè incrassatis uerticillis summis subcontiguis, calycibus pungentibus. Scopol. Carn. ed. 2. n. 728.

Galeopsis caule hirto, foliis ouato-lanceolatis serratis. Hall. Helu. n. 268.

Habitat in Europa, et umbrosis Ayacapixtlæ montibus. Floret Uere.

G. BETONICA.

Alopecurus. Betonica spica basi foliosa, corollis galea bifida. Iacq. Uindob. 251. Austr. t. 78.

Betonica spicæ calycibus bracteisque mollioribus, tubo breui, galea bifida. Crantz. Austr. p. 256.

Habitat in oppidis Sancti Angeli, Sancti Augustini, aliisque Mexico uicinis, et in Europa. Floret Augusto. ♄.

Proprietas. Propinatur pro Betonica officinali in omnibus Nouæ Hispaniæ Pharmacopoli nec sine emolumento, iisdem enim uiribus gandere experientia docuit.

G. STACHIS.

Syluatica. Stachis uerticilles sexfloris, foliis cordatis petiolatis. Sabb. Hort. 3. t. 38.

Cardiaca foliis cordatis, serratis, uerticillis nudis, spicatis Hall. Helu. n. 275.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus et in Europa. ⊙.

Alpina. Stachis uerticillis multifloris, foliorum serraturis apice cartilagineis, corollis labio plano. Sabb. Hort. 3. t. 41.

Stachis Alpino foliis lanceolato-ouatis basi emarginatis uerticillis, tomentosis. Hort. Cliff. 10.

Habitat in Patzquari montibus et in Europa. Floret Augusto. ♃.

Annua. Stachis uerticilles sexfloris, foliis ouato-lanceolatis, trineruiis, læuibus petiolatis, caule erecto. Iacq. Austr. t. 360.

Stachis foliis lanceolatis, sessilibus, basi alternatis. Hort. Cliff. 210. Habitat in Tarimbari cliuis, prope Uallisoletum et in Europa. Floret Augusto. ⊙.

G. BALLOTA.

Nigra. Ballota foliis infimis, cordatis superioribus ouatis, indiuisis, serratis calycibus cuspidatis. Fl. Mex.

Ballota foliis cordatis indiuisis, serratis calycibus acuminatis. Sabb. Hort. 3. t. 35.

Marrubium nigrum fœtidum Ballote Dioscoridis. C. B. P. 230.

Habitat in plurimis Europæ locis, et in Apatzingam. Floret Novembri. ♃.

Proprietas. In histerica passione utilissima censetur.

G. MARRUBIUM.

Uulgare. Marrubium dentibus calycinis setaceis uncinatis. Mat. Med. 173. Sabb. Hort. 3. t. 59.

Marrubium album uulgare. C. B. P. 230. Rio Monop. t. 67.

Habitat in frigidis, ac temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus et Europa. ♃.

Proprietas. Herba subamara, et ingrato sapore prædita non infimum tenet locum inter emenagoga, pectoralia, et anthelmintica, medicamenta opilatum asthmati, humorali, ptyalismo ab hydrargyro orto, necnon uiscerum obstrucnionibus, et histericis adfectibus.

G. PHLOMIS.

Purpurea. Phlomis inuolucris linearibus obtusis calyce breuioribus, foliis cordatis, oblongis tomentosis, caule suffruticoso. Mill. Ic. 202.

Phlomis fruticosa, lusitanica flore purpurascente, foliis acutioribus. Tourn. p. 178.

Habitat in Mexici circuitibus et Europa. Floret Iunio. ⊙.

G. SCUTELLARIA.

Indica. Scutellaria foliis ouatis, dentatis, racemo-terminalis bracteis lanceolatis. Fl. Mex. Ic. 337.

Scutellaria foliis subouatis, obtusis crenatis, petiolatis, racemis nudiusculis. Osb. It. t. 244.

Scutellaria Synica Betonicæ folio floribus albis. Pluk Amalth. 190. t. 441. f. 1.

Caulis herbaceus strictus sesquipedalis, obsolete quadrangularis, uillosis ex uiridi atro-purpurascens.

Folia opposita ouata, acuta, dentata, subrugosa, petiolata.

Racemus terminalis simplex.

Bracteæ lanceolatæ, petiolatæ, persistentes, ad basim pedicellorum, setaceæ binæ, supra basim.

Flores coccinei elegantes, erecti.

Pedicelli fructu pronectiore nutantes.

Habitat in Tixtla, et Sinensium regionibus. Floret Augusto. ⊙.

G. OCYMUM.

Basilicum. Ocymum foliis ouatis, glabris calycibus ciliatis. Hort. Cliff. 315. Mat. Med. p. 177.

Ocymum Caryophillatum maius. C. B. P. 226. Tourn. p. 204.

Habitat in India, Persia ac temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus. ♃.

Proprietas. Tota planta fragrans orgastica neruina et roborans.

G. PRUNELLA.

Uulgaris. Prunella foliis omnibus ouato-oblongis, serratis, petiolatis. Mat. Med. 177. Sabb. Hort. 3. t. 32.

Prunella Bracteis cordatis. Roy Lugdt. 314.

Habitat in frigidis et temperatis Nouæ Hispaniæ et Europæ locis. Floret Augusto. ⊙.

Proprietas. Herba fragrans, parumque adstringens in angina propinatur.

G. ORIGANUM.

Uulgare. Origanum spicis subrotundis paniculatis, conglomeratis, bracteis calyce longioribus ouatis. Fl. Dan. t. 638. Sab. Hort. 3. t. 75. Mat. Med. p. 174.

Origanum foliis ouatis, spicis laxis erectis, confertis, paniculatis. Hort. Cliff. 305.

Habitat in Noua Hispania, Canada et Europa. ♃.

Proprietas. Acris, amara, fragrans corroborans, adstergens, stimulans, utilis, censetur, in tussi, asthmate pituitoso, phlogosi, membrorum œdemate.

Maiorana. Origanum foliis oualibus obtusis; spicis subrotundis, compactis, pubescentibus. Hort. Cliff. 304. Mat. Med. 174.

Mejorana uulgaris C. B. P. 224. Tour. nef. p. 199.

Habitat cum præcedenti. ♃.

Proprietas. Planta fragrans, et subamara, tonica, resoluens neruina, cephalica et stomatica.

G. CLINOPODIUM.

Rugosum. Clinopodium foliis rugosis, capitulis axillaribus pedunculatis, explanatis, radiatis.

Clinopodium rugosum capitulis scabiosæ. Dill. Elth. 88. t. 75. f. 86.

Habitat in Mazatlami montibus, Uirginia, Carolina, Iamaica, plurimisque. Europæ locis. Floret Iulio. ♃.

Mentha uulgi propter odoren in Mazatlam adpellatur.

G. THYMUS.

Uulgaris. Thymus erectus foliis reuolutis ouatis floribus uerticillato-spicatis Mat. Med. 175.

Thymus uulgaris, folio tenuiore. C. B. P. 219. Tourn. p. 196.

Habitat in plerisque Nouæ Hispaniæ et Europæ locis. ♃.

Proprietas. Tota planta fragrans, resolutiua, discutiens stimulans, neruina, roborans, tonica, stomatica et emenagoga.

G. MELLISSA.

Officinalis. Mellissa racemis axillaribus uerticillatis, pedicellis simplicibus. Sabb. Hort. 3. t. 61. Mat. Med. 175.

Mellissa foliis cordatis, serratis, petiolis foliis breuioribus. Hall. Helu. n. 242.

Mellissa hortensis. C. B. P. 229. Tournefort. p. 193. Riuin Monop. t. 45.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus et in Europa. ♃.

Proprietas. Folia sapore, subacri, ac blande balsamico prædita in medicos usus inter præstantiora remedia ueniunt; blande quippe commouent, ac discuntiunt, moderatissime irritant, et adstringunt, quo fit ut eius ope spirituosæ partes in sanguine, atque neruis augeantur Eminenti itaque uirtute neruina, cephalica, cardiaca, pectorali, stomachali, carminatiua et uterina pollet, præstantissinunnque confert, auxilium in morbis omnibus á solidorem laxitate, fluidorum spissitudine glutinosa, spiritum inopia exortis Memoriæ imbecillitati, uertigini idiopathicæ, uisus debilitati, digestiorum difficultati, morbisque hinc oriundis uix planta alia tollendis, est aptior. Exhibetur uel infuso aquoso theiformi, uel in uinoso oleum huius plantæ essenciale, quod quidem exigua admodum quantitater extrahitur, iisden, imopœntentioribus gaudet uiribus.

ANGIOSPERMIA.

G. CRESCENTIA.

Ternata. Crescentia foliis ternatis, caule inermi. Fl. Mex. Ic. 336.

Arbor inelegans uiginliquinquepedalis.

Rami erecti flexuosi, scabri cinericei.

Folia ternata, intermedio lineari longiore; lateralibus obouatis, glabris minimis.

Petioli marginati, lineari oblongi folio intermedio simillimi.

Flores subpurpurei trunco, ramisque maioribus procul â foliis subsessiles, nutantes, subsolitarii, inodori.

Baccæ globosæ, glabræ ciri maioris magnitudine.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, ubi Quahuhtecomate uulgo adpellatur. Floret Octobri. ♄.

Obseruatio. Rami ut plurimum patentes, inordinati, flexuosi; folia alia subserrata, subrotundo-ouata, petiolorum basi conferta, sessilia.

Proprietas. Pulpæ seminunque decoctum resolutiuum maxime uulnerarium que merito censetur Palmonum tuberculis eliminandis, et abcessibus, â casu imminentibus cauendis, aut iam factis curandis utilissimum censetur. Sæua paucis ab hinc aunis pleuritide grassante, nihil decocto huiusmodi. Apum melli commixto præstantius Medici uno peneore laudauerunt.

Œconomia. Ex durissimis baccarum corticibus pulpa omni extracta crateuas Indi efficiunt, quibus potiones quascumque bibunt. *Tecomates* has uocant unde Arbor fortita est.

Edulis. Crescentia foliis ternatis, caule aculeato. Fl. Mex. Ic. 373.

Calyx. Perianthium monophyllum, tubulosum, inæquale, margine superiore elongato, acuto, erecto, subtus longitudinaliter dehiscens.

Corolla monopetala, subcampanulata, inæqualis tubus amplus, gibbus incuruus, torulosus, limbus quadrifidus lacinia superiore rotundata erecta, emarginata, tribus inferioribus, subouatis, æqualibus sulcatis, reuolutis crispis.

Nectarium margo repandus basi germen ambiens.

Stamina filamenta quatuor subulata tubo inserta ascendentia quorum duo paulo breuiora; antheræ oblongæ, dydimæ, incumbentes rudimentum quinti filamenti inter duo longiora.

Pistillum. Germen oblongum striatus, stylus cylindricus situ, et longitudine staminum; stigma bilamellatum.

Pericarpium. Bacca oblonga, sulcato angulata.

Semina plurima, subouata, plana ridulantia.

Arbuscula quindecimpedalis inelegans.

Rami oppositi, patentes.

Folia opposita ternata foliolis subelipticis, integerrimis, utrinque glabris.

Petioli communes marginati.

Aculei stipulares, solitarii, oppositi, suberecti decidui.

Flores albi trunco, ramisque maioribus procul â foliis subsessiles, nutantes, subsolitarii, inodori.

Baccæ oblongæ, Musam mentientes, sulcato-angulatæ, é uiridi pallentes glabræ.

Habitat in Ayacapixtla, aliisque calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, ubi *Quauhxilotl* et uulgo *Quaxilote* adpellatur. Floret Nouembri. ♄.

Proprietas. Pectorale medicamentum et Indicolis commendatum.

Œconomia. Baccæ dulciusculæ, crudæ: aut coctæ ab Indigenis eduntur, æpassim Mexici uenduntur.

G. CASTILLEJA.

Fisifolia. Castilleja, foliis oblongis, apice trifidis floribus, spicatis, bracteis, interpositis, integris. Fl. Mex. Ic. 105.

Castilleja foliis linearibus integris apice trifidis, floribus racemosis, interaperssis bracteis trifidis. Suppl. p. 293.

Herba bipedalis, caulibus simplicibus, plurimis ex eodem puncto radicali ortis, strictibus, teretibus uillosis.

Folia alterna oblonga apice trifida, raro quinquefida, erecta trineruata, sessilia.

Spicæ oblongæ, integræ, apice luteo rubentes, undulatæ, persistentes singulæ flores singulos ornantes.

Flores luteo-virentes, rubro uariantes.

Habitat in Puruandiri montibus et Noua Granata. Floret Iulio. ⊙.

Integrifolia. Castilleja foliis lineari oblongis, integerrimis margines reuolutis, bracteis, indiuisis. Fl. Mex. Ic. 103.

Castilleja foliis lineari subulatis, integerrimis, bracteisque indiuisis. Supp. p. 293.

Icon Mutis, Amer. v. 1. t. 12.

Suffrutex bipedalis ramosissimus.

Rami alterni erecti, teretes, fragiles, scabriusculi, fusco ferruginei.

Folia alterna lineari oblonga, integerrima, subtrineruia, erectiuscula, margine reuoluta, sessilia.

Racemi terminales simplices.

Flores coccinei inodori, labis infimo nullo.

Glandulæ binæ tubulosæ, intus ad infimam faucem corollæ.

Habitat in frigidis Sancti Angeli montibus Mexico uicinis, aliis temperatis Nouæ Hispaniæ locis et America, Australi. Floret Septembri. ♃.

Pulcherrima. Castilleja foliis oblongis trineruiis, integerrimis, caule simplici, floribus spicatis. Fl. Mex. Ic. 104.

Herba sexquipedalis, caule erecto simplici, tereti, striato, uilloso, rubente.

Folia alterna oblonga integerrima, trineruia, ferrugineo maculata, uillosa sessilia.

Spicæ terminales oblongæ.

Flores pallide uirentes.

Bracteæ floribus interpositæ, longiores, lineari oblongæ, apice coccineæ, elegantissimæ, persistentes.

Habitat in Sancti Augustini oppido prope Mexicum. Floret Septembri. ⊙.

Pinnata. Castilleja foliis pinnatis, capillaribus. Fl. Mex.

Herba sesquidodrantalis, caule simplici, erecto tereti glabro.

Folia alterna pinnata, foliis capillaribus, inferioribus pinnatifidis, sessilibus.

Racemi terminales simplices subspicati.

Flores lutei subsessiles calycibus concoloribus.

Bracteæ lineares longitudine florum pallescentes.

Habitat in saxosis Cuyuacami circuitibus. Floret Septembri. ⊙.

G. RHINANTHUS.

Capensis. Rhinanthus foliis imis subelipticis, summis ouatis dentatis, sessilibus: calycibus tomentosis, bracteis ouatis; spicis secundis. Fl. Mex. Ic. 106.

Rhinanthus calycibus tomentosis, bracteis ouatis, foliis lanceolatis dentatis Sys. Ueg. p. 459.

Buchnera (Africana), foliis lanceolatis, subdentatis calycibus tomentosis, fructu longioribus. Amœn. Acad. 6. Afr. 18.

Calyx Perianthium monophyllum subrotundum, semiquadrifidum, laciniis dentatis, tomentosum persistens.

Corolla monopetala ringens tubus subcylindricus calyce paulo longiora faux compressa, dehiscens, Labium superius fornicatum, compressum, angustius, emarginatum, lateribus reflexum: inferius trifidum reuolutum, laciniis subæqualibus.

Stamina filamenta quatuor infra labium superius recondita, illiusque longitudine, quorum duo longiora, antheris hirsutis conuexa, breuiora antheris lobulo extimo spinula acuminatis.

Pistillum. Germen subrotundum, acuminatum, stylus filiformis parum staminibus longior, stigma obtusum inflexum.

Pericarpium. Capsula subrotunda acuminata, bilocularis, biualuis, dissepimento ualuis opposito.

Semina plurima oblongiuscula, compressa.

Herba tripedalis radice fibrosa.

Caulis strictus, teres, scaber.

Rami brachiati, patentiusculi cauli simillimi.

Folia opposita, inferiora subeliptica; suprema ouata, obtusè serrata; uilloso-scabra, sessilia.

Spicæ terminales secundæ.

Flores biliacei, elegantes, inodori.

Bracteæ ouatæ.

Habitat in Sancti Angeli agris prope Mexicum et in Æthiopia. Floret Iulio. ⊙.

Bipinnatifidus. Rhinanthus foliis bipinnatifidis, spicis axillaribus secundis, caule simplici. Fl. Mex. Ic. 107.

Herba tripedalis radice fibrosa.

Caulis simplicissimis, teres, strictus, rectus scabriusculus.

Folia opposita bipinnatifida, lacinis-filiformibus.

Spicæ axillares, terminalesque secundæ.

Flores coccinei elegantissimi, insidi, inodori.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum. Floret Iulio. ⊙.

G. LANTANA.

Mixta. Lantana foliis oppositis, acuminatis floribus capitalis, inuolucris longitudine florum. Sys. Ueg. 472.

Camara Lamii albi folio, flore mixto. Dillen Elth. 64. t. 56 f. 64.

Suffrutex quadripedalis ramosus.

Rami oppositi, erecto patentes, graciles obsolete quadrangulares, infernè glabri, supernè tomentosi.

Folia opposita obouata, acuminata, uel ouato-lanceolata, crenata, rugosa, subtus tomentosa, incana, breuissime petiolata.

Pedunculli axillares capitali, petiolis longiores, solitarii apice incrassati.

Capitula florum plana, cum fructu parum elongata.

Flores albi fauce tubi corollarum lutescente.

Bracteæ ouatæ membranaceæ, singulæ singulis, floribus, interpositæ: extimæ inuolucratæ.

Habitat in calidis et temperatis Tepostlanu, et Sayulæ circuitibus. Floret quolibet anni tempore. ♄.

Obseruatio. Uariat floribus pallide luteis, et purpurascentibus. Tota planta fragrans et aromatica.

Camara. Lantana foliis oppositis caule inermi ramoso, floribus, capitato spicatis. Fl. Mex.

Lantana foliis, oppositis, caule inermi ramoso; floribus capitato umbellatis, aphyllis.

Lantana (Camara) foliis elipticis, non multum rugosis, parumque asperis; ramis iunioribus aculeatis, colore floris, e cetrino in rosaceum mutabili. Med. Act. Palm. u. 3. Phis. p. 228.

Suffrutex quinquepedalis.

Rami opposito, erecto, patentes, subangulati, læues prope apicem tomentosi, graciles.

Folia opposita, maiora ouata; minora eliptica, serrata rugosa, supernè pubescentia, subtus tomentosa.

Petioli breuissimi supra planiusculi.

Spicæ axillares, solitariæ cylindricæ, breues, coarctatæ, pedunculatæ.

Florex ex albo in luteum, denique in purpureum uariantes.

Bracteæ imbricatæ, subcordatæ; setaceo mucronatæ, concauo-carinatæ.

Habitat in Americæ calidioris regionibus, et temperatis, Chalpalicimaris dittoribus. Floret Februario. ♄.

Tota planta fragrantissima.

Aculeata. Lantana foliis oppositis, caule aculeato ramoso, spicis globosis. Fl. Mex.

Lantana foliis oppositis, caule aculeato, ramoso, spicis hemisphœricis.

Lantana caule quadrato et aculeato, floribus ê colore cetrino in croccum sese mutantibus. Med. Act. Pal. u. 3. Phis. p. 321.

Frutex decempedalis.

Rami erecti, brachiati, tetragoni, hispidi, aculeis breuibus recuruis, deciduis ad angulos armatis.

Folia opposita ouata, acuminata, serrata, rugosa, supernè scabriuscula, subtus tomentosa, breuiter petiolata.

Spicæ axillares solitariæ, florentes hemisphæricæ, fructicantes globosæ; pedunculo communi erecto quadrangulari.

Flores crocceo colore, in coccineum uariantes, tubus corollarum incuruatis.

Bracteæ lineares, carinatæ, singulæ, ad singulos flores calycibus longiores deciduæ.

Drupæ globosæ in maturitate heluoli coloris.

Habitat pasim in Noua Hispania. Floret toto fere anno. ♄.

Mexici, Sancti Caietani herba uulgo adpellatur.

Annua. Lantana foliis oppositis, caule inermi, spicis cylindricis. Fl. Mex.

Lantana foliis oppositis, caule inermi, spicis oblongis. Hort. Ups. 180.

Lantana (trifolia) foliis ternis, spicis oblongis imbricatis, floribus carneo uiolaceis; fauce flaua. Med. Act. Palat. u. 3. Phis. p. 222. R.

Herba tripedalis, caule erecto, quadrangulari, striato, parum ramoso.

Rami cauli similes.

Folia opposita, ouata-crenata, uenosa-rugosa, uix petiolata.

Spicæ axillares solitariæ cylindricæ.

Flores uiolacei.

Bracteæ ouatæ, concauæ.

Habitat in calidis Americæ regionibus. Floret Septembri. ⊙.

G. GESNERIA.

Acaulis. Gesneria foliis lanceolato-ouatis, serratis, subpetiolatis, terminali-conferti, pedunculis axillaribus, uniflores. Fl. Mex. Ic. 358.

Gesneria foliis lanceolato-ouatis, serratis, subpetiolatis, terminali-conferti; pedunculis trifloris, folio breuioribus. Amœn. Acad. 5. p. 400.

Gesneria rupestris indiuisa, foliis oblongis, rugosis, summo caule dispositis; floribus singularibus ad alas. Brown. Jam. 262.

Herba semipollicaris caule simplici, tereti, uilloso, exili.

Folia ternata, quandoque opposita, ouato-lanceolata, serrato, uillosa, scabriuscula, subtus uenarun ramificationibus sanguineis.

Petioli breuissimi.

Pedunculi in summis alarum axillis, filiformes, uillosi, erecti, uniflori.

Flores albicantes, limbo roseo.

Habitat adnascens rupibus, calidarum Nouæ Hispaniæ regiorum. Floret Septembri. ⊙.

Tomentosa. Gesneria foliis lanceolatis, crenatis, hirsutis, pedunculis axillaribus longissimis, corymbosis. Fl. Mex. Ic. 357.

Gesneria foliis ouato-lanceolatis, crenatis, hirsutis: pedunculis lateralibus longissimis, corymbiferis. Hort. Cliff. 318. Iacq. Amer. 179. t. 175. f. 64.

Gesneria amplo Digitalis folio tomentoso. Plum. Gen. 27. Ic. 34.

Frutex quinquepedalis.

Rami brachiati, teretes, hirsuti, rubentes, ex foliorum lapsu, cicatriculis, scabri.

Folia opposita, lanceolata, crenata, rugosa, facie uillosa, scabriuscula, subtus tomentosa.

Petioli breuissimi, crassiusculi, rubentes.

Pedunculi communes supra axillas, corymbosi, longissimi teretes, uillosi solitarii, subquinqueflori.

Flores elegantes, extus uillosi, subrubri, intus croco lutescente, rubroque maculati.

Habitat in utriusque Americæ rupium fisuris. Floret Augusto. ♄.

Longiflora. Gesneria foliis ternis lanceolatis, serratis, tubo corollæ longissimo. Fl. Mex. Ic. 358. fig. 3.

Herba dodrantalis Acauli simillima, â qua tantum magnitudine florisque figura differt.

Folia ut plurimum terna, quandoque opposita, subpetiolata, lanceolata, serrata, uillosa.

Pedunculi axillares, solitarii, filiformes.

Flores uiolacei, elegantes, inodori, corollæ tubus incuruatus intus, extusque, fauce depressus.

Habitat in humidis, ac temperatis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Septembri. ⊙.

Maculata. Gesneria foliis ouato-lanceolatis, crenatis; floribus axillaribus, solitariis. Fl. Mex. Ic. 330.

Caulis herbaceus sesquipedalis, simplex, teres, hirsutus.

Folia opposita, ouata, crenata, supernè uillosa, subtus sericea, breuissime petiolata.

Pedunculi axillares, solitarii, nutantes.

Corollæ rosaceæ, extus lanatæ, intus rubro punctatæ.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

CLASIS XIV.

ORDO ANGIOSPERMIA.

G. STEMODIA.

Siliquosa. Stemodia foliis pinnatis, capsulis subulatis filiformibus. Fl. Mex. Ic. 420.

Calyx perianthium quinque partitum, laciniis subulatis, erectis, subæqualibus, persistens.

Corolla monopetala irregularis, tubus longitudine calycis, limbus bilabiatus quadrifidus, laciniis subouatis, emarginatis; superiore paulo breuiore, suberecta, fornicata.

Stamina filamenta quatuor, quorum duo breuiora, fauci corollæ inserta, labio superiore reclinata apice parum bifida. Antheræ octo, oblongæ, incumbentes binæ singulis filamentis, quorum altera superiora.

Pistillum. Germen oblongum compressum; stylus filiformis ascendens, longitudine staminum breuiorum; stigma obtusum.

Pericarpium. Capsula linearis subulata, compressa, siliquiformis, calyce quadruplo longior, longitudinaliter dehiscens, bilocularis, biualuis, dissepimento contrario.

Semina plurima oblonga, dissepimento longitudinaliter adfixa.

Herba dodrantalis, caule ramisque ascendentibus, exilibus, quadrangularibus, glabris.

Folia inferiora opposita pinnata, foliolis quinque aut septem linearibus, breuibus, crassiusculis, glabris, quorum nonnullo dentato fisa, superiora non raro simplicia, linearia, subdentata.

Flores purpurei, axillaris, solitarii, pedunculis filiformibus.

Habitat in oppido Apatzingam. Floret Octobri. ☉.

Pusilla. Stemodia foliis ternis, ouatis serratis Fl. Mex.

Herba sexpollicaris caule simplici stricto, erecto, uilloso.

Folia terna ouata bisserrata, uillosa, petiolata.

Flores purpurei, axillares, solitarii, pedunculis petiolo longioribus.

Corollæ et stamina præcedenti simillima.

Habitat et floret cum præcedenti. ☉.

G. CAPRARIA.

Biflora. Capraria foliis alternis, rhombeis, serratis, floribus geminis. Fl. Mex.

Capraria foliis alternis floribus geminis. Iacq. Amer. 182. t. 115.

Capraria curassauica. Herm. Parad. 110. t. 110.

Suffrutex tripedalis.

Rami alterni, teretes, uillosi.

Folia alterna rhombea, simplici, duplicatoue serrata, in petiolum tenuem breuissimum basi protensa.

Flores albi gemini, raro terni, breuissimè pedunculati.

Capsulæ ouatæ compressæ, bifurcatæ, longitudine calycis persistentis.

Habitat in Græcia, Curàssauica et Apatzingam. Floret Octobri. ♃.

Durantifolia. Capraria foliis ternis, dentatis, floribus solitariis, ramis alternis. Amœn Acad. 5, p. 399.

Phælipea erecta foliis sessilibus angustis auritis, ad apicem serratis, oppositis, seu uerticillatis; floribus singularibus, alaribus, Brown. Iam. 269.

Caulis herbaceus bidodrantalis, sexangularis pubescens.

Folia terna, aut opposita, oblonga, acuta, serrata, basi subaurita.

Flores axillaris solitarii, breuissimè pedunculati.

Bracteæ nonnullæ setaceæ.

Habitat Quahunahuacæ ad margines riuulorum et in Iamaica. Floret Maio. ☉.

Crustacea. Capraria foliis oppositis ouatis serratis subpetiolatis; floribus axillaribus solitariis. Fl. Mex. Ic. 393.

Capraria repens, foliis oppositis ouatis, subpetiolatis, crenatis, Burm. Ind. 133.

Carauasi minus Rumph. Am. 5. p. 491. t. 170. f. 3.

Herba procumbens radice fibrosa, ramisque spitameis undique diffusis.

Folia opposita, ouata, acuta, serrata, uillosa, breuissimè petiolata.

Flores uiolacei, parui, inodori, solitarii, subsessiles; limbi laciniis subæqualibus, rotundatis.

Habitat in Mazatlami montibus, Sina et Amboiza. Floret Iulio. ☉.

Uerticillata. Capraria foliis ternis; floribus uerticillatis, pedunculatis. Fl. Mex. Ic. 113.

Herba quinquepedalis caule pentagono uilloso.

Folia terna, ouata, serrata, rugosa.

Petioli erecti, ueluti, cauli adnati.

Flores uerticillati pedunculati.

Pedunculi ut plurimum trifidi, pedicellis multifloris.

Corollæ coccineæ nutantes subcylindricæ.

Habitat in Xochistlami circuitibus ad fluminis torrentes. Floret Octobri et Nouembri. ☉.

G. BIGNONIA.

Æquinoctialis. Bignonia foliis coniugatis, cirrhosis, foliolis ouato-lanceolatis, pedunculis bifloris, siliquis linearibus. Sabb. Hort. 2. t. 85.

Bignonia Americana, bifolia, scandens, siliquis lætis et longioribus, semine lato. Plum. Sp. 5. Ic. 55. f. 1. Tourn. p. 164.

Habitat in Cayena et Quahunahuacæ, ubi Hedera uulgo adpellatur. Floret Martio. ♄.

Paniculata. Bignonia foliis coniugatis cirrhosis, foliolis cordato-ouatis, floribus racemosis, pedunculis trifloris. Iacq. Amer. 183. t. 116.

Bignonia americana, bifolia, scandens, flore uiolaceo odoro, fructu duro. Plum. Sp. 5. ic. 56. f. 1. Tourn. p. 164.

Suffrutex sarmentosus scandens, ramis sexangularibus, glabris.

Folia infima ternata, cordato-ouata, acuminata, integerrima glabra, superiora coniugata cum cirrho, inferioribus similia.

Petioli teretes superiore sulcati. Cirrhi trifidi.

Racemi terminales, compositi, pedicellis trifloris.

Flores purpurei, inodori, elegantes, congeneribus omnimo dissimiles.

Calyx initio campanulatus, luxuriante flore in duos limbos diuisus, quorum interior tubulosus, erectus, breuis, exterior amplissimus quinquefidus, laciniis subrotundis, breuibus emarginatis, subæqualibus patentibus.

Corolla ringens, tubus longitudine calyces, faux oblonga, uentricosa, antice sulcato, compressa, labium superius erectum, concauum, acutiusculum, emarginatum: inferius trifidum, patulum, laciniis oblongiis, acutis æqualibus, intermedia apice incrassata, subincurua.

Stamina congeneribus simillima, cum rudimento quinti sterilis.

Germen subrotundum margini glanduloso-insidens; stylus stigmaque ut in reliquis speciebus.

Siliqua oualis, oliuæformis.

Habitat in Mazatlami agriis, aliisque calidioris americæ locis. Floret Iulio. ♃.

Leucoxylon. Bignonia foliis quinnatis, ouato-lanceolatis. Fl. Mex. Ic. 414.

Bignonia foliis digitalis, foliolis integerrimis, ouatis acuminatis.

Bignonia foliis imis digitalis superioribus, simplicibus, seu ternatis, caule erecto, arboreo. Mill. Dict. n. 10.

Arbor uigintipedalis ramis diffusis glabris.

Folia opposita quinata, nonnulla ternata; foliolis ouato-lanceolatis, acuminatis, extimis multo minoribus, integerrimis glabris.

Racemi terminales, simplices, stricti.

Flores purperei, conferti, subsessiles.

Habitat in montibus hereditatis Ahuesuyo, aliisque calidioris Americæ locis. Floret Iannuario. ♄.

Stans. Bignonia foliis pinnatis, foliolis serratis, caule erecto, firmo, floribus racemosis. Ic. 110.

Bignonia americana arbor flore luteo. Fraxini folio. Plum. Sp. 5. ic. 54. Tourn. p. 164.

Bignonia fruticosa foliis pinnatis, ouatis, floribus uteis. Brown. Iam. 264.

Habitat in tota fere temperata, aut calida America. Floret Iulio. ♄.

Muricata. Bignonia foliis ternatis, caule scandente, siliquis oualibus, muricatis. Fl. Mex. Ic. 217.

Caulis fruticosus scandens, sexangularis.

Folia ternata, ouata, acuminata læuia; terminalia coniugata cum cirrho.

Racemus terminalis, simplex.

Flores pallidi odoratissimi.

Siliquæ ouali-oblongæ, magnæ, muricatæ.

Habitat Quahunahuacæ, ubi uulgo *Petaquillas* dicitur. Floret Septembri. ♄.

Unguis. Bignonia foliis coniugatis cirrho breuissimo, arcuato, tripartito, siliquis longissimis. Fl. Mex.

Bignonia foliis coniugatis, cirrho breuissimo arcuato, tripartito.

Bignonia americana, capreolis aduneis donata siliqua longissima. Tourn. p. 164.

Calix fruticosus scandens.

Folia coniugata, ouata, acuta, glabra.

Siliquæ longissimæ, fere bipedales, planæ, glabræ.

Habitat in calidioribus Nouæ Hispaniæ regionibus ab insulis Americanis. Floret Iunio. ♄.

Macrophylla. Bignonia foliis coniugatis cum cirrho, foliolis ouatis, floribus racemosis. Fl. Mex.

Caulis fruticosus scandens glaber.

Folia coniugata, ouata, glabra.

Cirrhi longissimi indiuisi.

Racemi terminales.

Flores purpurei, elegantissimi, suaueolentes.

Habitat in calidissimi Acahuizotlæ montibus. Floret Iulio. ♄.

Salicifolia. Bignonia foliis ternis oblongo-lanceolatis. Fl. Mex. Ic. 413.

Arbor procera et elegans, orgyas terdecim longitudine superans, caule tereti, infernè sulcato.

Rami nunc oppositi, nunc terni, teretes, patentes alii; alii suberecti; iuniores uirides prope apicem obtusè quadrangulares.

Folia terna, quandoque quaterna, oblongo-lanceolata, utrinque glabra membranacea; maiora é inferiora patentia, undulata, superiora suberecta, omnia ad basim tuberculo incrassato sessilia.

Pedunculi ex ultimis foliorum axillis, terminalesque, solitarii, raro bini, teretes, foliis breuiores, apicibus paulatum incrassati.

Flores lutei Stantis Bignoniæ floribus simillimi.

Calyces ut plurimum sexdentati.

Habitat in oppido Coahuayana. Floret Iannuario ♄.

G. RUELLIA.

Strepens. Ruellia foliis petiolatis, pedunculis trifloris breuibus. Ic. 112.

Ruellia foliis petiolatis, floribus uerticillatis subsessilibus. Hort. Ups. 178.

Ruellia strepens capitulis comosis. Dillen. Elth. 300. t. 249. f. 321. Sabb. Hort. 2. t. 92.

Habitat in temperatis, ac frigidis Nouæ Hispaniæ regionibus, Uirginia et Carolina. Floret Iulio. ♃.

Herba sesquidodrantalis, caule erecto, stricto, quadrangulari.

Folia opposita, ouato-lanceolata, obtusè serrata, basi ciliata.

Petioli breues ciliati.

Pedunculi axillaris, breuissimi, triflori.

Bracteæ binæ oppositæ, præter duas infra singulum florem lateralem.

Flores purpurei, foliolis calycinis lanceolatis.

Filamenta ad basim membranula connexa.

Repens. Ruellia foliis lanceolatis, acuminatis, integerrimis; floribus sessilibus, bracteis petiolatis calyce longioribus, caule repente. Burm. Ind. 135. t. 41. f. 1.

Caulis herbaceus, tetragonus, bidodrantalis, ascendens.

Flores axillares, sessiles, solitarii.

Bracteæ elipticæ petiolatæ, calyce longiores.

Flores purpureo-cœrulei.

Habitat in Mazatlami montibus et India. Floret Iunio. ⊙.

Pilosa. Ruellia foliis oppositis, ouatis, integris, ciliatis: floribus terminalibus solitariis. Suppl. p. 290.

Caulis herbaceus, dodrantalis, quadrangularis, simplex, uillosus.

Folia opposita, ouata, integerrima, ciliata, breuissime petiolata.

Flores purpurei, terminales, subsessiles, solitarii.

Bracteæ geminæ, pedicellatæ, lineari-lanceolatæ, calyce breuiores.

Habitat in umbrosis Quahunahuacæ circuitibus, et Capite Bonæ Spei. Floret Maio. ⊙.

Depressa. Ruellia foliis obouatis, petiolatis, integerrimis, caule procumbente; floribus axillaribus sessilibus. Fl. Mex. Ic. 111.

Ruellia foliis oppositis, petiolatis, obouatis, integris, caule arcte depresso. Supp. p. 290.

Herba diffusa caule in terram depresso, sesquidodrantali, hirsuto, obsoletè quadrangulari.

Folia opposita, obouata, integerrima, uillosa, breuiter petiolata.

Flores purpurei, axillaris, solitarii, sessiles.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum et in capite Bonæ Spei. Floret Augusto. ⊙.

Ciliaris. Ruellia foliis ouatis; spicis axillaribus dichothomis, bracteis lanceolatis, petiolatis. Fl. Mex.

Herba subtripedalis, caule stricto, supernè undulato.

Rami oppositi, obtusi quadrangulares, uilloso-scabriusculi.

Folia opposita, ouato, non raro lanceolata, subdentata, utrinque uillosa, petiolata.

Spicæ axillares, terminalesque, solitariæ geminæue, filiformis, foliis longiores, dichothomæ, pauciflorae.

Bracteæ lanceolatæ, petiolatæ.

Flores uiolacei, secundi; calycis lacinia superiore maiore; corollæ tubo filiformi incuruato.

Capsulæ oblongæ, obtusæ, basi attenuatæ, dissepimento ualuis contrario.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ⊙.

Amœna. Ruellia foliis lanceolatis, integerrimis petiolatis, caule erecto, suffruticoso. Fl. Mex. Ic. 414.

Suffrutex tripedalis caule tereti.

Rami oppositi, supra basim incrassati, suberecti, circa apicem quadrangulares.

Folia opposita lanceolata, supernè uillosa, infernè glabra, subalbicantia, ciliata.

Petioli teretes, tomentosi.

Pedunculi ex ultimis foliorum axillis, sulcato quadrangulares, longitudine petiolorum, subquadriflori.

Bracteæ ut plurimum senæ, oppositæ, foliis simillimæ, à medio pedunculi ad apicem sitæ.

Flores purpurei limbo fere patente, laciniis subæqualibus.

Stamina exserta.

Habitat in Coahuayanæ oppido. Floret Iannuario. ♃.

Fruticosa. Ruellia foliis ouatis integerrimis, pedunculis axillaribus solitariis. Fl. Mex. Ic. 291.

Caulis fruticosus quinquepedalis.

Rami ascendentes, teneriores, uillosi.

Folia opposita, ouata, integerrima, uillosa, margine ciliata, breuiter petiolata.

Pedunculi petiolis longiore, axillares, solitarii, decumbentes.

Flores erecti, tubulosi, fauce tubi inflata, lutea, limbo uiridi, æquali, emarginato, erecto.

Bracteæ binæ, linearis, singulis florum basibus.

Habitat in Chilpanzingi montibus. Floret Iulio. ♄.

Uiscosa. Ruellia foliis lanceolatis integerrimis; floribus ternis sessilibus. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, strictus, quadrangularis, bipedalis, uillosus.

Folia opposita, lanceolata, integerrima, uilloso-uiscosa, breuissimè petiolata.

Flores purpurei, axillares, sessiles, ut plurimum terni.

Corollæ tubus cylindricus longitudine calycis, faux uentricosa, subtus cano-depressa, labium superius erectum, bifidum, laciniis emarginatis, inferius trifidum, laciniis æqualibus, emarginatis.

Habitat in aridis Ayacapixtlæ agri. Floret Octobri. ⊙.

G. BUCHNERA.

Grandiflora. Buchnera foliis oppositis, ouato-lanceolatis, quinqueneruiis, denticulatis, sessilibus, pedunculis axillaribus, diphyllis; calyce infundibuliformi. Supp. p. 287.

Herba bipedalis radice fibrosa.

Caulis erectus, simplicissimus, strictus, scabriusculus.

Folia opposita, ouato-lanceolata, denticulata, quinqueneruia, uenoso-reticulata, scabra, erecta, sessilia.

Pedunculi axillares solitarii, uniflori, erecti, teretes, foliis dimidio breuiores.

Bracteæ binæ oppositæ, ouato-lanceolatæ, erecto-patentes, supra petioli medietatem.

Calyces tubulosi, subuentricosi, quinquedentati, decemneruati, hirsuto, scabri: tubo corollæ dimidio breuiores.

Corollæ albæ, elegantes congeneribus, grandiores, limbi laciniis subrotundis, subæqualibus.

Filamenta intra faucem corollæ subæqualia, tubo inserta, antheræ basi bifidæ.

Stylus exsertus extra faucem; stigma oblongum; acuminatum, inflexo-reflexum.

Habitat in montibus frigidiusculis Tixtlæ et America Meridionali. Floret Augusto. ⊙.

Asiatica. Buchnera foliis lineari-subulatis, integerrimis; floribus axillaribus solitariis, calycibus quinque angulatis, scabris. Fl. Mex. Ic. 116.

Buchnera foliis integerrimis, linearibus, calycibus scabris. Sys. Ueg. 478.

Calyx. Perianthium monophyllum campanulatum, obsoletè quinque dentatum, quinque angulatum, scabrum, persistens.

Corolla monopetala irregularis, tubus longitudine calycis; faux campanulata, subtus uentricosa, limbus quinquefidus, laciniis subrotundis; inferioribus tribus parum longioribus, margine lanatis.

Stamina filamenta quatuor lanata, quorum duo breuiora fauci corollæ inserta, in labium superius reclinata. Antheræ oblongæ.

Pistillum. Germen subrotundum stylus filiformis, staminibus longior; stigma oblongum, bilamellatum, inflexum.

Pericarpium. Capsula subrotunda bilocularis, quadriualuis, apice dehiscens.

Semina plurima subrotunda.

Herba bipedalis.

Rami alterni, erecti, obtusè quadrangulares, scabri.

Folia alterna lineari-subulata, integerrima, scabra, deflexa.

Pedunculi axillares, solitarii, filiformis, uniflori.

Flores uiolacei, elegantes, inodori.

Habitat in frigidis Sancti Augustini montibus prope Mexicum, Sina et Zeylam. Floret Septembri. ⊙.

G. ERINUS.

Portulacaster. Erinus foliis oppositis obouatis, integerrimis, floribus axillaribus solitariis, caule repente. Fl. Mex. Ic. 152.

Calyx. Perianthium heptaphyllum foliolis duobus extimis, intimisque duobus linearibus, reliquis intermediis, ouatis, acutis, erectis, persistentibus.

Corolla subcampanulata, tubus calyce parum longior; limbus quinquefidus laciniis subrotundis, subæqualibus emarginatis.

Stamina. Filamenta quatuor, tubo corollæ inserta quorum duo opposita parum longiora, antheræ sagitatæ.

Pistillum. Germen ouatum stylus filiformis longitudine staminum, stigma capitato emarginatum.

Pericarpium. Capsula ouata, calyce texta bilocularis biualuis.

Semina plurima subrotunda.

Herba dodrantalis caule procumbente, in terram depressa.

Radix fibrosa, ramosa.

Rami teretes, repentes, geniculati, glabri, succulenti.

Folia opposita, obouata, succulenta, eneruia, auemia, integerrima, glabra, sessilia.

Pedunculi axillares bistriati, compressi, solitari, uniflori.

Flores albi inodori.

Habitat in riuulorum marginibus, humidisque prope mexicum pratis. Floret Octobri. ⊙.

Uulgo dicitur *Quiebraplatos*.

Humilis. Erinus foliis ouatis, serratis, floribus axillaribus, solitariis, caule procumbente. Fl. Mex. Ic. 109.

Calyx. Perianthium pentaphyllum, foliolis tribus extimis lanceolatis, intimis duobus linearibus, erectis, persistentibus.

Corolla monopetala inæqualis, tubus ouato-cylindricus longitudine calycis, reflexus, faux depresa, limbus quadrifidus, lacinia superiore maiore, emarginata, reflexa, lateralibus patentibus rotundatis, infima recta, tridentata.

Stamina. Filamenta quatuor breuissima infra tubum corollæ, quorum duo opposita paulo longiora. Antheræ paruæ simplices, subrotundæ.

Pistillum. Germen subouatum; stylus filiformis longitudine staminum, stigma truncato-capitatum.

Pericarpium. Capsula ouata, calyce obulata, bilocularis, biualuis, bifariam dehiscens.

Semina plurima, parua, oblonga.

Herba procumbens caule spithamam longo bifurcato, glabro, ramis consimilibus.

Folia opposita, ouata, serrata, subsessilia.

Pedunculi axillares, filiformes, solitarii, uniflori.

Flores lutei, parui, inodori.

Habitat in Sancti Angeli montibus et Ayacapixtla. Floret Septembri. ⊙.

G. ANTIRRHINUM.

Elatine? Antirrhinum foliis hastatis, alternis, caulibus procumbentibus. Œd. Fl. Dan. t. 426. Ic. 384.

Antirrhinum caule procumbente foliis hastatis, imis conuigatis; superioribus alternis. Hall. Helu. n. 340.

Habitat in Europa et Mexici, ubi uulgo dicitur *Trompetilla*. Floret Iunio. ⊙.

Maius. Antirrhinum corollis ecaudatis; floribus spicatis, calycibus rotundatis Riuin. t. 82. Knorr. Del 1. t. L. 12.

Antirrhinum foliis lanceolatis, petiolatis, calycibus breuissimis, racemo terminali. Royen. Lugdb. 294.

Habitat in hortis Mexicanis, plurimisque Europæ locis. Floret Iunio. ♂.

Obseruatio. Uariat caule recto, diffuso uirgatoque, foliis ouatis latioribus et angustioribus, lanceolatisque.

Uniflorum. Antirrhinum foliis omnibus oppositis, oualibus, oblicuis, serratis; pedunculis axillaribus, solitariis. Fl. Mex. Ic. 289.

Caulis herbaceus, spithameus, teres, coloratus, glaber, subindiuisus.

Folia opposita, petiolata, eliptica, oblicua, serrata, uillosa, in petiolum attenuata.

Pedunculi axillares uniflori petiolis longiores.

Flores purpureis, horizontales, tubo subarcuato, depresso, patulo.

Habitat in Chilpantzingi montibus. Floret Iulio. ⊙.

Maculatum. Antirrhinum foliis oppositis, ouatis, serratis, pedunculis axillaribus solitariis, calcari obtuso breuissimo. Fl. Mex. Ic. 344.

Caulis herbaceus dodrantalis, simplex, teres, rubeo, uillosus.

Folia opposita, ouata, acuta, serrata, uillosa, breuissimè petiolata.

Pedunculi axillares, solitarii, erecti.

Flores incumbentes, extus uillosi, intus roseo maculati, fauce aperta; nectario breuissimo obtuso.

Habitat in umbrosis Ayahualtempæ montibus. Floret Septembri. ⊙.

G. PEDICULARIS.

Incarnata. Pedicularis caule simplici, foliis pinnatis, serratis, calycibus rotundatis, glabris, corollis galea uncinata, acuta. Pallas. It. 2. p. 404. Iacq. Austr. t. 140.

Pedicularis foliis pinnatis; pinnis dentatis, floribus rostratis spicatis, calycibus tomentosis, Hall. Helu n. 319. secund. Iacq.

Herba sexquipedalis caule erecto, simplici, tereti, læui, glabro.

Folia radicalia pinnata, foliolis pinnatifidis, serratis; caulina pinnatifida laciniis serratis.

Spica terminalis, nuda.

Calyces semiglobosi, glabri, quinquedentatis.

Corollæ albo-rubentes, galea arcuata, uncinata, acutissima.

Habitat ad margines riuulorum Sancti Augustini, prope Mexicum, in Siberia, Austria et Heluetia. Floret Octobri. ⊙.

G. MIMULUS.

Luteus. Mimulus foliis subrotundis quinqueneruiis, caule repente. Fl. Mex.

Mimulus repens foliis ouatis.

Gratiola foliis subrotundis, neruosis, floribus luteis. Few. Peru. 2. p. 745. t. 34.

Herba procumbens, caule ramisque repentibus, undique diffusis, sesquidodrantalibus, teretibus, glabris.

Folia opposita, subrotunda, dentata, quinqueneruia, utrinque glabra, subsessilia.

Pedunculi axillares solitarii, uniflori, filiformes, glabri, folia subæquantes.

Flores lutei insipidi, inodori, ut tota planta.

Habitat passim ad margines riuulorum Nouæ Hispaniæ et in Peruuia. Floret toto anno. ⊙.

Alatus. Mimulus foliis lanceolatis amplexicaulibus; pedunculis axillaribus multifloris. Fl. Mex.

Herba bipedalis caule simplici ascendentes, tetragono, alato, glaberrimo.

Folia opposita, amplexicaulia, lanceolata, serrata, utrinque glabra.

Pedunculi axillares, tetragoni, subquadriflori.

Flores lutei, Mimulo Luteo simillimi.

Bracteæ lineares, acutæ.

Habitat in temperatis Uruapæ Michoacanensis montibus ad margines riuulorum. Floret Septembri. ⊙.

G. CHELONE.

Pentstemon. Chelone foliis imis ouatis, acuminatis, superioribus lanceolatis, amplexicaulibus, integerrimis, paniculis axillaribus, dichotomis. Fl. Mex. Ic. 114-115.

Chelone foliis amplexicaulibus, panicula dichothoma.

Chelone foliis inferioribus ouatis, acuminatis, integerrimis, superioribus amplexicaulibus, lanceolatis, dentatis, corollis patentibus, bilabiatis. Ard. Sp. 14. t. 5.

Suffrutex bipedalis, ramis uirgatis, teretibus, glabris, fusco-rubentibus, subindiuisis.

Folia opposita; inferiora ouato-acuminata; superiora lanceolata, amplexicaulia; integerrima, glabra.

Paniculæ axillares, dichothomæ, pauciflora.

Flores uiolacei, nutantes, faucibus corollarum oblongis, uentricosis, ore patente.

Filamentum quintum inter duo superiora sterile, apice latius, barbatum, sublabio superiore reclinatum.

Habitat in frigidis Sancti Angeli montibus prope Mexicum et Uirginia. Floret Septembri. ♃.

Obseruatio. Uariat foliis omnibus serratis.

G. MARTYNIA.

Annua. Martynia caule ramoso, foliis cordatis, subtrilobis. Fl. Mex. Ic. 117.

Martynia caule ramoso, foliis integerrimis, angulatis. Sabb. Hort. 2. t. 91.

Martynia caule ramoso; foliis cordato-ouatis, pilosis. Mill. Ic. t. 286.

Herba bipedalis radice fibrosa.

Caulis teres, erectius, in annis, pubescens-uiscosus.

Rami oppositi, erecto-patentes, cauli simillimi.

Folia opposita, cordata, subtriflora, raro integerrima, uenoso-rugosa, uilloso-uiscosa, ampla.

Petioli longitudine foliorum, teretes, fibulosi, uiscosi.

Pedunculi axillares subtriflori, petiolis breuiores, illisque similes.

Flores purpurei, elegantissimi, ambrosiaci.

Habitat in temperatis et calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Iunio. ⊙.

Uulgo *Unguis Diaboli uel Uacculæ* dicitur.

G. CORNUTIA.

Pentaphylla. Cornutia foliis quinatis, foliolis lanceolatis. Fl. Mex.

Arbor quinque orgyas longa.

Rami oppositi, tuberculis gemmaceis scabri.

Folia opposita quinata; foliolis lanceolatis, integerrimis, glabris.

Racemi corymbosi ex superioribus foliorum axillis.

Bracteæ lineares.

Flores cœrulei, odoratissimi.

Stylus uix staminibus longior.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Maio. ♄.

Ternata. Cornutia foliis ternatis, ouali-oblongis. Fl. Mex. Ic. 218.

Arbor elegans, uigintipedalis.

Rami numerosissimi, brachiati; terminales, uel potius uiniores, ferrugineo-tomentosi.

Folia opposita ternata, eliptico-oblonga, integerrima, supernè uillosa, subtus tomentosa, scariosa, intermedio maiore.

Petioli teretes basi incrassati.

Racemi axillares dichothomi pedicellis subtrifloris.

Flores uiolacei, primario in ramosum bifurcatione solitario, basi globosi.

Semina subrotunda emarginata.

Habitat in calidis Quahunahuacæ circuitibus. Floret Maio. ♄.

Uulgo adpellatur *Mate;* nomem plurimus plantis fructu subrotundo, inter Indigenas comunne.

G. CYTHAREXYLUM.

Quadrangulare. Cytharexylum ramis tetragonis, spicis terminalibus. Fl. Mex. Ic. 417.

Cytharexylum ramis tetragonis. Sis Ueg. 472. Iacq. Amer. 186. Hort. t. 22.

Arbuscula duodecimpedalis.

Rami brachiati, diffusi; iuniores acutè tetragonis, glabri, nutantes.

Folia opposita obouata, acuta, integerrima, glabra.

Petioli breues canaliculati.

Spicæ terminales filiformes, longissimæ, laxæ, nudæ, pendulæ.

Flores albi, parui, insipidi, inodorique.

Calyces subdenticulati.

Pedicelli breuissimi.

Baccæ globosæ, coccineæ, Pisi magnitudine.

Habitat in montibus Patzquaro uicinis, Martinica et Coahuayana, ubi uulgo *Chachalaca* dicitur, quia illam expetunt, ita cognominati Phasiani.

Obseruatio. Uariat floribus uiolaceis.

Racemosum. Cytharexylum ramis tetragonis, calycibus dentatis; racemis axillaribus. Fl. Mex. Ic. 418.

Frutex octopedalis.

Rami oppositi; crassiores, teretes; uiniores tetragoni, fusco-rubentes; glabri, geniculati.

Folia opposita, oualia, integerrima, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Racemi axillares simplicis, pauciflori, foliis breuiores.

Flores albi, laciniis supernè rubro-striatis, calycibus dentatis.

Habitat in hæreditate Paranques prope Salmanticam. Floret Iulio. ⊙.

G. BESTERIA.

Cristata. Besteria pedunculi simplicibus, solitariis, calycibus serrato-cristatis. Sis Ueg. 468. Ic. 254.

Besteria pedunculis simplicibus, solitariis, inuolucris pentaphyllis, propiis. Iacq. Amer. 188. t. 119.

Radix repens.

Caulis suffruticosus, teres, radicando scandens.

Folia opposita, eliptica, acuta, serrata, uenis alternis subtus prominentibus obliquè striata, breuissimi petiolata.

Pedunculi axillares solitarii apice incrassati.

Flores atro-purpurei.

Stamina stylique spiraliter complicata.

Habitat in Mazatlami montibus aliisque calidioris Americæ utriusque regionibus. Floret Iunio. ♃.

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA SILICULOSA.

G. CLIPEOLA.

Mexicana. Clipeola siliculis orbiculatis, bilocularibus, dispermis, foliis lanceolatis, incisis, glabris. Fl. Mex.

Herba sesquipedalis caule erecto, stricto, terete, glabro.

Rami alterni, erecto-patentes, cauli similes.

Folia alterna, lanceolata, obtusiuscula, profundè inæqualiter dentata, utrinque glabra, sessilia.

Racemi terminales simplices.

Flores albi petalis uix calycem subæquantibus.

Staminæ dentula.

Siliculæ subrutundæ, subinflatæ, emarginatæ.

Habitat passim in temperatis, ad frigidis totuis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Maio. ⊙. Uariat foliis inferioribus pinnatis, foliolis obliquis intus incisis, impari obouato utrinque inciso.

Obseruatio. In temperatioribus locis uariat floribus diandris.

Proprietas. Inter meliora antiscorbutica numerandam credimus.

G. COCLEARIA.

Coronopus. Coclearia foliis pinnatifidis, caule depresso. Fl. Dan. t. 202.

Ambrosia campestris repens. C. B. P. 138.

Nasturtium syluestre capsulis cristatis. Tourn. p. 214.

Habitat in Mexici circuitibus plurimisque Europæ locis. Floret Iulio. ⊙.

G. LEPIDIUM.

Latifolium. Lepidium foliis ouato-lanceolatis, integris, serratis. Fl. Dan. t. 557.

Lepidium latifolium. C. B. P. 97. Tourn p. 116.

Habitat in plerisque Europæ prouinciis; uiget hodie in Regio Horto Mexicano. ♄.

Proprietas. Acris et diuretica planta easdem in scorbuticis, adfectionibus, ac Cochlearia Officinalis, exserit uires.

SILIQUOSA.

G. CHEIRANTHUS.

Cheiri. Cheiranthus foliis lanceolatis, acutis, glabris, ramis angulatis; caule fruticoso. Mat. Med. 186. Hort. Cliff. 334.

Leucoium foliis glabris lanceolatis, integerrimis, Hall. Helu. n. 449.

Habitat in Europa et plerisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret toto Uere et Autumno. ♄. ♃.

Proprietas. Floret neruini, fragrantes, anodyni, expellentes et emenagogi.

Incanus. Cheiranthus foliis lanceolatis, integerrimis, obtusis, incanis; siliquis apice truncatis, compresis, caule sufruticoso. Hort. Cliff. 334.

Leucoium incano folio hortense C. B. P. 200. n. 1. 2. 4. 5. 6. 7.

Habitat cum præcedenti. ♃.

G. HESPERIS.

Matronalis. Hesperis caule simplici, erecto; foliis ouato-lanceolatis, denticulatis; petalis mucrone emarginatis. Smel. Sib. 2. p. 259. n. 18. t. 58.

Hesperis hortensis. C. B. P. 202. Tourn. p. 222.

Habitat in plerisque Europæ locis et Mexici circuitibus. Floret Iulio. ⊙.

G. ARABIS.

Pinnata. Arabis foliis pinnatis, foliolis subrotundis, dentatis, caule herbaceo. Fl. Mex.

Habitat ad margines riuulorum Quahunahuacensium. Floret Aprili. ⊙.

G. BRASSICA.

Napus. Brassica radice caulescente fusiformi. Royen. Lugdb. 344.

Napus syluestris, C. B. P. Bahuin Hist. 2. p. 843. Tourn. p. 229.

Habitat in Europa et Noua Hispania. ♂.

Proprietas. Radix diluente, diuretica et aphrodisiaca uirtute pollet, propinatur in aphtis, rhagadibus, asthmate, tussi, stranguria, calculo et doloribus colicis.

Oleracea. Brassica radice caulescente, tereti, carnosa. Royen Lugdb. 343. Pallas. It. p. 78.

Brassica (oleracea syluestris) maritima, arborea, seu procerior ramossa. Moriss. Hist. 2. p. 208. Rai. Hist. 796. Tourn. p. 220.

Habitat in Europæ et Nouæ Hispaniæ hortis. ♂

Proprietas. Tum species hæc, tum eius uarietas *rubra* Brassica nuncupata antiscorbutica, pectoralisque censetur. Folia assa, aleoque imbuta, sifronti et temporibus adplicentur cephalalgiam leuant, et clauo hypocondriaco medentur.

Chinensis. Brassica foliis oualibus, subintegerrimis, floralibus, amplexicaulibus, lanceolatis; calycibus unque petalorum longioribus. Amœn. Acad. 4. p. 281. Act. Petrop. 1761. p. 331.

Habitat in China et Noua Hispania. ♃.

Eruca. Brassica foliis lyratis, caule hirsuto; siliquis glabris. Hort. Ups. 190. Mat. Med. 187.

Sisymbrium foliis pinnatifidis, laciniis exterioribus, maioribus, caule hirsuto. Hort. Cliff. 337.

Habitat in Europæ et Nouæ Hispaniæ agris. ⊙.

Proprietas. Semen acerrinum, incidens, aphrodisiacum et sialagogum. In Apoplexia et linguæ paralysi adhibetar.

G. RAPHANUS.

Satiuus. Raphanus siliquis teretibus, torosis, bilocularibus. Mat. Med. 188. Hort. Ups. 188.

Raphanus minor oblongus. C. B. P. 96. Tournef. p. 229.

Habitat in Europæ et Nouæ Hispaniæ hortis. ⊙.

Proprietas. Antiscorbutica et diuretica uirtute pollet, succus expressus saccharo edulcoratus, urinam excitando, Icterum maximè leuat.

Raphanistrum. Raphanus siliquis teretibus, articulatis, læuibus, unilocularibus Hall. Helu. n. 468. Liun. Differt de Raphanistro.

Rapistrum flore albo, siliqua articulata. C.B.P. 95.

Habitat in Europa et Noua Hispania. ⊙.

Proprietas. Iisdem, imo potentioribus, ac præcedens gaudet uiribus.

G. CLEOME.

Pentaphylla. Cleome floribus gynandris, foliis quinnatis, caule inermi. Iacq. Hort. t. 24. Ic. 383.

Sinapistrum Indicum pentaphyllum flore carneo, minus non spinorum. Herm. Lugdb. 564. Tourn. p. 231.

Habitat in calidis temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Nouembris. ⊙.

Gigantea. Cleome floribus hexandris, foliis septemnatis, caule inermi. Iacq. Obs. 4. p. 1. t. 76. Ic. 118.

Herba tripedalis, caule erecto, tereti, pubescente, supernè in ramos simplices floriferos diuiso.

Folia alterna, septemnata, foliolis lanceolatis, integerrimis, glabris, longè petiolata.

Racemi terminales, simplices, elongati, bracteis destituti.

Flores uiolacei, elegantissimi.

Stamina basi germinis adnata.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis et Guinea. Floret Septembri. ♄.

Ornithopodioides. Cleome floribus hexandris, foliis ternatis; foliolis ouali-lanceolatis.

Cleome floribus hexandris, genitalibus declinatis; siliquis teretibus, torosis. Hort. Cliff. 341.

Herba bipedalis caule tereti, glabro.

Folia alterna, ternata, foliolis ouali-lanceolatis, uillosis.

Pedunculi axillares filiformes, solitarii, longitudine foliorum.

Flores albi hexandri.

Habitat in calidis Tepalcatepeci et Coahuayanæ montibus. Floret Iannuario. ⊙.

G. SISYMBRIUM.

Sophia. Sisymbrium petalis calyce minoribus, foliis decomposito pinnatis. Mat. Med. 185. Fl. Dan. t. 528.

Sisymbrium corolla calyce minore, foliis multifidis linearibus. Roy. Lugdb. 341.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Proprietas. Acre, adstringens et anthelminticum. In calculo, et passione histerica usurpatur.

Indicum. Sisymbrium foliis lanceolatis, subserratis, infimis petiolatis, summis amplexicaulibus, siliquis arquatis. Fl. Mex.

Sisymbrium foliis lanceolato-ouatis, serratis, petiolatis, siliquis subarcuatis. Burm. Ind. 140.

Herba bipedalis caule erecto, striato-angulato, glabro, prope basi subramoso.

Folia alterna, lanceolata, subserrata, glabra, infima petiolata; superiora amplexicaulia.

Racemi axillares, terminalesque, simplices, foliis longiores.

Flores decolores, parui, petalis uix calyce longioribus.

Siliquæ teretes, arcuatæ.

Habitat in Sancti Angeli circuitibus prope Mexicum et in India. Floret Angusto. ⊙.

G. SINAPIS.

Aruensis. Sinapis siliquis multangulis, toroso-turgidis, rostro ancipite longiore. Hall. Helu. 467. Fl. Dan. t. 678 et 753.

Raphanistrum segetum flore luteo, uel pallido. Tourn. p. 230.

Habitat in Nouæ Hispaniæ et Europæ agris passim. Floret toto fere anno. ⊙.

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA PENTANDRIA.

G. WALTHERIA.

Americana. Waltheria foliis infimis ouatis, superioribus elipticis, dentatis, tomentosis, capitulis pedunculatis. Fl. Mex.

Walteria foliis oualibus plicatis serrato-dentatis, tomentosis, capitulis peduncunlatis.

Monospermalthaca arborescens, uillosa, folio maiore. Isnard. Act. 1721. p. 362. t. 14.

Frutex quadripedalis, ramis erectis, uirgatis, fere indiuisis, teretibus, tomentosis.

Folia alterna; maiora ouata; minora eliptica, dentata, subrugosa, utrinque tomentosa, breuiter petiolata.

Pedunculi axillaris, capitati, subtrifidi, uix petiolis longiores.

Flores lutei, parui, insipidi, inodori.

Habitat in calidis siccisque Nouæ Hispaniæ locis, Bahama, Berbie et Surinam. Floret Octobri. ♄.

Indica. Waltheria foliis ouatis, serratis, plicatis; capitulis sessilibus. Royen Lugdb. 348.

Melochia foliis oblongis, obtusis, serratis, tomentosis, floribus confertis. Hort. Cliff. 343.

Habitat in calidioribus Nouæ Hispaniæ regionibus. ♄.

Uix ab Americana, nici capitulis sessilibus differt.

G. HERMANIA.

Bisserrata. Hermania foliis ouatis, lanceolatis, inæqualiter serratis, floribus solitariis, cernuis. Fl. Mex.

Hermania foliis ouatis, lanceolatis, inæqualibus, serratis, glabris, floribus cernuis. Suppl. p. 302.

Frutex octopedalis.

Rami alterni, teretis, terminales, tomentosi.

Folia alterna, ouata, subtriloba, lanceolata, serrata, uillosa, inæqualia, breuissimè petiolata.

Stipulæ lineares reuolutæ.

Flores axillares solitarii, cernui, coccinei, breuiter pedunculati.

Habitat in Chilpantzingi montibus et Capitæ Bonæ Spei. Floret Iunio. ♄.

Corymbosa. Hermania foliis ouatis, acuminatis, serratis, subtus tomentosis, racemis terminalibus corymbosis. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis.

Racemi alterni, suberecti, teretes, iuniores ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna, ouata, acuminata, inæqualiter serrata, supernè uillosa, subtus tomentosa.

Petioli breuissimi, ferrugineo-tomentosi.

Racemi terminales compositi, pedicellis corymbosis.

Flores coccinei, erecti, petalis uix calyce longioribus.

Habitat prope Tepalcatepec in Michoacanensi Prouincia. Floret Decembri. ♄.

G. MELOCHIA.

Pyramidata. Melochia floribus umbellatis, capsulis pyramidatis, pentagonis, angulis mucronatis, foliis nudis. Sis. Ueg. 510.

Melochia Dominicensis. Iacq. Amer. 198. Hort. t. 30?

Caulis fruticosus bipedalis.

Rami uirgati.

Folia alterna, ouata, serrata, subplicata, glabra, breuiter petiolata.

Pedunculi oppositifolii, umbellati.

Flores incarnati.

Habitat in hortis Quahunahuacensibus et in Brasilia. Floret Maio. ♄.

Rotundifolia. Melochia corymbis terminalibus capsulis pyramidatis, sessilibus, foliis subrotundatis. Fl. Mex. Ic. 296.

Arbuscula tres orgyas longa.

Rami alterni, scabriusculi, terminales, inermes, uillosi.

Folia alterna, subrotunda, serrata, subtus tomentosa.

Petioli teretes.

Stipulæ subulatæ.

Corymbi terminales trifidi.

Bracteæ setaceæ.

Flores albi, petalis ouatis, integerrimis.

Stamina decem, alternis, sessilibus.

Styli quinque, connexi.

Capsulæ pyramidatæ sessiles.

Habitat in Chilpantzingi montibus. Floret Iulio. ♄.

Conglobata. Melochia foliis subcordatis, acutissimis, serratis, floribus axillaribus confertis; capsulis subrotundis, inermibus. Fl. Mex. Ic. 354.

Frutex quinquepedalis, ramis uirgatis, decumbentibus, uillosis.

Folia alterna, subcordata, acutissima, serrata, utrinque uillosa, breuissimè petiolata.

Stipulæ semicordatæ, patens, deciduæ.

Flores rosei, axillares, conferti, parui, sessiles.

Capsulæ subrotundæ, quinque angulares, inermes, calycibus longioribus contentæ.

Habitat in calidis Mazatlami circuitibus. Floret Octobri. ♄.

DECANDRIA.

G. CONNARUS.

Simplicifolius. Connarus foliis cordatis, simplicibus, serratis. Fl. Mex.

Suffrutex quadripedalis Melochiæ facie.

Rami alterni, teretes, pubescentes.

Folia alterna, cordata, acuminata, serrata, raro subtriloba, petiolata.

Racemi axillares lateralesque, breuissimi, subquinqueflori.

Foliola calycina linearia, glabra, pallide lutea, petalis longiora.

Flores lutei.

Habitat in Chilapæ montibus. Floret Augusto. ♄.

G. GERANIUM.

Inquinans. Geranium calycibus monophyllis, foliis orbiculato reniformibus, tomentosis, crenatis, integriusculis, caule fruticoso.

Geranium Africanum arborescens.

Maluæ foliis pingui, flore coccineo. Dill. Elth. 151. t. 125. f. 151. 152.

Habitat in hortis Mexicanis et Africa. ♄.

Mexicani Maluam Sinensem adpellant.

Alchimiloides. Geranium calycibus monophyllis folliis orbiculatis, palmatis, incisis, pilosis, caule herbaceo, decumbente, Royen. Lugdb. 354. Burm. Geran. 55.

Geranium calycibus monophyllis, longissimis, sessilibus; fructu assurgente; foliis palmatis, crenatis. Hort. Cliff. 345.

Tlatlauhcapatli. Hern. Mex. 293.

Habitat Mexici et in Africa. ♃.

Proprietas. Refrigerat et adstringit, dentes firmat, et roborata illorumque dolorem ablutionem, sedat, quibuslibet, ulceribus medetur, opitulatur dissenteriis, alliisque fluxibus et oculorum inflamationibus. Hern. l. c.

Grossularioides. Geranium calycibus monophyllis foliis cordatis, subrotundis, lineatis, incisis, crenatis, caule herbaceo. Fl. Mex.

Geranium calycibus monophyllis, foliis cordatis, subrotundis, lobatis, crenatis, caule herbaceo, læui Burm. Geran. 53.

Oxygenarium Mexicanum. Hernand. Mex. 293.

Habitat cum præcedenti. Floret Iulio. ♃.

Proprietas. Certat uiribus cum Geranio alchimiloide, eisdemque mortis conferre, ac indiscriminatim propinari coniicitur, ex Hernandio, qui radice tantum distinctas esse plantas ait, quas cœterum congeneres indicauit.

Cicutarium. Geranium pedunculis multifloris; floribus pentandris, foliis pinnatis, incisis, obtusis, caule ramoso. Burm. Geran. 33. Gor. Illustr. p. 46.

Geranium caule procumbente, petiolis multifloris, foliis duplicato-pinnatis, pinnis acutè incisis. Hall. Helu. n. 944.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃.

Sibiricum. Geranium pedunculis subifloris, foliis quinquepartitis, acutis, foliolis pinnatifidis. Burm. Geran. 3. Gmel. Sib. 3. t. 67. Iacq. Hort. t. 19.

Habitat prope Guanaxuatum et in Siberia. Floret Iulio. ⊙.

POLYANDRIA.

G. BOMBAX.

Ceiba. Bombax floribus polyandris, foliis quinatis.

Bombax quinnatum. Iacq. Amer. 192. t. 176. f. 71.

Gossypium arboreum, caule spinoso. C. B. P. 430.

Xylon arboreum, caule spinoso. Tourn. p. 101.

Arbor excelsa frondosaque trunco ramisque aculeatis.

Rami alterni, erecto-patentes, teretes, glabri, albicantes.

Folia digitata, foliolis quinque, ouato-oblongis, integerrimis, subscariosis, margine membranaceis, uenis transuersè lineatis, glabris.

Petioli longi, teretes, basi clauati, supernè sulcati.

Aculei numerosissimi, inordinati, conici, breues, patens.

Racemi terminales.

Flores albi, elegantes, monopetali, infundibuliformes, quinquefidi, poliandri.

Habitat in omnibus fere calidis Nouæ Hispaniæ montibus et India. Floret Septembri. ♄.

Hectaphyllum. Bombax floribus poliandris, foliis septemnatis. Bombax septenatum. Iacq. Amer. 193.

Gossypium, seu Xylon Arbor Orientalis, digitatis, foliis læuibus, alba, nitente lanugine. Pluk. Alm. 172. t. 188. f. 4.

Moul-elauon. Rheed. Abalab. 3. p. 61. t. 52. Rai. Hist. 1799.

Arbor procera, frondosissimaque, undique aculeata.

Rami alterni, patentes, teretes, glabri.

Folia alterna, digitata, foliolis septem, lanceolato-oblongis, integerrimis, glabris.

Petiolii longissimi, teretes, basi incrassati.

Aculei conici, breues, numerosissimi, inordinati, obtusiusculi.

Racemi terminales.

Flores albi, elegantes, monopetalis, infundibuliformes, poliandri.

Capsulæ ouato-oblongæ.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

Gossypinum. Bombax floribus poliandris, foliis quinquelobis acuminatis. Fl. Mex. Ic. 400.

Bombax foliis quinquelobis, acuminatis, subtus tomentosis. Sys. Ueg. 517.

Ketmia foliis quinquefido, subtus candicante, flore flauescente, semine tomentoso. Burm. Zeyl. 136. R.

Arbuscula uigintipedalis, ramis alternis, suberectis, teretibus, tomento-scabriusculis.

Folia alterna, cordato-quinquelobata, lobis oblongis, serratis, acuminatis, supernè glaberrimis, subtus tomento leuissimo, fere albicanti.

Petioli longissimi, patentes.

Racemi terminales, compositi.

Flores lutei, magni, elegantes.

Calyces pentaphylli, foliolis duobus exterioribus breuioribus, subouatis, concauis, coloratis.

Petala obcordata magna.

Staminia filamenta numerosa libera.

Pistillum staminibus longuis, apice inflexum, stigmate obtuso.

Habitat in calidiore America. Floret Nouembri. ♄

G. SIDA.

Spinosa. Sida foliis cordato-oblongis, serratis, stipulis setaceis, axillis subspinosis. Fl. Zeyl. 254. Rumph. Amb. 6. t. 18.

Alcalea carpinifoliis Americana frutescens, flosculis luteis, semine duplici rostro. Comm. Hort. 1. p. 3. t. 2.

Caulis suffructicosus, sesquipedalis, teres, glaber.

Folia cordato-oblonga, inæqualiter serrata, glabra.

Petioli breues, basi et apice incrassati.

Stipulæ subulatæ, glandulosis, rigidis, subspinosis ad basim.

Pedunculi axillares, solitarii, geniculati, petiolo paulo longiores.

Flores lutei, uix calycibus longiores.

Axilli plurimi mutici.

Habitat in India et agris Ayahualtempæ. Floret Augusto. ♃.

Alba. Sida foliis cordatis, subrotundis, stipulis setaceis, axillis subtrispinosis.

Malua bicornis sanguisorbæ, folio uilloso et glabro. Dill. Elth. 214. t. 171. f. 210.

Caulis suffruticosus, tripedalis, procumbens, subdepressus, hirsutus.

Folia cordata, subrotundo-ouata, dentata, uillosa.

Stipulæ setaceæ.

Pedunculi axillares, solitarii, filiformes, erecti, hirsuti, petiolis duplo longiores.

Flores lutei, petalis oblicuis, albo uariantes.

Capsulæ calycibus breuiores, axillis quinis, bicuspidatis.

Habitat in Chilapæ circuitibus et in India. Floret Augusto et Septembri. ♃.

Rhombifolia. Sida foliis lanceolato-rhomboidibus, serratis, axillis subspinosis. Hort. Cliff. 346. Ic. 351.

Maluinda unicornis, folio rhomboidi, perennis. Dill. Etlh. 210. t. 172. f. 212.

Caulis fruticosus, tripedalis, teres, glaber.

Rami iuniores compressi.

Folia eliptico-lanceolata, serrata, glabra, nonnulla infra medium paulo latiora, subrhomboidea, breuissimè petiolata.

Stipulæ subulatæ, erectæ, basi post lapsum subspinosa.

Pedunculi axillares filiformes, solitarii, geniculati, petiolis triplo longiores.

Flores lutei, petalis obliquis.

Capsulæ seminibus nouem unicuspidatis, calycibus breuiores.

Habitat in Chilapæ montibus ubi Mexicano idiomate dicitur Axocatzin. Floret Augusto. ♄.

Ciliaris. Sida foliis imis oualibus, summis oblongis, retusis, dentatis, stipulis linearibus, ciliatis, floribus terminalibus confertis. Fl. Mex.

Sida foliis oualibus, retusis, serratis, stipulis linearibus, ciliatis, seminibus muricatis. Amœn. Acad. 5. p. 401.

Malua minima supina, foliis oblongis, serratis, pedunculis unifloris, monophyllis, calyce exteriore remoto, foliolis augustissimis, ciliatis. Brown. Iam. 282.

Suffrutex procumbens, ramis diffusis, dodrantalibus, teretibus, supernè fusco-rubentibus, pilis fasciculis incumbentibus.

Folia infima eliptica, retusa à medio ad apicem dentata, superiora oblonga, subtus uillosa.

Petioli ciliati.

Stipulæ lineari-filiformes, ciliatæ, é basi petioli.

Flores terminales, conferti, luteo-rubentes; foliis floralibus singuli, singulis.

Capsulæ muricatæ septemloculares, subrotundæ acuminatæ, calyce breuiores.

Habitat in Temascatio, prope Guanaxuatum. Floret Iulio. ♃.

Triquetra. Sida foliis cordatis, serratis, subtomentosis, ramis triquetris. Iacq. Hort. t. 118.

Sida (trisulcata) ramis trisulcatis. Iam. Am. 195.

Caulis suffruticosus quinquepedalis, triqueter, sulcatus, tomentoso-uiscosus.

Folia cordata, acuta, crenata, mollisima, subtomentosa.

Stipulæ subulatæ.

Pedunculi axillares uniflori.

Petala lutea, basi purpurea.

Stylus quinquefidus.

Capsulæ oblongæ, quinqueangulares, quinqueloculares.

Calyx reuolutus à floris decidentia, usque ac fructus maturitatem.

Habitat in utraque America. ♄.

Mexicane Tlacoaxalaltli.

Iamaicensis. Sida foliis ouatis, serratis, tomentosis floribus axillaribus subpedunculatis; seminibus quinis bicornibus. Amœn. Acad. 5. p. 401.

Sida humilior foliis ouatis, serratis, distichisitis,

petiolis et pedunculis breuioribus, ramulis floriferis, foliolatis, alaribus. Brown. Iam. 280.

Caulis fruticosus bidodrantalis, uirgatus.

Rami teretes, pubescentes.

Folia ouata, serrata, basi alternata, uillosa.

Flores lutei, axillares, conferti, subpedunculati.

Semina quina birostrata.

Habitat Quahunahuacæ, calidisque aliis Nouæ Hispaniæ locis et in Iamaica. Floret Iunio. ♄.

Uiscosa. Sida foliis cordatis, acuminatis, serratis, uillosis, floribus axillaribus, solitariis, capsulis quinquelocularibus depressis. Fl. Mex.

Sida foliis cordatis, crenatis, tomentosis, floribus subsolitariis, capsulis septemlocularibus, rotundis, depressis. Amœn. Acad. 5. p. 402.

Sida uiscosa seu uillosa, foliis cordatis, acuminatis, petiolis longis, pedunculis tenuibus, solitariis. Brown. Iam. 280.

Frutex tripedalis.

Rami alterni, suberecti, teretes, uillosi.

Folia alterna, cordata, acuminata, serrata, utrinque uillosa.

Stipulæ setaceæ, erectæ.

Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, filiformes, petiolis multo breuiores.

Flores lutei.

Capsulæ quinqueangulares, quinqueloculares, depressæ, calycibus breuiores.

Habitat Quahunahuacæ, et in Iamaica. Floret Nouembri. ♄.

Cordifolia. Sida foliis cordatis, angulato-sublobatis, serratis, uillosis, capsulis septemlocularibus, calycibus longioribus. Fl. Mex.

Sida foliis cordatis, subangulatis-serratis, uillosis. Mill. Dict. n. 8.

Malua bicorniis Ballotes foliis molli. Dill. Elth. 211. t. 171. f. 209.

Caulis suffruticosus quinquepedalis, ramis teretibus tomentosis.

Folia cordata, acuta, angulata, apice subtriloba, serrata, mollissima.

Stipulæ setaceæ erectæ.

Pedunculi laterales, axillares, terminalesque, filiformis, apice incrassati, geniculati, petiolis longiores, subflori.

Capsulæ septemloculares. Flores lutei.

Habitat in Quahunahuacæ agris, et Iamaica. Floret Septembri. ♃.

Abutilon. Sida foliis cordato, subrotundis, indiuisis; pedunculis foliis breuioribus, capsulis multilocularibus, corniculis bifidis. Royen Lugb. 349.

Abutilon foliis tomentosis, cordatis, petiolatis: siliquis bicornibus. Hall. Helu. n. 1075.

Caulis fruticosus, sexquiorgyalis, teres, punctis longitudinalibus haud profundè excauatus, uersus apicem densè uillosissimus.

Folia cordato-subrotunda, acuminata, subcrenata, supernè uillosa, subtus tomentosa.

Petioli teretes longissimi.

Stipulæ subrotundæ, acuminatæ, erectæ.

Pedunculi axillares in paniculam diffusam foliosam sparsi.

Calyces laciniæ inuoluto canaliculatæ, fructu protectiore.

Flores lutei.

Capsulæ decemloculares, erectæ, cylindricæ, totidem angulis undulatis, apicibus siue corniculis bifidis.

Habitat in Quahunahuacæ agris, India, Siberia et Heluetia. Floret Septembri. ♄.

Indica. Sida foliis cordatis, sublobatis, stipulis reflexis, pedunculis petiolo longioribus; capsulis multilocularibus, scabris, calyce longioribus. Amœn. Acad. 4. p. 324.

Abutilon Indiam, Comm. Hort. 2. t. 1. Bauhin. Hist. 2. p. 959. 531. Moriss. Hist. 2. p. 531. sect. 5. 5. t. 19. f. 4.

Caulis fruticosus tripedalis, infernè subcanaliculatus.

Folia cordata, apice subtriloba, denticulata, septineruia, subtomentosa.

Stipulæ reflexæ.

Pedunculi axillares petiolis longioris, quadriflori.

Flores lutei.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, et in India. Floret Martio. ♄.

Crispa. Sida foliis cordatis, acuminatis, crenatis, tomentosis, capsulis cernuis, inflatis, multilocularibus, crenatis, repandis. Loest. It. 240.

Abutilon uesicarium crispum, floribus mellinis paruis. Dill. Elth. 6. t. 5. f. 5.

Caulis suffruticosus, tripedalis, teres, uillosus.

Folia cordata, acuminata, crenata, tomentosa.

Petioli iuniorum breuissime, seniorum parum elongati.

Stipulæ subulatæ, nunc patentes, nunc reflexæ.

Pedunculi filiformes, declinati, læues.

Flores albi, paruique ante apertionem nutantes; apertiuero erecti, ex pedicelli geniculo.

Capsulæ inflatæ, globosæ, rubentes ex duodecim, adquindecim loculamentis conflatæ, hispidæ, angulisque repandis, ex articulo pedunculi persistentis deciduæ.

Semina mutica.

Habitat in Chilapæ circuitibus, Prouidentiæ Insula, Carolina et Bahama. Floret Augusto. ♃.

Anoda. Sida foliis subcordatis, subquinquelobis, pedunculis axillaribus, longissimis, solitariis, capsulis decemlocularibus, depressis, calyce breuioribus.

Herba bipedalis, caule erecto, tereti, uilloso, ramisque alternis consimilibus.

Folia subcordata in lobos quinque acutos diuisa,

intermedio longissimo, extimisque, siue inferioribus parum profundis, minoribus hastatis ad ramorum extremitatem.

Petioli supernè canaliculati.

Stipulæ setaceæ siue patentes, siue sursum reflexæ ciliatæ.

Pedunculi axillares longissimi, solitarii, patentes, teretes, apice geniculati.

Flores uiolacei.

Capsulæ decemloculares depressæ, hirsutæ, erectæ, calycibus patentibus dimidio breuiores.

Habitat Mexici, ubi Uiola dicitur. Floret Iulio. ⊙.

Pro uiola in officinis, uulgo usurpatur.

Amatlanensis. Sida foliis cordatis, indiuisis, floribus axillaribus, solitariis, capsulis decemlocularibus, caule trifurcato. Fl. Mex.

Suffrutex quadripedalis caule ramisque triangularibus, bifurcatis, glabris, hinc purpurascentibus, præcipue iuxta apicem.

Folia cordato-acuta, subdenticulata, uillosa.

Petioli hirsuti.

Stipulæ setaceæ, erectæ.

Flores axillares, solitarii, lutei, inter congeneres maximi.

Pedunculi teretes, hirsuti, petiolis triplo breuiores.

Capsulæ decemloculares, erectæ, hirsutissimæ, longitudine calycis.

Habitat in umbrosis Sanctæ Annæ Amatlam circuitibus, in Prouincia Michoacanensi. Floret Decembri. ♃.

Palmata. Sida foliis palmatis quinque lobis, dentatis, hispidis, capsulis multilocularibus, inflatis, cernuis. Fl. Mex. Ic. 123.

Herba tripedalis caule tereti, stricto, hispido.

Rami suberecti cauli similes.

Folia cordata, palmata, quinqueloba, dentata, utrinque hispida, breuiter petiolata.

Stipulæ erectæ setaceæ.

Pedunculi axillares petiolis longiores.

Flores cœruleo-uiolacei, erecti.

Capsulæ multiloculares, inflatæ, cernuæ, hispidæ.

Habitat in Xochixtlami hortis. Floret Nouembri. ⊙.

Triloba. Sida foliis cordatis, subtrilobis, serratis, tomentosis, capsulis quinquelocularibus. Fl. Mex. Ic. 412.

Frutex nouempedalis, caule tereti, scabro, tomentoso.

Rami alterni, cauli similes.

Folia alterna cordato-acuminata, subtriloba, inæqualiter serrata, subtus tomentosa.

Petioli teretes tomentosi.

Stipulæ subulatæ reflexæ.

Pedunculi axillares solitarii, terminales conferti, petiolis longiores, apice crassiores, geniculati.

Flores lutei, insipidi, inodori.

Capsulæ quinqueloculares, longitudine calyces, hemisphæricæ, decemrostratæ.

Habitat Michælopoli. Floret Maio. ♄.

Rostrata. Sida foliis sublanceolatis, serratis, glabris, pedunculis axillaribus, subternis, capsulis decemlocularibus, seminibus birostratis. Fl. Mex.

Frutex bipedalis.

Rami erecti, uirgati, teretes, glabri.

Folia sublanceolata, serrata, glabra, breuissimè petiolata.

Stipulæ subulatæ, erectæ.

Pedunculi axillares, terni aut bini, geniculati, petiolis duplo longiores.

Flores lutei.

Capsulæ decemloculares, depressæ, calyce clausæ.

Semina apice rostris binis rectis armata.

Habitat in Coahuayanæ circuitibus. Floret Septembri. ♄.

Hastata. Sida foliis hastatis, crenatis, floribus axillaribus solitariis, capsulis septemlocularibus. Fl. Mex.

Herba bipedalis caule tereti, stricto, tomentoso scabro.

Folia hastata, raro ouata, subtriloba, crenata, subtus tomentosa.

Stipulæ subulatæ erectæ.

Pedunculi axillares filiformes, uniflori, solitarii.

Capsulæ septemloculares.

Habitat in umbrosis Metepeci circuitibus, calidiosibusque aliis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Augusto. ⊙.

Quinqueloba. Sida foliis angulatis quinquelobis, pedunculis terminalibus, capsulis quinquelocularibus. Fl. Mex. Ic. 202.

Herba bipedalis, caule erecto, tereti, uilloso: ramis alternis consimilibus.

Folia quinqueangulata, quinque loba, dentata, utrinque uillosa, longissimè petiolata.

Stipulæ setaceæ, ciliatæ, persistentes.

Pedunculi terminales, subquadriflori.

Flores lutei parui.

Capsulæ quinqueloculares, calyce breuiores.

Habitat in oppido Apatzingam. Floret Octobri. ⊙.

G. MALACHRA.

Hispida. Malachra capitulis pedunculatis, triphyllis, trifloris caule hispido. Fl. Mex. Ic. 403.

Suffrutex quadripedalis, caule erecto, hispido, tereti, ramis alternis, subrubris, cauli similis.

Folia alterna, subrotundis-angulata, crenata, supernè glabra, infernè sub costis uenarum hispidiuscula.

Petioli teretes, hispidi, supernè rubentes, apice incrassati, ascendentes.

Stipulæ ad singula latera petiolorum geminæ, setaceæ; exteriores breuiores.

Pedunculi axillares breuissimi, capitati–triflori.

Flores lutei.

Habitat in Sancti Ioannis uulgo *de los Plátanos* prope Apatzingam. Floret Octobri. ♃.

G. ALCEA.

Rosea. Alcea foliis sinuato-angulosis. Mat. Med. 190. Hort. Cliff. 348. Knorr. Del. 1. t. R. 15.

Malua rosea folio subrotundo. C. B. P. 315. Fourn. p. 94. 95.

Habitat in Oriente, Noua Hispania et Europa, ♂. ♄.

Proprietas. Folia semina floresque mucilaginosa, et emmollientia, inflammationibus medentur.

G. MALUA.

Coromandeliana. Malua foliis ouato–oblongis, acutis, floribus glomeratis, axillis denistrirostratis. Fl. Mex.

Malua foliis ouato–oblongis, acutis, floribus glomeratis, axillis denistricuspidatis. Hort. Cliff. 346.

Althæa Coromandeliana, angustis prælongis foliis, semine bicorni. Pluk. Mantiss. 10.

Frutex bipedalis, teres, pilis decumbentibus obsitus, subruber.

Folia ouato–oblonga, inæqualiter serrata, supernè uillosa.

Petioli subhirsuti.

Stipulæ subulatæ, ciliatæ.

Flores axillares glomerati, breuissimè pedunculati.

Habitat in Ayahualtempæ agris. Floret Augusto. ♄.

Americana. Malua foliis cordatis, dentatis, floribus axillaribus solitariis, terminalibus spicatis. Fl. Mex.

Malua foliis cordatis, crenatis, floribus lateralibus solitariis, terminalibus spicatis, Sys. Ueget. 519. Royen. Lugdb. 359.

Althæa Americana pumila flore luteo spicato. Breyn Cent. 124. t. 57.

Suffrutex bipedalis, teres, subtomentosus.

Rami ex axillis inferioribus erecti.

Folia cordata, dentata, subtomentosa.

Pedunculi axillares solitarii, erecti, uniflori.

Spica terminalis, floribus plurimis luteis sessilibus.

Petala obcordata.

Calyx exterior foliolis tribus lineari–oblongis, longitudine interioris.

Habitat in Chilapæ agris, aliisque Americæ locis. Floret Septembri. ♃.

Rotundifolia. Malua caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis, obsoletè quinquelobis, pedunculis fructiferis declinatis. Mat. Med. 190. Knorr. Del. 2. t. m. 1. Fl. Dan. t. 721.

Malua syluestris folio rotundo. C. B. P. 314.

Habitat passim in temperatis ac frigidis Nouæ Hispaniæ locis, omnibusque Europæ prouinciis. Floret Iunio. ⊙.

Proprietas. Tota planta mucilagine fœta uirtute anodyna emolliente, ac laxante, opitulatur inflammationibus doloribus et urinis supressis.

Hispanica. Malua caule ascendente, foliis reniformibus, crenatis, uerticaulibus, calyce exteriore diphyllo. Fl. Mex.

Malua caule erecto, foliis semi orbiculatis, crenatis, calyce exteriore diphyllo.

Malua rotundifolia glabra et Hispanica, flore amplo rubello. Pluk. Alm. 238. t. 44. f. 3.

Habitat in plurimis Hispaniæ prouinciis, et in agris omnibus Mexico uicinis. Floret Augusto. ⊙.

Crispa. Malua caule erecto, foliis angulatis crispis, floribus glomeratis. Mill. Dict. n. 4.

Malua foliis crispis. C. B. P. 315. Tourn. p. 95.

Habitat in Mexici circuitibus, Siria et Germania. Floret Augusto. ⊙.

Alcea. Malua caule erecto, foliis multipartitis scabriusculis. Hort. Cliff. 347. Sabb. Hort. t. 48.

Malua caule erecto, foliis scabris, trilobatis, lobis lateralibus bipartitis, medio tripartito et quinquepartito. Hall. Helu. n. 1071.

Habitat in Mexicanis hortis, plurimisque Europæ locis. Floret Augusto. ⊙.

Suffruticosa. Malua caule erecto, foliis ouatis, serratis, floribus axillaribus, subsolitariis. Fl. Mex.

Suffrutex bipedalis caule erecto, tereti, uilloso; ramis alternis consimilibus.

Folia alterna, ouata, serrata, rugosa, breuissimè petiolata.

Flores lutei, axillares, subsolitarii, subsessiles.

Habitat in Ayacapixtlæ agris. Floret Octobri. ♃.

Mexicana. Malua foliis lanceolatis, crenatis, rugosis, floribus glomeratis. Fl. Mex.

Herba tripedalis, caule erecto, stricto, tereti, tomentoso.

Rami alterni cauli similis.

Folia alterna lanceolata, crenata, undulata, uenoso rugosa, tomentosa, albicantia, subsessilia.

Stipulæ setaceæ.

Flores uiolacei, axillares, sessiles, glomerati.

Habitat in agris Mexicanis. Floret quolibet anni tempore. ♂.

G. URENA.

Lobata. Urena foliis angulatis, maioribus quinquelobis. Fl. Mex. Ic. 422.

Urena foliis angulatis. Fl. Zeyl. 256.

Urena Sinica Xanthii facie. Dill. Elth. 340. t. 319. f. 412.

Suffrutex tripedalis, caule tereti, ramoso, ratione loci hispido, uel glabro.

Rami alterni cauli consimiles.

Folia alterna in uariis uaria: maiora cordato-angulata, quinqueloba, serrata, minora, uel hastata, uel ouato-angulata, pilis nonnullis bifidis cuspidatis obsita.

Stipulæ subulatæ erectæ.

Pedunculi axillares, solitarii, filiformes, longissimi, geniculati, supra articulos incrassati; terminales paniculati.

Calyx exterior foliolis circiter octo subulatis, interiore breuioribus.

Corollæ ex albo subrubentes, fundo lutescente.

Habitat in Oppido Sancti Ioannis uulgo *de los Plátanos* prope Apatzingam et in Sina. Floret Octobri. ♄.

G. GOSSYPIUM.

Herbaceum. Gossypium foliis quinquelobis, subtus eglandulosis, caule herbaceo, læui. Mat. Med. 131. Murr. Prodrom. 170.

Xylon siue Gossypium, herbaceum. Tourn. p. 101. Bahuim. Hist. 1. p. 343.

Radix fibrosa biennis.

Caulis herbaceus, strictus, tripedalis, ramosus, glaber, biennio fructificans.

Rami alterni, erecto-patentes cauli consimiles, illumque subæquantes.

Folia alterna, quinquelobata, glabra, subtus eglandulata.

Petioli teretes, longi.

Pedunculi axillares, terminalesque, solitarii, uniflori.

Flores rubro purpurascentes, calycibus exterioribus triangularibus, erectis, profundè incisis.

Habitat in maritimis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Decembri. ⊙. ♂.

Arboreum. Gossypium foliis palmatis, lobis lanceolatis, caule fruticoso. Forsk. Ægipt. p. 125.

Gossypium latifolium. Rumph. Amb. 4. p. 37. t. 13?

Gossypium arboreum caule læui. C. B. P. 430.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis et in India. ♄.

Hirsutum. Gossypium foliis quinquelobis, subtus uniglandulosis, ramulis petiolisque pubescentibus. Sabb. Hort. 1. t. 7.

Gossypium frutescens pentaphyllos Barbadense. Pulk. Alm. 172. t. 299. f. 1.

Habitat in calidis Americæ regionibus. ⊙. ♂.

Religiosum. Gossypium foliis cordatis, trilobis acutis, subtus eglandulosis, ramulis nigro punctatis. Fl. Mex.

Gossypium foliis trilobis, acutis, subtus uniglandulosis, ramulis nigro punctatis. Sys. Ueg. 522.

Gossypium arboreum. Merian Surin. t. 10.

Frutex octipedalis ramosissimus.

Rami alterni, erecto-patentes, teretes, glabri, fusco-rubentes, punctis, nigris prominentibus undique inspersis, scabriusculi.

Folia alterna, cordata, trilobata, lobis acutis, utrinque glabra, seniora ferrugineo maculata.

Petioli teretes, supernè canaliculati, patentes, apice ascendente, longitudine foliorum, cauli concolores.

Stipulæ semicordatæ, acuminatæ, erecto-inflexæ.

Pedunculi terminales, raro oppositi folii, teretes, striati, solitarii, uniflori.

Flores purpurei calycibus exterioribus acutè trigonis, eorumque laciniis profundè incisis.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis et India. ♄.

Obseruatio. Uariat floribus albis et pallide luteis.

G. HYBISCUS.

Maluauiscus. Hybiscus foliis cordatis, crenatis, angulis lateralibus, extimis paruis, caule arboreo. Hort. Cliff. 349. Sabb. Hort. 1. t. 54. Ic. 124.

Hybiscus frutescens foliis angulatis, cordatis, acuminatis petalis ad uno latere auritis. Brown. Iam. 284.

Atlaltzopillin. Hern. Mex. 117. et 872.

Frutex octipedalis.

Rami alterni, erecti, teretes, glabri.

Folia alterna, cordata, ouata, acuminata, crenata, angulato-subtriloba, neruosa, utrinque glabra petiolata.

Stipulæ subulatæ erectæ.

Pedunculi axillares solitarii, erecti, uniflori.

Corollæ coccineæ inuolutæ, petalis altero basios latere auritis.

Baccæ subrotundæ depressæ quinqueloculares.

Semina solitaria.

Habitat in plurimis Nouæ Hispaniæ locis. Uulgo Monacillo adpellatur. Floret Augusto. ♄.

Proprietas. Totius plantæ decoctum urinæ ardori, et retentioni medetum.

Uitifolius. Hybiscus foliis cordatis, subangulatis, serratis, caule hispido suffruticoso. Fl. Mex. Ic. 316.

Hybiscus foliis quinque angularibus, acutis, serratis, caule inermi, floribus cernuis. Fl. Zeyl. 265.

Althææ Indica Uitis folio, flore amplo, flauo, pendente. Herm. Lugdb. 26. t. 28.

Suffrutex quadripedalis, subindiuisus, teres, hispidus.

Folia cordata, serrata, infima acutè quinqueangulata, superiora obsoletè trigona, subtus hispida.

Stipulæ setaceæ.

Pedunculi axillares, solitarii.

Flores pallide rubri, nutantes, foliolis octo calycinis externis setaceis.

Capsulæ quinqueangulatæ, compressæ.

Habitat in plerisque Nouæ Hispaniæ locis et India. Floret Septembri. ♃.

Pedunculatus. Hibiscus foliis cordatis, lobato-quinqueangularibus, dentatis, tomentosis, caule arboreo. Fl. Mex. Ic. 409.

Hibiscus hirsutus foliis quinquelobis dentatis, pedunculis axillaribus unifloris elongatis.

Arbuscula quindecimpedalis.

Rami alterni teretes, uiniores tomentosi.

Folia alterna, cordata, lobato-quinqueangularia, inæqualiter dentata, uenoso-reticulata, subrugosa, sublus tomentosa.

Petioli teretes, tomentosi.

Stipulæ subulatæ.

Pedunculi axillares, solitarii, teretes, crasiusculis, petiolis paulo longiores, terminales conferti.

Calix exterior foliolis quatordecim, subulatis, teretibus, intimo tertio breuioribus constans.

Petala obouata, oblonga, tantisper obliqua, erecto-patentia, longitudinaliter lineata, auricula basios incubentia margine subundulata, albo formosa.

Capsulæ subrotundæ, depressæ, glabræ.

Habitat Michælopoli et in Capite Bonæ Spei. Floret Iunio. ♄.

Rigidus. Hibiscus fruticosus foliis ouatis, acuminatis, glabris, serratis, limbo corollæ reflexo, seminibus lanatis. Fl. Mex.

Hibiscus suffruticosus, hirsutus, ramis simplicibus, foliis oblongis, serratis, limbo corollæ reflexo, seminibus lanatis. Sup. p. 310.

Frutex septempedalis.

Rami alterni, teretes, glabri.

Folia alterna, ouata, acuminata, serrata, glabra.

Stipulæ setaceæ, rigidæ, erectæ.

Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, geniculati, apice incrassati.

Flores luteo-rubentes, limbo corollæ reuoluto, calycibus concorolibus.

Capsulæ ouatæ.

Semina lana obducta.

Habitat in Zeylan, et colle Ixtapalapæ, ubi *Atlalzipillin* luteum Mexicana lingua adpellatur. Floret Nouembri. ♄.

Fragrantissimus. Hibiscus arboreus foliis subcordato-ouatis, acuminatis, subserratis; floribus terminalibus, calyce monophyllo multipartito. Fl. Mex.

Caulis arboreus triorgyalis.

Ramuli terminales, tomentosi.

Folia subcordato-ouata, acuminata, subserrata, subtus tomentosa.

Petioli breuissimi apice incrassati.

Stipulæ membranaceæ, oblongo-lanceolatæ.

Flores lutei, magni, terminales, solitarii, reclinati, breui, pedunculati.

Calyx exterior monophyllus, quatordecim laciniis, lineari-lanceolatis fisus, interior, pentaphyllus, foliolis ouato-oblongis, reuolutis.

Stylus cylindricus, stigmate integerrimo, quinque angulari, manifestè tubuloso.

Hibitat in calidis Mazatlami et Acahuizotlæ montibus. Floret Iulio. ♄.

G. CAROLINÆA.

Princeps. Carolinæa Linn. Supl. p. 314. Xiloxochitl. Flor capillaceus. Hern. Mex. 68. Ic. 206.

Pachira aquatica. Aubl. Guyan. p. 725. t. 291. 292.

Arbor magna et elegans Bombacis habitu.

Rami numerosissimi alterni, aliis erecto-corymbosi, tortuosi, inordinati, aliis glabri, læues, cortice albicante cinereo.

Folia alterna quinnata, raro ternata, lanceolata, integerrima, glabra, aliquando intensè purpureo uaria.

Petiolus communis, teres, longus, basi incrassatis, proprii breuissimi.

Florex ex ultimis axillis solitarii, sessiles, terminales, subterni, elegantissimi, petalis luteo-rubentibus, reuolutis, staminibus, anterisque pulchré purpureis, erectis.

Poma obouata quinquesulcata.

Habitat in moderate calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, Surinam et Guayana. Floret Februario et Martio. ♄.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA HEXANDRIA.

G. FUMARIA.

Officinalis. Fumaria pericarpiis monospermis, caule diffuso. Mat. Med. p. 192. Fl. Suec. 630.

Fumaria foliis multifidis, subrotundo-lanceolatis, fructibus monospermis. Hall. Helu. n. 346.

Habitat in Mexici circuitibus et Guadalaxaræ hortis necnon in plurimis Europæ prouinciis. Floret Martio. ⊙.

Proprietas. Tota planta amarissima, balsamica, tonica, antiacida, roborans et expellens, uiscerum obstructiones reserat, aluumque nonnihil ciet; scorbuticis, cachecticis, hypocondriacis, melancolicis, artriticis poolagricis et scatie infectis mirificè succurrit.

OCTANDRIA.

G. POLIGALA.

Uulgaris. Poligala floribus cristatis racemosis; caulibus herbaceus, simplicibus, procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. Amœn. Acad. 2. p. 136. Fl. Dan. t. 516.

Poligala caule erecto foliis linearibus acutis. Hall. Hellu. n. 344.

Habitat Patzquari et in plurimis Europæ locis. Floret Augusto. ♃.

Proprietas. Toda planta radix præsertin, amarissima, incidente, stimulante, et detergente ui pollet, aluum aliquantulum laxat, urinamque ciet; manu liberali ministrata efficacissimis, in pulmonari phtysi exserit uires, sputa quippe promouet, uiscidumque, serum iam altenuatum per renes in uesicam determinat.

Paniculata. Poligala floribus cristatis; racemis nudis; caulibus herbaceis, erectis, supernè ramosis; foliis linearibus. Amœn. Acad. 5. p. 402.

Poligala herbacea minor erectior, foliis linearibus, spica multiplici, terminali, foliosa. Brown. Iam. 287.

Herba sesquipedalis caulibus uirgatis, supernè ramosis, tenuibus striatis.

Folia lineari-subulata.

Racemi simplices, subspicati, filiformes.

Flores albi, parui, insipide, inodori, breuissimè pedicellati.

Habitat ad Oppidum Sanctæ Rosæ, prope Guanasuatum, et in Iamaica. Floret Iulio. ⊙.

Diuersifolia. Poligala floribus imberbibus, racemosis, oppositis foliis; foliis ouatis caule fruticosa. Fl. Mex.

Poligala floribus imberbibus racemosis caule arboreo, foliis senioribus, oblongo-ouatis, recentibus subouatis. Amœn. Acad. 2. p. 140.

Poligala fruticosa, foliis glabris, ouatis, capsulis subrotundis, emarginatis, racemis minoribus, laxis, alaribus. Brown. Iam. 287. t. 5. f. 3.

Frutex ramis alternis, diffusis, teretibus, pubescentibus.

Folia alterna, ouata, acuta, utrinque uillosa, subsessilia.

Racemi oppositi foliis, simplices, breues, suboctiflori.

Flores purpurei imberbes.

Capsulæ subrotundæ, emarginatæ.

Habitat in Apatzingam, aliisque calidioris Americæ locis. Floret Octobri. ♄.

Uerticillata. Poligala floribus imberbibus, spicatis, foliis lineari-lanceolatis, uerticillatis, alternis, caule herbaceo, ramoso. Fl. Mex.

Poligala floribus imberbibus, spatio remotis, foliis linearibus, uerticillatis, caule herbaceo, ramoso. Gromw. Uirg. 103.

Poligala floribus imberbibus, spicatis, caule erecto, herbaceo, filiformi-ramoso; foliis linearibus. Amœn. Acad. 2. p. 159.

Herba dodrantalis, caule infernè simplici, supernè in nonnullos ramulos diuiso, tenuè angulato, glabro.

Folia uerticillata terna, aut quaterna, non nunquam opposita; alias alterna, nec raro ex eodem puncto ternata, lineari-lanceolata, erecta, margine reflexa, glabra, sessilia.

Spicæ terminales filiformes.

Flores parui, decolores, uiridi, albo et sordidè purpureo mixti, breuissimè pedicellati.

Habitat Patzquari et in Uirginia. Floret Augusto. ⊙.

Baccifera. Poligala floribus imberbibus, racemosis; foliis ouato-lanceolatis, caule arboreo, fructibus baccatis. Fl. Mex.

Arbusculi duodecimpedalis.

Rami alterni, erecti, teretes, fusco-purpurei, subuillosi.

Folia alterna, ouato-lanceolata, integerrima, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Racemi terminales simplices.

Flores cœrulei, tetrapetali.

Uexillum fornicatum, integerrimum; alæ ouato-patentes; carina concaua, compressa, bifida, imberbis.

Stamina apice carinæ inserta.

Baccæ subouatæ ciceris magnitudine, atro-cœruleæ.

Semina ouata.

Habitat in frigidissimis montibus Mexicanorum Carmelitarum Eremi. Floret Nouembri. ♄.

DECANDRIA.

G. NISSOLIA.

Arborea. Nissolia caule arboreo erecto. Iacq. Amer. 199. t. 174. f. 48.

Arbuscula parum spectabilis, duarum orgyarum longitudine.

Rami flexuosi, debiles, uicinis sustentaculis recumbentes.

Folia impari-pinnata, foliolis quinque raro tribus, ouatis, integerrimis, glabris, impari maiore.

Spicæ compositæ, densæ, è gemmis supra foliorum axillas ortæ.

Flores parui inodori ex albo uirescentes.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ et Cartaginis syluis. Floret Augusto. ♄.

Fruticosa. Nissolia caule fruticoso, uolubilis. Iacq. Amer. 138. t. 179. f. 44. Hort. t. 167.

Caulis fruticosus uolubilis, teres, glaber.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis quinque, subrotundis, setaceo-mucronatis, glabris.

Petioli secundi basi incrassati.

Stipuli lineares, acutæ, ad basim folioli communis.

Pedunculi axillares, filiformes, nutantes.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ, aliisque Americæ regionibus calidioribus. Floret Aprili. ♄.

G. ERYTHRINA.

Herbacea. Erythrina foliis ternatis, caulibus simplicissimis, fruticoso-annuis. Hort. Cliff. 354. Ic. 354.

Corallodendron foliis ternatis, caule simplicissimo, inermi. Threw. Ehret. t. 58.

Coral Caroliniensi hastato folio. Dillen. Elth. 107. t. 90. f. 106.

Herba bipedalis caule simplici, raro diuiso; ratio loci, herbaceo, uel fruticoso, sulcato, aculeis innocuis armato.

Folia ternata, ouata, supernè glabra, infernè scabriuscula.

Stipulæ lineari-sulcatæ, patentes.

Petiolus communis, subruber, supernè canaliculatus, spinis mollibus indutus.

Racemi ex ultimis foliorum axillis, caulis longitudinem fere superantes.

Pedicelli terni, alterni.

Bracteæ terne, subulatæ ad pedicellorum basim.

Flores igneo-rubentes, spectabiles, decimostamine distincto.

Habitat prope Guanasuatum in Carolina Mississippi. Floret Iulio. ♃.

Corallodendron. Erythrina foliis ternatis inermibus, caule arboreo aculeato. Hort. Cliff. 354. Ic. 208.

Corallodendron triphyllum, Americanum spinosum, flore ruberrimo. Tourn. p. 661.

Arbuscula elegans tres orgyas longo.

Rami alterni, albicantes, aculeati.

Folia ternata, læuia, subrhombea.

Petioli basi clauati.

Spicæ terminales, densæ, ouato-oblongæ, apice abortientes.

Flores coccinei.

Legumina moniliformia, longissima.

Semina coccinea corallum imitantia, unde uulgare nomen *Colorines* sortita.

Habitat passim in Noua Hispania, ubi *Zompantle* adpellatur. Floret Maio. ♄.

Œconomia. Lignum leuissimum mollissimumque ad statuas conficiendas, magni ab sculptoribus æstimatur. Lagenarum etiam opercula suberinis non dissimilia ex illo fuint.

Horrida. Erythrina foliis ternatis, aculeatis, caule herbaceo, leguminibus aculeatis. Fl. Mex. Ic. 304.

Caulis herbaceus, tripedalis, simplex, angulatus, aculeis innumeris apice fuscis horridus.

Folia ternata, subcordato-rhombea; intermedio longius petiolato; costa uenisque utrinque aculeatis.

Pedunculi axillares, sulcato-angulati, tridodrantales.

Flores coccinei.

Legumina racemosa, pendula, ubi tota planta, aculeis infensa.

Habitat in montibus Ayahualtempæ. Floret Iulio. ♂.

Latiflora. Erythrina foliis ternatis, inermibus, caule fruticoso, aculeato, uexillo corollæ patentissimo. Fl. Mex. Ic. 377.

Caulis fruticosus octipedalis, spinis recuruis licet non ualde immitibus armatus, fragilis, succulentus.

Folia ternata, ouata, acuminata, maiora subrhombea inermia, lateralia breuissime petiolata, intermedio longius.

Petiolus communis ad medietatem spinosus, proprii basi incrassati.

Racemi axillares, simplices, inermes, pedicellis subuerticillatis.

Flores rubri striis albo, uiridique intermixtis lineati.

Uexillum respectu congenerum amplissimum, patens, carinam alasque minimas obumbrans.

Legumina Corallodendro simillima.

Habitat in Ayacapixtla. Floret Octobri. ♄.

G. SPARTIUM.

Iunceum. Spartium ramis oppositis, teretibus, apice floriferis, foliis lanceolatis. Sau. Monsp. 60.

Spartium arborescens seminibus sensi simillibus. C. B. P. 396.

Habitat in Europa, ac hortis Mexicanis, ubi uulgo Sinensis Genista, nuncupatur. Floret Aprili. ♄.

G. LUPINUS.

Perennis. Lupinus calycibus alternis, inapendiculatis, labio superiore emarginato; inferiore integro. Mill. Dict. n. 6. et t. 178. f. 1.

Lupinus calycibus alternis radice perenni, repente. Gron. Uirgin. 1. p. 172.

Folia octona, lanceolata, obtusa, glabra.

Racemi longissimi.

Flores cœrulei alterni, ut plurimum bini ex eodem puncto, propiis pedicellis.

Legumina hirsutissima.

Habitat in Uirginia et Mexici circuitibus. Floret quolibet anni tempore. ♃.

Mexicano idiomate, *Nextamalxochitl*, adpellatur.

Uarius. Lupinus calycibus semiuerticillatis, appendicularis, labio superiore bifido, inferiori subtridentato. Hort. Cliff. 499.

Lupinus Syluestris purpureo flore, semine rotundo, uario, maiore. Tourn. p. 392.

Habitat temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus, Gallia et Hispania. Floret Augusto. ⊙.

Uulgo dicitur Sonasillas.

Obseruatio. Uariat floribus rubris et purpureis foliisque linearibus et oblongis.

Integrifolius. Lupinus calycibus alternis, appendiculatis foliis simplicibus, oblongis, uillosis. Amœn. Acad. 6. Asr. 43.

Calyx herbaceus, dodrantalis, ascendens, teres, uillosus.

Folia alterna, lineari-oblonga, acuta, uillosa, margine reuoluta, subsessilia.

Racemi oppositifoliis, pauciflori.

Calycis labium superius bifidum, inferius trifidum, appendiculis subulatis.

Legumina glabra, cylindrico-depressa, inflata.

Habitat in Tixtlæ montibus et Capitæ Bonæ Speii. Floret Iunio. ⊙.

Altissimus. Lupinus calycibus alternis, appendiculatis, labio superiore bipartito; inferiore tridentato, reuoluto, foliis ternis oblongis. Fl. Mex. Ic. 268.

Suffrutex septempedalis, ramis teretibus, uirgatis, purpurascentibus, uillosis.

Folia ternata, foliolis oblongo-lanceolatis, obtusis, supernè glabris, subtus uillosis-albicantibus.

Petioli canaliculati.

Stipuli lineari-subulatæ, erectæ.

Racemi foliis oppositi, simplices, laxè deflexi.

Flores lutei, alterni, elegantes congeneribus, maiores, calycibus quinquefidis, reflexis, appendiculatis.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Septembri. ♃.

G. ANTHYLLIS.

Tetraphilla. Anthyllis herbacea foliis quaterno-pinnatis, floribus lateralibus. Hort. Ups. 221.

Anthyllis foliis quinnato-pinnatis, inæqualibus, floribus lateralibus. Hort. Cliff. 371.

Habitat modo in Regio Mexicano horto, et plerisque Europæ locis. Floret Septembri. ⊙.

G. PISCIDIA.

Americana. Piscidia foliis oblongis. Fl. Mex.

Arbor uigintipedalis.

Rami alterni, erecto-patentes, teretes, glabri.

Folia alterna impari-pinnata, foliolis circiter undecim, oblongis, integerrimis, membranaceis, glabris, subtus incanis, petiolulatis, impari maiore, obouato.

Petiolus communis teres, glaber, basi clauatus.

Racemi terminales, simplices, breues.

Legumina subquadrisperma.

Semina reniformia, oblonga.

Habitat in calidissimis Apatzingani æquoribus. Floret Iulio. ♄.

Uulgo Tatzungo dicitur.

Usus. Radix trita aquis stagnantibus immersa pisces quoslibet occidit, imo et quadrupedia aquas illas haurientia.

G. MEDICAGO.

Satiua. Medicago pedunculis racemosis, leguminibus contortis, caule erecto, glabro. Hort. Cliff. 377. Pallas. It. 1. p. 370.

Medica caule erecto, foliis oblongis, serratis, racemis erectis, siliquis glabris, iterato confortis. Hall. Helu. n. 382.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃.

G. PHASEOLUS.

Uulgaris. Phaseolus caule uolubili floribus racemosis, geminis, bracteis calyce minoribus, leguminibus pendulis.

Phaseolus uulgaris. Lobell. Ic. 59. Hort. Cliff. 359. Tourn. p. 412.

Habitat in Noua Hispania et Europa.

Uulgo Frijoles semina uocantur.

Obseruatio. Uariat seminibus nigris, rubris, plumbeis, pallidis, uiolaceis, rubro nigricantibus, albis et nigro-lineatis.

Œconomia. Semina hæc præcipium, sæpe unicum in Noua Hispania pauperibus præstant alimentum; nec inter nocturnas epulas ditiorum etiam desunt unquam gratissimo quidem sapore si aqua primum decocta, butyro deinde suillo frixa fuerint.

Lunatus. Phaseolus caule uolubili, leguminibus acinaci formibus, sublunatis, læuibus.

Phaseolus Benghalensis, scandens, siliqua acinaciformi; semine ouato-compresso, striato. Berg. Uiadr. 99.

Caulis uolubilis subangulatus, pubescens.

Folia glabra, exteriora oblicua, intimo latere angustiore.

Flores racemosi, minimi, decolores, aliis tantum albicantibus, concauis, uexillolongioribus.

Legumina sublunata, glabra, complanata.

Habitat in hortorum Quahunahuacensium sepibus et Benghala. Floret Octobri. ⊙.

Heluolus. Phaseolus caule uolubili; floribus spicatis, calycibus bracteatis, aliis uexillo longioribus. Fl. Mex.

Phaseolus caule uolubili, floribus capitatis, calycibus bracteatis, uexillis breuibus, aliis expansis, maximis, foliolis delthoidibus oblongis.

Phaseolus radice annua, leguminibus erectis, linearibus, teretibus, glabris. Royen. Ludgb. 368.

Phaseolus flore heluolo, aliis amplis patulis. Dill. Elth. 312. t. 233. f. 300.

Caulis uolubilis, striatus, subtomentosus.

Folia exteriora bilobata, lobulo extimio breuiore, impare, oblongum, angulis binis obtusis, basi in figuram deltoideam propendentibus, cuncta facie uillosa, dorso subsericea, setaceo-mucronata.

Stipulæ petioli communis, ouato-lanceolatæ; propriorum setaceæ.

Pedunculi racemosi, pubescentes, unipedales.

Flores terminales, gemini, breuissimè pedicellati.

Calyx cylindricus quinquedentatus.

Uexillum reuolutum, profundè emarginatum, decolor.

Alæ atro-purpuræ, rotundatæ, uexillo longiores.

Carina dilutè purpurea.

Bracteæ lineares, acutæ, carinatæ, singulo calycis lateri.

Legumina teretia, glabra.

Habitat in Chilapæ montibus et Carolina. Floret Septembri. ⊙.

Alatus. Phaseolus caule uolubili; floribus laxe spicatis; alis longitudine uexilli. Ic. 128.

Phaseolus flore purpureo, alis amplis, longè protensis. Dill. Elth. 314. t. 235. f. 303.

Habitat in Mexicanis Hortis. Floret Maio. ⊙.

Linearis. Phaseolus caule uolubili, racemis paucifloris; foliis linearibus, reuolutis; leguminibus teretibus, hirsutis. Fl. Mex. Ic. 297.

Folia ternata, linearia, margine reuoluta, impari, longiore.

Petioli canaliculati.

Stipulæ ouatæ.

Racemi laterales elongati, subquinqueflori.

Flores dilutè purpurei.

Legumina teretia, hirsuta.

Habitat in Chilpantzingi montibus. Floret Iunio. ⊙

Pauciflorus. Phaseolus caule uolubili, pedunculis bifloris, calycibus bracteis quaternis. Fl. Mex.

Caulis filiformis, uolubilis, glaber.

Folia lateralia extus gibba.

Stipulæ cordatæ, membranaceæ, reflexæ.

Pedunculi axillares caule crassiores, longissimi, biflori.

Bracteæ quaternæ, ouatæ, alternæ minores.

Calyces subcampanulate, semiquinquefidi, lacinia infima breuiores.

Corollæ purpuraceæ, uexillo magno obcordato, oblongo, recto, alis uexillo dimidio breuioribus, carina spirali longitudine uexilli.

Legumina teretia.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Septembri. ⊙.

G. DOLICHOS.

Uncinatus. Dolychos uolubilis, leguminibus cylindricis, hirsutis, apice unguiculo, subulato-hamato, pedunculis multifloris; caule hirto. Mill. Dict. n. 2.

Phaseolus hirsutus, siliquis erectis et aduncis. Plum. Sp. 8. Ic. 221.

Caulis herbaceus, uolubilis, teres, hirsutus.

Folia ternata, foliolis oblongis, acutis.

Petioli hirsuti, supernè canaliculati, basi incrassati, transparentes.

Stipulæ lineares, breues.

Pedunculi axillares longissimi, racemis terminalibus simplicibus.

Flores lutei.

Habitat in Quahunahuacæ agris. Floret Maio. ⊙.

Altissimus. Dolichos uolubilis, leguminibus racemosis, hirtis, æqualibus, seminibus hilo cinctis, foliis utrinque glabris. Iac. Amer. 203. t. 182. f. 85. Rheed. Malab. 8. p. . . . . t. 36.

Caulis uolubilis, teres, proceriorum arborum summitatem pertingens; prope apicem uillosus.

Folia ternata, ouata, acuta, integerrima, glabra.

Stipulæ lineari-subulatæ, erectæ.

Racemi terminales simplices, nutantes.

Flores uiolacei, elegantes, inodori.

Leguminosa oblonga, isthmis intercepta, hispidis.

Semina subrotunda, magna, hilo nigro instar faciæ cincta.

Habitat in Barbadæ, Mauritaniæ syluis et Coahuayanæ mari uicinis, ubi semina *Cerui oculi* uulgo adpellatur.

Minimus. Dilichos uolubilis, leguminibus racemosis, compressis, foliis lateralibus gibbis, subtus tomentosis, intermedio rhombeo. Fl. Mex.

Dolichos uolubilis leguminibus racemosis, compressis, tetraspermis, foliis rhombeis. Iacq. Obs. 1. p. 34. t. 22.

Dolichos minimus floribus luteis. Hort. Cliff. 369. t. 21.

Caulis uolubilis, angulatus, tomentosus.

Folia ternata, exteriora ouata, extus gibba, subscariosa, supernè glabra, subtus tomentosa; intermedium rhombeum, longius petiolatum.

Racemi axillares simplices, solitarii, elongati.

Flores cœrulei subquaterni, alterni, distantes, breuissimè pedicellati.

Legumina compressa, plana.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis in Iamaica. Floret Nouembri. ♃.

Obseruatio. Uariat floribus luteis.

Trilobus. Dolichos uolubilis, foliolis lateralibus extrorsum gibbis, intermedio trilobo. Hort. Cliff. 360. Burm. Ind. 160.

Phaseolus Maderaspatanus, foliis glabris, trilobis, floribus exiguis, longis petiolis ex eodem puncto geminis. Pluk. Alm. 292. t. 214. f. 3.

Caulis uolubilis, teres.

Folia ternata, lateralia, extrorsum gibba; intermedia trilobata, raro quinqueloba, glabra, lobulis setaceo-mucronatis.

Petioli longissimi, ut plurimum ex eodem puncto gemini.

Stipulæ ad basim petioli communis, membranaceæ, lineares, acutæ, decidue; petiolulorum setaceæ.

Racemus simplex, elongatus, maximus laxus.

Flores cœrulei.

Habitat in Noua Hispania et India.

G. OROBUS.

Luteus. Orobus foliis pinnatis ouato-oblongis, stipulis rotundato-lunatis, dentatis, caule simplici. Mill. Dict. n. 7.

Orobus foliis ouato-lanceolatis, stipulis triangulatis, caule ramoso, herbaceo. Gmel. Sib. 4. p. 13. t. 4.

Habitat in frigidis Nouæ Hispaniæ montibus et in Europa. Floret Septembri. ♃.

Sericeus. Orobus foliis pinnatis, foliolis oblongis, sericeis, caule ramoso. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, tridodrantalis, erectus.

Rami erecti, stricti, angulati, ferrugineo-tomentosi, circa apicen sulcati.

Folia pinnata, foliolis triginta circiter, oblongis, sericeis petiolatis.

Petiolus communis canaliculatus, basi merassatus ferrugineo-tomentosus.

Racemi axillares, terminalesque, simplices.

Flores pallidissimé lutei, uexillo extus sordidè sericeo.

Legumina lineari-oblonga, plana, fusco-sericea.

Habitat passim intemperatis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Augusto. ⊙.

Arborescens. Orobus foliis nonemiugis, ouato-oblongis, glabris, caule ramoso, arborescente. Fl. Mex.

Arbuscula duodecimpedalis.

Rami alterni, diffusi, hinc inde incumbentes, glabri, cinericei.

Folia pinnata, foliolis duodecim ad octodecim, obouato-oblongis, integerrimis, utrinque glabris, breuissimè petiolulatis.

Petiolus communis, canaliculatis.

Racemi axillares, compositi, decumbentes, uiscosi, foliis breuiores.

Flores albi-luteo, et purpureo, tantisper uariantes.

Habitat in Apatzingam. Floret Decembri. ♄.

Spinosus. Orobus foliis pinnatis, caule aculeato.

Caulis fruticosus, octipedalis, aculeatus.

Rami alterni, suberecti, striati, uillosi.

Folia alterna, pinnata, foliolis triginta circiter, oblongis, utrinque uillosis, subtus albicantibus.

Spinæ stipulares binæ seiunctæ, patentes.

Racemi axillares simplices.

Flores palidè lutei, uexillo supernè, purpurascente, nutantes.

Legumina oblonga, subcompressa, uillosa.

Habitat in Oppido Tepalcatepec Prouinciæ Michoacanensis. Floret Octobri. ♄.

Occidentalis. Orobus foliis pinnatis, foliolibus oualis, octiiugis, caule ramoso, leguminibus linearibus depressis. Fl. Mex.

Herba tripedalis, caule erecto, ramoso, tereti, striato, ad apicem pubescente.

Folia pinnata foliolis octiiugi plus, minusue oualibus, supernè glabris, subtus sericeis.

Stipulæ sætaceæ.

Racemi axillares, simplices, longitudine foliorum.

Flores pallidè lutei, uexillo supernè purpureo-striato.

Legumina linearia, depressa, glabra.

Habitat in Quahuayanæ montibus. Floret Nouembri. ⊙.

G. PISUM.

Satiuum. Pisum petiolis teretibus, stipulis infernè rotundatis, crenatis, pedunculis multifloris, Hort. Ups. 215.

Pisum hortense maius, flore fructuque albo. C. B. P. 342. Tourn. p. 394.

Habitat in Europa et Mexicanis hortis, ubi *Chícharo* uulgo adpellatur. ⊙.

G. LATHYRUS.

Odoratus. Lathyrus pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis; foliolis ouato-oblongis; leguminibus hirsutis.

Lathyrus disto platiphyllos, hirsutus, mollis, magno, et peramœno flore odoro. Comm. Hort. 2. p. 219. t. 80.

Habitat in Europæ in Nouæ Hispaniæ hortis. Floret toto fere anno. ⊙.

G. UICIA.

Siluatica. Uicia pedunculis multifloris, foliolis oualibus, stipulis denticulatis. Pall. It. 1. p. 370. Fl. Dan. t. 277.

Uicia foliis ouatis, stipulis argutè dentatis, siliquis racemosis, pendulis. Hall. Helu. n. 426. t. 12. R.

Habitat in Oppido Sanctæ Rosæ prope Guanasuatum et in Europæ. Floret Iulio. ⊙.

Onobrychiodes. Uicia pedunculis multifloris; floribus distantibus; foliolis linearibus; stipulis infernè denticulatis.

Uicia foliis elipticis, floribus racemosis, erectis, stipulis argutè dentatis. Hall. Helu. n. 425. R.

Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

Faba. Uicia caule erecto, petiolis absque cirrhis. Mat. Med. 196. Hort. Cliff. 369.

Faba flore candido lituris nigris, conspicus. C. B. P. 338. Tourn. p. 391.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ satis et in Europa. ⊙.

Proprietas. Flores fragrantes et cosmetici.

*Seminum farina nutritiua, flatulenta et resolutiua ui gaudet.

G. ASTRAGALUS.

Contortuplicatus. Astragalus caulescens procumbens, leguminibus contortuplicatis, canaliculatis, uillosis. Pall. It. 1. p. 154.

Astragalus repens, siliquis undulatis. Buxb. 3. p. 22. t. 32.

Radix fibrosa, perpendicularis.

Caulis procumbens, herbaceus, strictis, sexquipedalis, tomentosus.

Folia impari-pinnata, foliolis plurimis, oualibus, alternis, subsericeis.

Stipulæ ouatæ, acutæ.

Spicæ longè pedunculatæ.

Flores albi, inodore.

Bracteæ lineari-lanceolatæ, ciliatæ.

Legumina recurua, supernè canaliculata.

Habitat in Ixtapalapæ circuitibus et Siberia. Floret Octobri. ⊙.

Amodites. Astragalus caule suffruticoso, erecto, floribus axillaribus geminis, nutantibus, legumibus ouatis, glabris. Fl. Mex.

Astragalus caulescens, suffruticosus, floribus geminis, leguminibus ouatis, didymis, lanatis. Suppl. p. 338.

Astragalus Amodites. Pall. it. V. 2. p. 742. t. X.

Caulis suffruticosus, tripedalis, erectus, sericeus.

Folia impari-pinnata, foliolis ouato-oblongis, setaceo-mucronatis, sericeis.

Pedunculi gemini, filiformes.

Flores purpurei, nutantes.

Bracteæ binæ, ouatæ, concauæ, hirsutæ, deciduæ.

Legumina, ouata, gibba mucronata.

Habitat in Mazatlami et Chilpantzingi agris, Siberiaque etiam Australi. Floret Maio. ♃.

Mexicanus. Astragalus caule fruticoso, erecto, petiolis inermibus, floribus axillaribus, solitariis. Fl. Mex. Ic. 126.

Frutex octipedalis, erectus.

Rami alterni, erecto-patentes, teretes, glabri.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis uiginti circiter, ouato-oblongis, setaceo-mucronatis, glabris.

Stipulæ membranaceæ, obliquæ, ouato-oblongæ.

Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, filiformes, uillosi, nutantes.

Bracteæ binæ, ouatæ, concauæ, uillosæ, deciduæ.

Flores purpurei, nutantes.

Legumina ouato-oblonga, glabra.

Habitat in Sancti Angeli, Oppido prope Mexicum. Floret Iunio. ♄.

Præcedenti ualde affinis, cuius fortasse erit uarietas.

Formosus. Astragalus caule fruticoso, erecto, petiolis inermibus; leguminibus rhombeis. Fl. Mex. Ic. 227.

Frutex quinquepedalis.

Rami scabri.

Folia pinnata, foliolis ouatis, subsericeis.

Racemi axillares.

Flores rosei, erecti, elegantes.

Legumina rhombea, glabra.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Iulio. ♄.

Tomentosus. Astragalus caule erecto, folioso, tomentoso, floribus spicatis, leguminibus subulatis, cernuis. Fl. Mex.

Caulis sexquidodrantalis, herbaceus, strictus, tomentosus.

Folia pinnata, foliolis elipticis, utrinque tomentosis, minimis.

Petioli supernè canaliculati.

Stipulæ ouatæ, membranaceæ, persistentes.

Spicæ axillares, pedunculatæ.

Flores pallidè lutei, minimi, inodori.

Pedunculi communes quinqueangulares.

Legumina tereti, subulata, duplo calyce longiora, pendula, pedunculo communi hærentia.

Habitat in aridis Michæpolitanis agris. Floret Iunio. ⊙.

Stipulatus. Astragalus caule fruticoso, stipulis, bracteisque, reniformibus, persistentibus. Fl. Mex.

Frutex octipedalis.

Rami alterni, diffusi, teretes, glabri.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis terdecim circiter, ouatis, setaceo-mucronatis, membranaceis, utrinque glabris.

Petioli communis teretes, glabri, basi clauati.

Stipulæ reniformes, amplexicaules, maximæ, membranaceæ, persistentes, altera maiore.

Racemi terminales, simplices.

Bracteæ reniformes, distantes, oppositæ, stipulis consimiles.

Flores atro-purpurei, gemini uel solitarii, è bractearum axillis.

Pedicelli filiformes.

Legumina oblonga, compressa, gibba, apice obtusa, stylo persistente, mucronata, basi atenuata.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ♄.

G. PHACA.

Alpina. Phaca caulescens, erecta, glabra, foliis pinnatis; leguminibus oblongis, glabris, inflatis. Fl. Mex.

Phaca caulescens, erecta, glabra, leguminibus oblongis, inflatis subpilosis.

Astragalus caule erecto, ramosissimo, foliis elipticis, hirsutis, siliquis uesicaris. Hall. Helu. n. 401. R.

Habitat in temperatis Huangui montibus et Europa. Floret Iunio. ⊙.

Suberosa. Phaca arborescens, leguminibus tetragonibus, inflatis, pendulis, petiolis spinescentibus. Fl. Mex.

Arbuscula octipedalis, trunci, ramorumque cortice suberoso.

Rami alterni, suberecti.

Folia alterna impari-pinnata, foliolis quindecim, circiter, oualibus, paruis, utrinque glabris.

Racemi axillaris terminalesque, simplices.

Flores lutei.

Legumina inflata, quadrangularia, glabra, nutantia.

Habitat in calidis Mazatlami montibus, similibusque aliis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Iulio. ♄.

G. PSORALEA.

Dalea. Psoralea foliis pinnatis, spicis cylindricis terminalibus. Ic. 308.

Psoralea annua. Mill. Dict. n. 6.

Dalea Hort. Cliff. 363. t. 22.

Caulis herbaceus, sesquipedalis, ramosus, erectus, strictus, striatus.

Rami alterni directione et configuratione caulis.

Folia pinnata, foliolis quinque, aut septem lineari-lanceolatis, subtus puncticulatis, glabris.

Stipulæ subulatæ ab intimam petiolorum basim.

Spicæ terminales cylindricæ.

Bracteæ ouatæ, acuminatæ, imbricatæ, calyce longiores, margine membranaceæ, ciliateæ, pallidè punctatæ fenestratæ.

Flores cœrulei, uexillo albo, breuiore, ascendente, staminibus monadelphis, seminibus uillosis.

Habitat in humidis Chilapæ montibus et Ueracruce. Floret Augusto. ⊙.

Læuigata. Psoralea foliis pinnatis, punctis, marginalibus excauatis, pedunculis lateralibus racemosis, stipulis tuberculosis acutis. Fl. Mex.

Psoralea foliis pinnatis, stipulis solidis, subacutis, minutissimis. Supp. p. 339.

Suffrutex quinquepedalis.

Rami alterni, teretes, glaberrimi, atro-rubentes.

Folia pinnata, foliolis marginalibus excauatis uix manifextis.

Stipulæ tuberculosæ minimæ, rigidiusculæ, singulo petiolorum latere.

Racemuli laterales simplices, subseptem flori.

Flores purpurei, uexillo albo breuissimo, calycibus striatis, eglandulatis.

Habitat in Sancti Hyeronymi montibus inditione Chilapæ. Floret Augusto. ♃.

Procumbens. Psoralea foliis pinnatis, spicis oppositifoliis, caule herbaceo, procumbente. Fl. Mex. Ic. 310.

Caulis herbaceus, procumbens.

Rami herbaceus procumbens.

Rami diffussi in terram depressi, bipedales, teretes, subrubri, pubescentes.

Folia alterna, pinnata, foliolis quindecim, ouali-oblongus, obtusis, punctatis subtus conuexiusculis, punctis marginalibus diaphanis.

Stipulæ setaceæ, intus petiolorum basi insidentes.

Spicæ oppositifoliæ, laxæ.

Bracteæ minimæ, ouatæ.

Corollæ albæ uexillo breuiore, carina apice purpurea.

Stamina monadelphia.

Legumina glabra.

Habitat prope Chilapam. Floret Iulio. ⊙.

Alopecurus. Psoralea foliis pinnatis, pedunculis longissimis, nudis, spicis ouato-oblongis, terminalibus. Fl. Mex. Ic. 137.

Caulis herbaceus, strictus, bidodrantalis, erectus, sericeus.

Rami radicales configuratione, longitudine et directione primarii, floriferi, conferti, indiuisi ex eodem puncto orti, subsericei.

Folia alterna, pinnata, foliolis septem adquindecim ouato-oblongis, acutis, subsericeis, intermediis numerosioribus.

Stipulæ subulatæ, ciliatæ ad intimam petiolorum basim.

Pedunculi terminales, teretes, striati, sericei, caule dimidio longiores.

Spicæ ouato-oblongæ.

Bracteæ subulatæ, sericeo-ciliatæ, calycibus longiores.

Flores purpurei, uexilloalbicante, breuissimo.

Semina uillosa.

Habitat in Chilapæ pratis. Floret Augusto. ⊙.

Citrodora. Psoralea, foliis pinnatis, foliolis margine punctatis, spicis terminalibus. Fl. Mex. Ic. 136. 307.

Caulis suffruticosus sesquipedalis, erectus, teres, glaber, ramosissimus.

Folia impari-pinnata, foliolis uiginti ad quadraginta, oblongis, glabris, margine punctis diaphanis notatis.

Stipulæ breuissimæ, tuberculato-scabræ.

Spicæ oblongæ, terminales, breues.

Flores purpurei.

Bracteæ ouatæ concauæ, membranaceæ, deciduæ, uix calycibus longiores.

Habitat in Chilapæ montibus. Floret Iulio. ♃.

Folia digitis fricata citri odorem spirant.

Luteola. Psoralea foliis pinnatis, foliolis elipticis, punctatis, spicis terminalibus, breuissimis, caule fruticoso. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis, gracilis.

Rami alterni, teretes, glabri, subrubri.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis uigintiquinque circiter, ouali-oblongis notatis.

Spicæ terminales, ex ultimisque foliorum axillis, pedunculatæ, breues, oblongæ.

Calyces sericeis siue punctis.

Corollæ luteæ, carina apice purpurascente, uexillo alisque longiores.

Habitat in Sancti Angeli oppido ad riuulorum margines. Floret Augusto. ♄.

Folia eiusdem ac præcedentis, odorem citrinum digitis fricata spirant.

Polistachia. Psoralea foliis pinnatis, foliolis linearibus, spicis terminalibus oblongis, caule herbaceo, striato. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, strictus, tripedalis, erectus, striatus, glaber.

Rami alterni, graciles, numerosi, ex caulinorum foliorum alis assurgentes.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis trigintaquinque circiter, linearibus, petiolulatis, margineque glandulis, minutissimis punctatis.

Spicæ terminales, oblongæ, densæ.

Calyces punctati, dentibus ciliato, sericeis.

Flores purpurei.

Habitat in Chilapæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

Sericea. Psoralea foliis pinnatis heptaphyllis, spicis terminalibus conicis. Fl. Mex.

Suffrutex bipedalis.

Rami alterni, erecti, sericeo-tomentosi, graciles.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis circiter nouem, elipticis, utrinque sericeis.

Spicæ terminales, conicæ, sericeæ.

Flores purpurei, minimi, uix extra calycem produci.

Habitat in Zitlatæ montibus. Floret Septembri. ♃.

Arborea. Psoralea foliis pinnatis, foliolis alternis, spicis filiformibus nudis, caule arboreo. Fl. Mex.

Arbor uigintiquinquepedalis, frondosa.

Rami numerosi, alterni, patentes, glabri.

Folia alterna, pinnata, foliolis quindecim circiter, subelipticis, integerrimis, punctis flauis numerosissimis iusculptis, breuissimè petiolulatis.

Spicæ axillares, simplices, terminales, ramosæ, filiformes, bracteis destitutæ.

Flores lutei, patentissimi, diuersa â congeneribus facie sese afferentes.

Calyces semiquinquefidi, tuberculis rubentibus punctati, cum fructu aucti, laciniis patentibus, æqualibus, instar corollæ luteæ apparentes.

Stamina ad basim fere discreta, inæqualia.

Legumina subouata, compressa, acuminata, tuberculis scabriusca.

Habitat in Oppido Apatzingam. Floret Octobri. ♄.

Fruticosa. Psoralea foliis pinnatis, foliolis nudis, caule fruticoso. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis.

Rami alterni, erecti, striati, cinerei.

Folia alterna, pinnata, foliolis undecim circiter, oppositis, ouali, oblongis, integerrimis, punctatis, glabris, subsessilibus.

Spicæ axillares, terminalesque, elongatæ, sensim attenuatæ, nudæ.

Flores albi, petalis patentibus, subæqualibus, papilionaceis corollis sat dissimiles.

Calyces quinquedentati, inæquales, præcedentibus dissimiles, tuberculis conspicuis, destituti, striisque quinis nigricantibus, subangulati.

Stamina corolla longiora, erecto-patentia, basi tantum coalita, antheris fuluis.

Habitat et floret cum præcedenti. ♄.

G. TRIFOLIUM.

Melilotus. Trifolium leguminibus racemosis, nudis, dispermis, rugosis, acutis, caule erecto. Mat. Med. p. 199. Gmel. Lib. 4, p. 23. t. 7. Riuin. t. 6. Officinalis.

Mellilotus Officinarum Germaniæ. C. B. P. 331. Tourn. p. 407.

Habitat Mexici et in pruinus Europæ locis. ♂.

Proprietas. Flores et folia fragrantia, mucilaginosa, resolutiua, emolienti, et laxante ui prædita, usu ueniunt in disuria, leucorhœa, tumoribus et in inflamationibus.

G. ÆSCHINOMENE.

Aspera. Æschinomene caule herbaceo, scabro. leguminum articulis medio scabro.

Æschinomene caule scabro, folio infimo quadripinni. Hort. Cliff. 365.

Herba bipedalis, caule ramoso, scabro, tereti, striato, fistuloso, ramis consimilibus.

Folia pinnata foliolis sexaginta circiter, lineari, obtusis, seta terminalis glabris.

Stipulæ lineari-lanceolatæ, obliquæ, membranacæ, basi liberæ.

Pedunculi laterales subbiflori.

Bracteæ cordateæ, ciliatæ.

Flores decolores, seu pallide lutei, bracteis binis, oblongis, setaceo denticulatis, calycem sustinentibus.

Legumina linearia, scabra, altero latere emarginata, pendula, articulis terdecim.

Habitat in prædiis Xorullo uicinis et India Orientali. Floret Augusto. ⊙.

Americana. Æschinomene caule herbaceo, hispido, leguminum articulis semicordatis, foliolis acuminatis, bracteis ciliatis. Act. Petrop. 1763. p. 321. t. 12.

Hedysarum caule hirsuto, Mimosæ foliis alatis, pinnis acutis minimè gramineis, Sloan. Iam. 74, hist. 1. p. 186. t. 118. f. 3.

Caulis herbaceus, bipedalis, hispidus.

Rami alterni, erecto-patentes, consimiles.

Folia alterna, pinnata, foliolis plurimis, linearibus, acutis, glabris.

Stipulæ utrinque lineari-lanceolatæ, basi liberæ, medietate adfixæ.

Racemi terminales, iuque ultimis foliorum axilliis.

Flores lutei, parui.

Bracteæ ouato-acuminatæ, ciliatæ.

Leguminum articula semicordata, pendula.

Habitat in calidis Ayacapixtlæ agris, aliisque Nouæ Hispaniæ locis et Iamaica. Floret Octobri. ⊙.

Indica. Æschinomene caule herbaceo, leuis, leguminibus læuibus, hinc torocis, obtusis, foliolis obtusis. Royen Lugdb. 385.

Gajatus Rumph. Amb. 4. p. 64. t. 24.

Nelli-talli. Reed. Malab. 9. p. 31. t. 18.

Caulis herbaceus, tripedalis.

Rami alterni, striati, pilis manifestè et abundè excretoriis hirsuti.

Folia pinnata, foliolis linearibus, obtusis.

Pedunculi ex ramulis axillaribus communis, triflori.

Flores pallide lutei.

Legumina hinc truncata, obtusa, torulosa, cernua, polisperma.

Habitat prope Quahunahuacam in Temisci hæreditate, ac in India Orientali. Floret Augusto. ⊙.

Pumilla. Æschinomene caule herbaceo, leui, foliolis acuminatis, leguminibus hinc serratis, medis scabris. Mill. Dict. n. 5. Ic. 226.

Hedysarum magnum, annum, minus Zeylanicum, Mimosæ foliis. Tourn. p. 402. Fl. Zeyl. 551.

Herba sexquipedalis pro radicem ramosa.

Rami alterni, teretes, subrubri, glabri.

Folia alterna, pinnata, foliolis linearibus, acutis, glabris, numerosis, contiguis.

Stipulæ lineari-lanceolatæ, membranaceæ, basi liberæ.

Racemi terminales, laxi.

Flores lutei, parui.

Legumina sutura altera serrata, supra semina scabra.

Habitat in temperatis et calidis Nouæ Hispaniæ locis, ac. India. Floret Septembri. ⊙.

Fruticosa. Æschinomene caule fruticoso, læui, leguminum articulis semicircularibus, glabris. Fl. Mex.

Frutex quadripedalis, ramis alternis, diffusis, punctis albis prominentibus conspersis.

Folia pinnata, foliolis quinquaginta circiter, linearibus, acutis.

Stipulæ lineari-subulatæ, erectæ.

Flores parui, luteo-purpurei, axillares, inter foliacei, subsessiles.

Bracteæ setaceæ.

Legumina articulis subternis, semicircularibus, glabris.

Habitat in Apatzingam. Floret Septembri. ♄.

G. HEDYSARUM.

Linifolium. Hedysarum foliis simplicibus, linearibus, canis; caule prostrato, leguminibus globosis. Suppl. p. 331.

Habitat in montibus Xorullo uicinis et in India Orientali. Floret Augusto. ⊙.

Diphyllum. Hedysarum foliis binatis, petiolatis, bracteis geminis, ouatis, acutis, sessilibus. Syst. Ueg. 560. Ic. 130.

Hedysarum herbaceum, procumbens, foliis geminatis; spicis foliatis terminalibus. Brown. lam. 301.

Herba sexquidodrantalis, caule tereti, filiformi, procumbente, raro erecto, nec nisi in calidioribus.

Folia coniugata, rara lineari-oblonga, acuta, glabra.

Petioli filiformes.

Stipulæ lineari-lanceolatæ medio adfixæ, basi apiceque liberæ, persistentes.

Spicæ terminales depressæ.

Bracteæ ouato-lanceolatæ, neruosæ, ciliatæ, basi liberæ, persistentes.

Flores lutei, uix extra bracteas exserti.

Legumina subtrisperma, scabra, bracteis cooperta, articulis altero-margine sinuatis.

Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

Retroflexum. Hedysarum foliis ternatis, ouatis; racemis erectis, leguminibus pendulis, multiarticulatis, utrinque repandis. Fl. Mex.

Hedysarum foliis ternatis, racemis erectis, leguminibus pendulis multiarticulatis.

Frutex tripedalis, erectus, angulatus.

Folia ternato-ouata, supernè glabra, subtus sericea.

Stipulæ subulatæ.

Racemi laterales, terminalesque.

Pedunculi filiformes, penduli.

Flores albido-purpurascentes.

Legumina articulis plurimis, rhombeis, compressis, utrinque repandæ, glabra.

Habitat in Tepelpæ cliuo prope Mexicum et in India. Floret Septembri. ♄.

Marilandicum. Hedysarum foliis ternatis, foliolis subrotundis, caule frutescente, ramosissimo, leguminibus articulatis, læuibus. Gronou. Uirg. 109.

Hedysarum trifoliatum siliqua breuiore. Dill. Elth. 174. t. 144. f. 171.

Frutex quinquepedalis, teres, glaber, coloratus.

Folia ternata, subrotunda, utrinque glabra.

Stipulæ setaceæ.

Racemi axillares simplices, terminalis maior compositus.

Flores purpurei.

Legumina leuia.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, Carolina, Uirginia et Marilandia. Floret Iulio. ♄.

Frutescens. Hedysarum foliis ternatis, ouato-oblongis, subtus uillosis, caule frutescente; leguminibus glabris, polispermis. Fl. Mex.

Hedysarum foliis ternatis, subouatis, subtus uillosis, caule frutescente. Gronou. Uirg. 109.

Hedysarum foliis ternatis, ouato-lanceolatis, subtus uillosis, caule frutescente; uilloso. Mill. Dict. n. 16.

Frutex octipedalis, subangulatus, subruber, uillosus.

Folia ternata, ouato-oblonga; supernè glabra, subtus pubescentia.

Petioli triquetri.

Stipulæ ad basim petioli communis, ouatæ, membranaceæ, deciduæ, partialium setaceæ, magis persistentes.

Racemi axillares, paniculati, terminale maiore.

Flores intensè uiolacei, ut plurimum gemini.

Legumina articulis sexconcatenata, complanata, glabra.

Habitat in Oppido Sanctæ Marie de Tetela et Uirginia. Floret Octobri. ♄.

Uiridiflorum. Hedysarum foliis ternatis, oblongis, caule erecto, scabro, racemis longissimis, erectis, leguminibus scabris. Fl. Mex.

Hedysarum foliis ternatis, acutiusculis, caule erecto, racemo longissimis, erectis. Gronou. Uirg. 108.

Onobrychis Americana floribus spicatis, foliis ternis canescentibus, siliquis asperis. Pluk. Alm. 276. t. 308. f. 6. Burm.

Caulis herbaceus, strictus, bipedalis, erectus, scabriusculus, uillosus.

Folia ternata, oblonga, uiridi-albicantia, uillosa.

Stipulæ caulinæ, lanceolatæ, scariosæ, foliaceæ, subulatæ.

Racemus terminalis, longissimus.

Flores uirides, bini subsingula bractea, ouata, acuta, concaua, membranacea.

Habitat in Chilpantzingi montibus et Uirginia. Floret Iulio. ♂.

Quinqueangulatum. Hedysarum foliis ternatis, ouato-subrotundis, subtus sericeis, caule herbaceo, procumbente, leguminibus racemosis scabris. Fl. Mex.

Tlalchichicpatli. Hern. Mex. 421.

Caulis herbaceus, echinatus, strictus, procumbens, pentagonus, quinquesulcatus.

Folia ternata, ouato-rubrotunda, raro rhombea, subtus subsericea.

Petioli triquetri, striati, echinati.

Stipulæ petiolares, semicordatæ, apice setaceo-mucronatæ, foliaceæ, subulatæ.

Racemi axillares, terminalesque longissimi.

Legumina articulis quinque, emarginatis, scabris, nutantibus.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Iunio. ♂.

Mexicanum. Hedysarum foliis simplicibus, linearibus, caule erecto, racemis oppositifoliis, leguminibus sexarticulatis, compressis. Fl. Mex.

Frutex bipedalis, teres, glaber.

Folia alterna, lineari, utrinque glabra, suberecta, breuissimè petiolata.

Stipulæ setaceæ.

Racemi oppositifolii, elongati, terminales longissimi. Bracteæ ouatæ, acutæ, deciduæ.

Pedicelli solitarii.

Flores uiridi-cœrulei.

Legumina depressa, articulis sexconcatenatis.

Habitat in Chilpanzingi circuitibus. Floret Iulio. ♄.

Grandiflorum. Hedysarum foliis pinnatis, biiugis, partialibus obcordatis, leguminibus teretibus, dispermis. Fl. Mex. Ic. 444.

Herba quadripedalis, caule tereti, flexuoso, glabro, geniculato, atro-rubente.

Rami alterni cauli similes.

Folia alterna, biiuga; partialia, opposita, obcordata, punctata, glaberrima.

Petioli communes, teretes, longissimi, subcanaliculati; partiales breuissimi, pilosi.

Stipulæ binæ, subrotundæ, deciduæ, uenis purpureis, exilibus, reticulatim dispositis.

Racemi axillares, simplices, laxi.

Flores lutei, elegantes, congeneribus maiores, solitarii, nutantes.

Bracteæ binæ, congeneribus similes.

Legumina exigua, glabra, biarticulata.

Habitat in Patzquari montibus. Floret Augusto et Septembri. ⊙.

Procumbens. Hedysarum foliis ternatis, oblongis, caule procumbente, leguminibus racemosis, scabris, infimis monospermis. Fl. Mex.

Radix fibrosa, perpendicularis.

Caulis herbaceus, procumbens, strictus, scaber.

Folia alterna, oblonga, supernè glabra, subtus uilloso-albicantia.

Stipulæ setaceæ.

Racemi terminales, simplices, laxi, ascendentes.

Flores gemine è uiridi purpurascentes.

Legumina superiora, articulis quatuor, ad sex; infima, monosperma, scabra.

Habitat in Ayacapixtla. Floret Nouembri. ⊙.

Scandens. Hedysarum foliis ternatis, ouato-oblongis; racemis pendulis, leguminibus teretibus, caule scandente. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, strictus, quinqueangularis, scabriusculus, scandens.

Rami alterni, cauli consimiles.

Folia ternata, foliolis ouato-oblongis.

Racemi terminales simplices.

Flores uiolacei, parui.

Legumina teretia, scabra, articulis septem.

Habitat in Coahuayanæ pratis. Floret Septembri. ⊙.

Prismaticum. Hedysarum foliis pinnatis; leguminibus geminis, prismaticis, glabris, erectis, caule fruticoso. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis.

Rami patente, diffusi, alterni, glabri, striati.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis quinque, alternis, obouatis, subsericeis, subtus albidioribus.

Stipulæ subulatæ, erectæ.

Flores lutei, axillares, raro interfoliacei, gemini, nonnumquam solitarii, sessiles.

Legumina erecta, prismatica, acuminata, glabra, articulis circiter quatuor prominentibus composita, illisque circumsisa.

Habitat in Coahuayanæ agris. Floret Autumno. ♄.

G. CORONILLA.

Ualentina. Coronilla fruticosa foliis subnouenis, stipulis suborbiculatis. Mill. Dict. u. 3. ic. t. 107.

Coronilla fruticosa, leguminibus teretibus, pedunculis multifloris. Saw. Monsp. 235.

Habitat in plurimis Europæ regionibus nunc uero etiam, in Regio horto Mexicano. ♄.

G. GLYCINE.

Ensiformis. Glycine foliis ternatis, leguminibus acinaciformis. Fl. Mex. Ic. 131.

Suffrutex uolubilis.

Caulis teres, simplex, prope apicem tomentosus.

Folia alterna, ternata, ouata, acuta, integerrima, glabra.

Stipulæ oblongæ, acuminatæ, erectæ, persistentes.

Racemi axillares, simplices, nutantes.

Flores purpureo-cœrulei, elegantes, inodori, breuiter pedicellati.

Legumina acinaciformia, ferrugineo-tomentosa.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ locis. Floret Octobris. ♃.

Americana. Glycine uolubilis, foliis ternatis, ouatis, racemis pendulis, leguminibus teretibus. Fl. Mex.

Suffrutex uolubilis, altiorum arborum summitates fere pertingens.

Caulis teres, uolubilis, glaber, læuis, cinerescens.

Folia alterna, ternata, integerrima, glabra; lateralia suboblicua; intermedium longius, petiolatum, acutius.

Stipulæ oblongæ, acuminatæ.

Racemi axillares, eleganti, nutantes.

Flores purpureo-cœrulei, elegantes, inodori; plurimi abortientes.

Legumina teretia, acuminata, glabra, dodrantalia.

Habitat in umbrosis Coahuayanæ nemoribus. Floret Octobri. ♃.

G. CLITORIA.

Uirginiana. Clitoria foliis ternatis, calycibus geminis campanulatis. Gronou. Uirg. 111.

Clitoria maior scandens floribus geminatis. Brow. Iam. 298.

Clitorius trifolius flore minore, cœruleo. Dill. Elth. 90. t. 76. f. 87.

Caulis uolubilis, herbaceus, teres, filiformes, glaber, simplex.

Folia alterna, ternata, foliolis ouatis, acutis, glabris, lateralibus basi altera breuioribus.

Stipulæ oblongo-subulatæ.

Pedunculi axillares, breues, pauciflori, subracemosi.

Flores cœrulei, elegantes, inodori, calycibus geminis campanulatis.

Habitat in prædiis Xorullo uicinis. Floret Septembri. ⊙.

Racemosa. Clitoria foliis ternatis, racemis floribusque pendulis. Fl. Mex. Ic. 423.

Caulis herbaceus, strictus, uolubilis, teres, uillosus.

Folia alterna, ternata, ouata, acuminata, integerrima.

Petiolus communis longus, teres, basi clavatus; propi, breuissimi, crassiusculi.

Stipulæ inferiores ouatæ, concauæ, acuminatæ, patenti-reflexæ; superiores, subulatæ, erectæ.

Racemi laterales, simplices, penduli.

Pedunculi solitarii, gemine, penduli.

Flores albo, purpuresque uariegati, elegantissimi.

Legumina plana, longissima.

Habitat in Coahuayana. Floret Nouembri. ⊙.

G. INDIGOFERA.

Eneaphylla. Indigofera foliis pinnatis, oblongis, caule procumbente, racemis axillaribus. Fl. Mex. Ic. 311.

Indigofera foliis pinnatis, cuneatis, septenibus, caulibus prostratis, spicis lateralibus.

Hedysarum prostratum. Mantiss. 1. p. 102. Burm. Ind. 168. t. 55. f. 1.

Caulis fruticosus sexquidodrantalis, procumbens, pentagonus.

Folia pinnata, foliolis quindecim, lineari-oblongis, setaceo-mucronatis, subtus uilloso-albicantibus.

Stipulæ subulatæ.

Racemi axillares.

Bracteæ minimæ, setaceæ.

Flores coccinei, subsessiles.

Legumina polisperma, subcylindrica, utrinque acuminata, pendula, stylo persistenti, reflexo.

Habitat in Chilapæ collibus et India Orientali. Floret Augusto. ♄.

Anil. Indigofera foliis pinnatis, ouali-oblongis, racemis subspicatis, breuibus; leguminibus reclinatis, recuruis. Fl. Mex.

Indigora foliis pinnatis, lanceolatis, racemis breuibus, caule suffruticoso.

Indigofera foliis pinnatis, foliolis elipticis, acutiusculis, leguminibus reclinatis, recuruis, caule erecto. Mantiss. 2. p. 272.

Xuihquilitl. pitzahac. Hern. Mex. 108.

Suffrutex tripedalis Indigofera Tintoriæ simillimus.

Rami alterni suberecti, teretes, uilloso-albicantes.

Folia impari-pinnata, foliolis ouali-oblongis, supernè glabris, subtus uilloso-albicantibus, æqualibus.

Racemi axillares, lateralesue, subspicati, foliis breuiores.

Legumina polisperma, subteretia, mucronata, suturis gibbosiora superiore dehiscentia.

Habitat passim in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus et in India. Floret Septembri. ♃.

Proprietas. Plantæ huius puluis ulceribus, urina prius ablutis mederifertur, quapropter Palancapatli à plerisque nuncupatur. Folia etiam contusa capitique puerorum admota, dolorem, ac colorem ingentem extinguunt, idque illita cerebro aqua resoluta præstant. Hern. l. c.

Œconomia. Œconomicos usus referre supercedemus modo donec de tinctoriis uegatalibus Mexicanorum opusculum, ad umbilicum ducamus.

Tinctoria. Indigofera foliis pinnatis, impari et superioribus ouatis; inferioribus oblongis, racemis breuibus; caule suffruticoso. Fl. Mex.

Indigofera foliis pinnatis, ouatis, racemis breuibus; caule suffruticoso.

Indigofera leguminibus arcuatis, incanis, racemis folio breuioribus. Amœn. Acad. 1. p. 408. Mill. Dict. n. 1. ic. t. 34.

Habitat in Noua Hispania et in India. ♄.

Stricta. Indigofera fruticosa, erecta, foliis pinnatis, glabris, oblongis; racemis axillaribus uix pedunculatis. Supp. p. 334.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus et Capitæ Bonæ. Spei. Floret Iunio. ♄.

Atropurpurea. Indigofera foliis pinnatis, oblongis, racemis axillaribus, leguminibus pendulis, triquetris. Fl. Mex.

Frutex octopedalis.

Rami alterni, striato-angulati, fuscescentes.

Folia impari-pinnata, nouemiuga, foliolis oblongis, glabris, senioribus setaceo-mucronatis, fusco maculatis.

Stipulæ setaceæ, singulo petiolulorum baseos: partialibus maioribus.

Racemi axillares, longissimi.

Flores atro-purpurei, uexillo super alas incumbente.

Calyces minimi, labio superiore breuiore, obtusissimo, integerrimo, inferiore tridentato.

Legumina subulata, triquetra, pendula.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Iulio. ♄.

G. CICER.

Arietinum. Cicer foliis serratis. Hort. Cliff. 370. Mat. Med. 197.

Cicer satiuum. C. B. P. 347. Camer. Epit. p. 204. Tourn. p. 389.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Uulgo Garbanzo.

Proprietas. Semina, quæ nutritiua, et flatulenta sunt. uirtute diuretica lythontritica, et expellente pollent.

G. CYTISUS.

Nigricans. Cytisus racemis simplicibus, erectis, foliolis ouato-oblongis, glabris, leguminibus moniliformibus. Fl. Mex.

Cytisus racemis erectis, simplicibus, foliolis ouato oblongis. Mill. Dict. n. 3. ic. t. 117. f. 1.

Cytisus foliis ouatis, nitidis, floribus spicatis, cernuis, calycibus et siliquis sericeis. Hall. Helu. n. 361.

Habitat in maris Chapalici littore (ubi Mezquite ab Indis appellatur) et in Europa. Floret toto anno. ♄.

Cayanus?? Cytisus racemis axillaribus, erectis; foliolis sublanceolatis, tomentosis, intermedio longuis petiolato. Fl. Zeyl. 354. Iacq. Obs. 1. p. 1.

Cytisus foliis ouato-oblongis, glabris, racemis axillaribus; floriferis erectis, frutiferis cernuis. Fl. Mex.

Cytisus foliomolli, iucano, siliquis orobis, contortis et acutis. Burm. Zeyl. 86. t. 37.

Cytisus fructescens. Plum. Sp. 19. ic. 114. f. 2.

Phaseolus erectus, incanus, siliquis torosis. Pluk. Alm. 290. t. 213. f. 3.

Thora paeru. Reed. Malab. 6. t. 13.

Arbuscula uigintipedalis, ramis alternis, patentidiffusis, teretibus, glabris, albicantibus.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis uiginti quinque circiter, ouato-oblongis, utrinque glabris, terminali longius petiolato.

Petiolus communis basi clauatus.

Racemi axillares simplices folio breuiores; floriferi erecti, fructiferi, cernui.

Flores dilute purpurei.

Legumina oblonga, subcompressa, isthimis transuersis interrupta.

Habitat in Apatzingam, aliisque calidioribus locis, et in India. Floret Nouembri. ♄.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA PENTANDRIA.

G. THEOBROMA.

Cacao. Theobroma foliis integerrimis. Hort. Cliff. 397. Amœn. Acad. 7. p. 256. Iacq. Obs. p. 2. Mat. Med. 201.

Arbor cauca infera Americana. Piuk. Alm. 40. t. 268. f. 3.

Cacahuaquahuitl. Hern. Mex. 79.

Habitat in utraque America et Americanis Insulis. ♄.

Proprietas. Butyrum ex nucleis excorticatis, tritisque coctionem extractum debilem ac molliusculum, gratum tamen odorem spirat. Indole imprimis blando, pinguique dulciusculo sapore sese commendat, quo sit ut ad coccarum hemorroidum dolores leniendos, labiorum mammarumque fissuras sanandas insigni cum fructu abdibeatur. Ex eisdem nucleis excorticatus ac super mortarium lapidem prunis suppositis calefactum pistillo itidem lapideo inteneriorem pulverem comminutis saccharoque, perinde commixtis uariat pro biuentium libitu ponderis mensura, et cinamoni cortizi pulverizato pasta hodie, iam notissima ac chocolatæ nomine ubique uulgata conficitur quæ seruidà diluta, gratissimam exhibet potionem, aeque inter huc usque cognitas substantias maxime analepticam de qua alibi fusius acturos nos pollicemux.

Œconomia. Nuclei crudi priscis Indis nummorum uices supplebant; adhucdum in plerisque prouinciis iisdem necessaria ueneunt.

Guazuma. Teobroma foliis serratis. Hort. Cliff. 379. Ic. 219.

Guazuma arbor Ulmifolia, fructu expurpureo nigro. Plum. Gen. 36. ic. 144.

Calyx. Perianthium triphyllum, foliolis ouatis, acutis, reuolutis, altero minore.

Corolla. Petala quinque unguiculata, quinque neruia, subrotunda, concauo-galeata, singulo seta bifida cornuta.

Nectarium campanulatum, erecto-patens, petalis minus, foliolis quinque, ouato-lanceolatis, connexis.

Stamina. Filamenta quinque, subulata, longitudine nectarii, cui radiorum instar adnascuntur, apice trifido. Antheræ in singulis staminibus ternæ, raro plures paucioresue, tectæ petalorum fornice.

Pistillum. Germen ouatum; stylus semiquinquefidus, longitudine nectarii.

Stigmata acuta.

Pericarpium. Capsula ouato-oblonga, lignosa, muricata, quinqueloculares, quinqueualuis.

Semina plurima ouato-angulata.

Caulis arboreus quadriorgyalis.

Rami alterni, erecto-patentes, apice tomentosi.

Folia alterna cordato-ouata, inæqualiter serrata, subtomentosa.

Petioli breuisi basi attenuati.

Flores axillares, corymbosi, lutescentes, setis petalolum purpureis.

Stigma quinquefidum.

Habitat in moderate calidis Nouæ Hispaniæ locis et Iamaica. Floret Augusto. ♄.

Quauchololl uel Guacimo. Hern. Mex. 401. Uulgo Quaulote.

Proprietas. Puluis foliorum inspersus umbilicalis uitulorum uermes, in calidis regionibus frequentissimos necat.

Nonnulle etiam asserunt Fructuum decoctum in Scorpionum morsu utilissimo.

ICOSANDRIA.

G. CITRUS.

Medica. Citrus petiolis linearibus. Hort. Cliff. 379. Mat. Med. 201.

Malus Medica. C. B. P. 435.

Limon uulgaris. Tourn. p. 621. Knorr. Del. 1. t. 6.

Habitat in toto fere orbe in temperatis præcipue, calidisque locis. ♄.

Proprietas. Cortex maturus citrii et limonii cardiaca, expellente et stomachali ui gaudet medula succusque, semina antihelmintica, flores autem analeptici.

Aurantium. Citrus petiolis alatis, foliis acuminatis. Hort. Cliff. 379. Mat. Met. 202.

Aurantium acri, seu dulci medulla uulgare. Tourn. p. 620.

Habitat cum præcedenti.

Proprietas. Cortex maturux, folia floresque tonica, stomachali, roborante expellente uirtute pollent. Epilepticis Hipocondriacisque conferunt, Histericis

etiam. Icteris et Scorbutis prosunt. Succus refrigerans et diureticus. Decoctum aut infusum omnium Aurantiorum mire fluxum mensium inmodicum sistit, ut experientia testatur.

Decumanus. Citrus petiolis alatis, foliis obtusis emarginatis. Sist. Ueg. p. 580. Ic. 318.

Limon Decumanus. Rumph. Amb. 2. p. 96. t. 24. f. 2.

Malus Aurantia fructu, rotundo-maximo, pallescente, capus humanum excedente. Sloan. Iam. 212. Hist. 1. p. 41. t. 12. f. 2. 3.

Habitat in Noua Hispania. Americanis Insulis et in India. ♄.

Trifoliata. Citrus foliis ternatis.

Ssè, seu karatas. Hæmph. Amœn. 801. t. 802.

Arbuscula quindecimpedalis.

Rami alterni, patentes.

Folia alterna, ternata, foliolis ouatis, serratis, utrinque glabris, nitidisque.

Petiolus communis serratus; proprii, teretes, breuissimi.

Spinæ axillares, solitariæ, patentes, basi latiores, depressæ.

Flores albi, tripetalii, solitarii, supra axillas spinarum sessiles.

Stamina sex, distincta, petalis duplo longiora.

Baccæ subrotundæ ceresiformes, pulpa uiscida infartæ.

Habitat in Acapulzi hortis et Iaponia. Floret Octobri. ♄.

Uulgo Sinensis Limonulus.

Usus. Conditura è baccis parata magni ab Indigenis habetur.

POLYANDRIA.

G. SYMPLOCOS.

Martinicensis. Symplocos foliis lanceolatis, serratis, petiolatis. Fl. Mex. Ic. 425.

Symplocos Iacq. Amer. 166.

Cofer Indis Pirituensibus uocata, frutex alterior foliis oblongis. Lœfling. 309.

Calyx. Perianthium monophyllum campanulatum, quinquefidum, laciniis subrotundis erectis, membranaceum, persistens.

Corolla. Petala quinque oblonga, obtusa, erecta, supernè, patenti-reuoluta, infernè, filamentis in corpus unum connata.

Stamina. Filamenta plurima, subulata, compressa, quadruplici serie disposita, inferiora breuiora, tubo corollæ accreta, antheræ simplices, subrotundæ.

Pistillum. Germen superum subrotundum, stylus filiformis longitudine staminum, stigma capitatum, trigono-emarginatum.

Arbuscula elegans quindecimpedalis, caule tereti, glabro.

Rami alterni, patentissimi.

Folia alterna, oblongo-lanceolata, serrata, pellucida.

Petioli breuissimi, atro-rubentes.

Racemi axillares, simplices, petiolo breuiores subquinqueflori.

Flores albo-rubentes, breuissimè pedicellati.

Habitat in calidioribus, Nouæ Hispaniæ locis. Floret Octobri. ♄.

G. HYPERICUM.

Perforatum. Hypericum floribus trigyniis, caule ancipiti, foliis obtusis, pellucido-punctatis. Hort. Cliff. 380. Mat. Med. 203.

Hipericum floribus trigyniis, petalis uno latere crenatis, caule ancipiti. Scop. Carn. ed. 2. n. 944.

Habitat in Europa et prope Mexicum. Floret Augusto. ♃.

Proprietas. Herba flores semina balsamica uulneraria, resolutiua, antihelmintica, hæmopthysi conferunt, similibusque morbis.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

G. SCORZONERA.

Graminifolia. Scorzonera foliis lineari-ensiformibus, integris, carinatis. Iacq. Obs. 4. p. 13. t. 100.

Scorzonera Lusitánica gramineo folio, flore pallide luteo. Tourn. p. 477. Buxb. cent. 2. p. 26. t. 21.

Habitat in agris Mexico uicinis Siberia et Lusitania. Floret Augusto. ⊙.

Angustifolia. Scorzonera foliis subulatis, integris, pedunculo incrassato, caule basi uilloso. Iacq. Uindob. 140. Gou. Hort. 406.

Scorzonera caule nudo, unifloro, foliis linearibus. Hall. Helu. n. 11.

Habitat in Sancti Angeli oppido prope Mexicum plurimisque Europæ prouinciis. Floret Iulio. ⊙.

Picroides. Scorzonera foliis superioribus amplexicaulibus, integerrimis, inferioribus runcinatis, pedunculis squammosis. Gou. Hort. 406.

Crepis foliis radicalibus, ouato-oblongis, denticulatis, caulinis lanceolatis, amplexicalibus, pedunculis unifloris, squammosis. Roy. Lugdb. 127.

Habitat Monspelii ac Sancti Angeli hortis propre Mexicum. Floret Iulio. ⊙.

G. SONCHUS.

Aruensis. Sonchus pedunculis calicibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi cordatis. Fl. Dan. t. 606.

Sonchus foliis amplexicalibus, semi-pinnati, serratis, calycibus hispidis. Hall. Helu. n. 23.

Habitat in Nouæ Hisponie et Europæ agris. Floret Augusto. ♃.

Oleraceus. Sonchus pedunculis tomentosis, calycibus glabris. Fl. Dan. t. 682.

Sonchus annuus, ramosus, diffusus, foliis laciniatis. Hort. Cliff. 384.

Habitat in tota fere Noua Hispania et Europa. ⊙.

Proprietas. In officinis mexicanis pro Cicorio Intyno exhibetur.

G. LACTUCA.

Satiua. Lactuca foliis rotundatis, caulinis cordatis, caule corymboso. Mat. Med. 205.

Lactuca satiua C. B. P. 122. Tourn. p. 473.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Proprietas. Diluit, refrigerat, somnum conciliat, ueneremque extinguit.

Scariola. Lactuca foliis uerticalibus, carinna aculeatis. Amœn. Acad. 4. p. 328.

Lactuca foliis semi-pinnatis, neruo spinoso. Hall. Helu. n. 14.

Habitat in Mexicanis hortis, ac in Europa. ⊙.

Uinosa. Lactuca foliis horizontalibus, carinna aculeatis, dentatis.

Lactuca caule foliisque aculeatis. Hort. Cliff. 384.

Habitat in Noua Hispania et Europa Australi. ⊙.

G. CICHORIUM.

Intybus. Cichorium floribus seminis sessilibus, foliis runcinatis. Konrr. Del. 1. t. W. 9. Mat. Med. 206.

Cichorium foliis pinnatis, pinnis triangularibus, dentatis, floribus sessilibus. Hall. Helu. n. 1.

Habitat in Europa, Regioque Mexicano Horto. Floret Augusto. ♄.

Proprietas. Tota planta, amara, aperitiua, tonica et diuretica uirtute donatur. Prodest in melancholia, podagra, hæmorragia, febribusque chronicis.

Endiuia. Cichorium floribus solitariis, pedunculatis, foliis integris, crenatis. Hort. Cliff. 389. Mat. Med. 206.

Cichorium latifolium, seu endiuia uulgaris C. B. P. 125. Tourn. p. 479.

Habitat in Nouæ Hispaniæ hortis et Europa. ⊙.

Proprietas. Tota planta aperitiua et diuretica, est humores demulcet, usuque uenit, in Ictero, et febribus inflamatoris.

G. CYNARA.

Scolymus. Cynara foliis subspinosis, pinnatis, indiuisisque, calycinis squammis ouatis. Blackw. t. 488

Cynara sylvestris latifolia. C. B. P. 384. Tourn. p. 442.

Habitat in Nouæ Hispaniæ temperatis locis et in Europe.

Carduncalus. Cynara foliis spinosis, omnibus pinnatifidis, calycinis squammis ouatis. Mill. Dict.

Cynara foliis pinnatis, foliolis oblongis, indiuisis, caule spinoso. Sauu. Meth. 239.

Habitat in Mexicanis Hispanisque hortis et Insula Creta. Floret Iannuario. ♃.

G. CARTHAMUS.

Tinctorius. Carthamus foliis ouatis, integris, serrato-aculeatis. Hort. Cliff. 394. Mat. Med. 208.

Cnicus satiuus seu Carthamus officinarum C. B. P. 378. Tourn. p. 457. Rumph. Amb. 5. t. 79.

Habitat in Noua ac Ueteri Hispania et Ægipto. ⊙.

Proprietas. Semina cathartica et diuretica, tussi, asthmati, hidropi et Ictero medentur.

Œconomia. Flores colore luteo-rubenti lintea tingut, iisdemque Mercatores Crocum fingunt et prouero uendunt.

G. SPILANTHUS.

Acmella. Spilanthus foliis ouatis, dentatis, trineruis, caule erecto. Fl. Mex.

Spilanthus foliis ouatis, serratis, caule erecto, floribus radiatis. Mat. Med. p. 208.

Uerbesina (Acmella) foliis oblongo-ouatis, trineruis, subdentatis, petiolatis, pedunculis elongatis axillaribus, floribus conicis. Sp. Pl. 3. p. 1271. Mill. Dict. n. 6.

Caulis herbaceus, bipedalis, teres, glaber, subliuidus.

Rami brachiati.

Folia opposita, ouata, dentata, supra basim trineruia.

Petioli canaliculati.

Pedunculi axillares, subbiflori.

Calyces simplices, subcampanulati, squammis, ut plurimum decem alternis minoribus.

Corollæ radiatæ, flosculis exterioribus quadrifidis, discoideis, quinquefidis aliquando.

Habitat pasim in Chilapæ stratis et circuitibus necnon in Zeyland. Floret Septembri. ⊙.

Abecedariam numcupauit Rumphius quia capitulorum radicularumque masticatione â Ludimagistris Ætiopieis, pueris commendata, illorum lingua ad Arabicas litteras pronunciandas fit expeditior.

Proprietas. Herba, eiusque semina amara et bal-

samica, anodyna, diaphoretica, diuretica, atennuantia et emenagoga, in podagra, leucorea et pleuritide usurpantur, miraque in hydrope, iscuria, et calculo præstat, ut quotidiana experientia, comprobatur dicitur.

Ocoxihuitl. Spilanthus foliis alternis, lanceolato-oblongis, dentatis, floribus corymbosis, radiatis. Fl. Mex.

Calyx. Perianthium commune hemisphæricum, foliolis ouatis, imbricatis, subsquarrosis, persistens.

Corolla composita, radiata.

Corollulæ hermaphroditæ, numerosæ in disco.

Fœminæ octo ad decem in radio.

Propria hermaphroditis infundibuliformis, limbo quinquefido, erecto; fœminæ ligulata bidentata.

Stamina filamenta quinque, capillaria, breuissima; anthera cylindrica tubulosa.

Pistillum hermaphroditis germen ouatum, compressum, stilus filiformis, longitudine staminum, stigma bifidum. Fœminis germen obouatum, subtrigonum, stilus filiformis, stigma bifidum, reuolutam.

Pericarpium nullum; calyx inmutatus.

Semina hermaphroditis, ouata, compressa, membranaceo-marginata, apice biaristata, arista altera minora. Fœmineis subtrigona, reliquo hermaphroditis similia.

Receptaculum paleaceum, paleis obtusis, flosculis concoloribus.

Caulis suffruticosus, octipedalis.

Rami alterni, erecti, teretes, glabri.

Folia alterna, lanceolato-oblonga, dentata, subtus tomentosa, breuissimè petiolata.

Pedunculi terminales compositi, corymbosi.

Bracteæ lineares.

Flores lutei.

Habitat in Amecamecæ et Sancti Augustini montibus à Mexico non multum dissitis. Floret Nouembri. ♄.

Ab Indis Ocoxihuitl adpellatur propter resinam è ramis quamdoque manante instar Abietis, Mexicano idiomate Ocotl nuncupatæ.

Squarrosus. Spilanthus foliis ouato-lanceolatis, caule alato, floribus radiatis; calycibus squarrosis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, strictus, quinquepedalis, quadrilatus, subtomentosis.

Folia opposita, ouato-lanceolata, dentata, uenis subtus prominentibus, connexis, oblicuè lineata, utrinque glabra sessilia.

Pedunculi axillares, subtriflori.

Flores lutei, radiati, breuissimè pedicellatis.

Calyces squarrosi, foliolis subrotundis, laxis, undulatis.

Semiflosculi radiantes, ligulati, tridentati.

Semina ouata, plana, membranaceo-marginata, biaristata.

Habitat in Temisci prædio prope Quahunahuacam, ubi dicitur Contrayerba. Floret Septembri. ⊙.

Corymbosus. Spilanthus foliis ouato-lanceolatis, dentatis, rugosis; floribus corymbosis, nonnullis radiatis. Fl. Mex.

Herba tripedalis, caule herbaceo, stricto, fere simplici, tereti, striato, prope apicem tomentoso.

Folia opposita, ouato-lanceolata, dentata, rugosa, utrinque tomentosa.

Petioli breuissimi, tomentosi, supernè canaliculati.

Pedunculi terminales, corymbosi, teretes.

Bracteæ subulatæ.

Flores lutei, nonnullis semiflosculis radiantibus.

Calyces fere simplices, foliolis subequalibus, corolla breuioribus.

Flosculi discoidei, quinquefidi.

Semina ouato-compresa, biaristata, membranaceo-marginata.

Receptaculum planum, paleaceum.

Habitat prope Queretarum, ubi *Limpia tunas* uulgo adpellatur. Floret Maio. ⊙.

Uniflorus. Spilanthus foliis ouato-lanceolatis, subdentatis, floribus solitariis. Fl. Mex.

Herba bipedalis, caule erecto, obtusi, tetragono.

Rami oppositi, teretes, parum uillosi.

Folia opposita, ouato-lanceolata, subdentata, utrinque glabra.

Petioli breuissimi, canaliculati, ciliati.

Pedunculi axillares, solitarii, terminales raro gemini, petiolis multo longiores, filiformes, apices subincrassati.

Calyces fere simplices, foliolis subæqualibus basi incumbentibus.

Corolla uniuersalis discoidea, corollulis quadrifidis, albis.

Semina pilis duobus coronata, altero longiore, innumerisque minoribus, exilioribus marginata.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ⊙.

Heliantiflorus. Spilanthus foliis oppositis, alternis, diuersiformibus, floribus radiatis. Fl. Mex.

Radix perpendicularis, fibrosa.

Caulis herbaceus, erectus, teres, sesquipedalis, uillosus.

Rami infimi oppositi; superiores alterni, erecti, cauli similes.

Folia inferiora opposita; superiora alterna, ouato-serrata, uilloso-subincana.

Petioli in diuersis, diuersè, quibusdam nudi, aliis marginati, integerrimi, auriti aliis, aliis (ut plurimum superioribus) latè marginati, profundè incisi, auriti runcinatum, folium emulantes.

Pedunculi ex ultimis axillis solitarii; terminaliis communiter gemini, teretes, longissimi, uniflori.

Calyces ex duplici serie foliorum patentium, inæqualium, extimis longioribus.

Corollæ luteæ, radiatæ, hermaphroditæ numerosæ,

quinquefidæ, fœminæ radiantes, quindecim circiter, obouatæ, profundè tridentatæ.

Semina hermaphroditis obouata, plano–compressa, margine membranaceo cincta, aristulis duabus, deciduis, altera breuiore, coronata. Fœmineis oblonga, teretia, granulosa, aristiis margineque destituta.

Receptaculum conuexum, paleaceum, paleis carinnatis.

Habitat in Sayula. Floret Decembri et Iannuario. ⊙.

Flores Rutam aliquantulum redolent. *

Amarus. Spilanthus foliis oppositis, alternis, subcordatis, dentato–sinuatis, floribus radiatis. Fl. Mex.

Radix fibrosa, innumeris fibris capillaribus undique obsita.

Caulis herbaceus, erectus, bipedalis, teres, parum pubescens.

Rami tum oppositi, tum alterni, corymbosi, cauli omnino similes.

Folia hinc opposita inde alterna, subcordata, profundè incisa, lobulis dentatis, subuillosa.

Petioli breues, canaliculati.

Pedunculi axillares, solitarii, uniflori; terminales biflori, teretes, longissimi.

Flores parui, radiati, odore ingrato.

Calyces simplices, hemispherici, foliolis lineari–subulatis, carinatis, æqualibus.

Flosculi disci lutei, quadrifidi; semiflosculi radiantes, albi, duodecim circiter, ligulati, bi aut tridentati.

Semina obouata, plana, margine membranaceo cincta, biaristata, arista altera breuiore.

Receptaculum conuexum, nudum.

Habitat in Chilapa prope parietes. Floret Februario. ⊙.

Suberosus. Spilanthus foliis alternis, lanceolato–oblongis, caule alato. Fl. Mex.

Radix tuberosa, fasciculata.

Caulis herbaceus, strictus, sesquidodrantalis, simplex, quinque alatus.

Folia alterna, lanceolato–oblonga, denticulata, scabriuscula.

Petioli marginato, aliis ex uno in alius folium decurrentibus.

Paniculæ axillares.

Flores pallidi inodori.

Pedicelli breuissimè, crassiusculi, erecti.

Semina obouata, compressa, membranula utrinque marginata.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Augusto. ♃.

Heterophyllus. Spilanthus foliis pinnatifido sinuatis, caule brachiato, alato. Fl. Mex. Ic. 155.

Caulis suffruticosus.

Rami diffussi, brachiati, tetragono–alati.

Folia opposita, sessilia, margine utroque decurrente, unde rami alati proueniunt. inferiora pinnatifido-sinuata, lobis dentato, sinuatis, superiora floribus proximiora uel sinuata, uel ouata, dentata, necnon quandoque integerrimi.

Pedunculi terminales ternati, laterales divergentes, intermedio longiores.

Calyces cilindrici, imbricati.

Flores rubri, seminibus membranaceo-marginatis.

Habitat in calidis Ayacapixtlæ, agris ê rapibus, parietibusue, ut plurimum pullulans. Floret Autumno. ♃.

Proprietas. Folia balsamica et uulneraria â quamplurimis professionibus collaudantur magnoque in officinis pretio habentur pro pectoris nonbis debellandis, abortibusque cauendis.

Folia in puluerem redacta ruriculis inferniunt, et agasonibus proquolibet equorum ulcere detergendo, citoque consolidando, unde forsan nec inmerito tantum apud medicos fere omnes æstimationem nacta sunt.

Sinuatus. Spilanthus foliis sinuatis, petiolis marginatis, floribus radiatis, erectis. Fl. Mex.

Suffrutex quinquepedalis, tetragono-alatus, supernè atro–rubens.

Rami oppositi, erecto-patentes, caule similes.

Folia opposita, ouata, sinuata, lobulis septem, nouenæ dentatis, utrinque scabriuscula, tomentosis.

Petioli alati, decurrentes.

Pedunculi axillares, compositi.

Pedicelli erecti, corymbosi.

Flores lutei, radiati.

Semina margine membranaceo, cincta, biaristata.

Habitat in Quahunahuacæ agris.

Occidentalis. Spilanthus foliis ouatis, serratis, supra basim trineruis; floribus axillaribus, pedunculatis, terminalibus, subsessilibus. Fl. Mex.

Suffrutex quinquepedalis.

Rami brachiati, teretes, ferrugineo–tomentosi.

Folia opposita, ouata, serrata, scabra, supra basim trineruia, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares, elongati, solitarii.

Flores axillares, pedunculati; terminales, terni, subsessiles, primario breuiore; omnes lutei, elegantes.

Semina obouata, plana, margine membranaceo cincta, aristique duabus inæqualibus coronata.

Habitat in Chilpanzingi montibus. Floret Iulio. ♃.

G. BIDENS.

Niuea. Bidens foliis lyrato–sagittatis, petiolis marginatis, connatis, seminibus nudis. Fl. Mex.

Bidens foliis simplicibus, subhastatis, serratis, petiolatis, floribus globosis, pedunculis elongatis, seminibus læuibus. Mill. Dict. n. 3.

Bidens foliis cordatis, serratis, petiolatis, floribus globosis, pedunculis filiformibus. Royen Lugdb. 158.

Caulis herbaceus, tripedalis, simplex, strictus, teres, scaber, atro-rubens.

Folia opposita, lyrato-saggitata, dentata, hirsuta.

Petioli marginati, connati.

Paniculæ axillares, difusæ.

Flores albi, fragrantes.

Calyx exterior hexaphyllus, patens.

Semina obouata, læuia, mutica.

Habitat in Ayahualtempec montibus. Floret Septembri. ♄.

Humilis. Bidens foliis ouatis, denticulatis, petiolatis, calycibus simplicibus. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, spithaman longus, procumbens, teres, subvillosus.

Folia opposita, ouata, petiolata, denticulata, supra basim trineruia, glabra, nonnulla de superioribus alterna.

Pedunculi ex foliis infimis, axillares; superiores, interfoliacei, foliis oppositi, uniflori, erecti.

Bracteæ infra calycem simplicem, octophyllum, lineares.

Flores albi, conici, erecti.

Semina biaristata, arista altera breuiore.

Habitat in pratis Hucitantenangi in Tlapæ ditione. Floret Augusto. ⊙.

Tetragona. Bidens foliis rhombeo-lanceolatis, dentatis, caule tetragono-alato, floribus radiatis. Fl. Mex. Ic. 154.

Nauiytepurt. Hern. Mex. 189.

Radix fibrosa, crassa.

Caulis herbaceus, tripedalis, tetragono-alatus.

Rami oppositi, cauli similes.

Folia opposita, rhombeo-lanceolata, basi integerrima, paulo infra medium angulata, hincque ad apicem dentata, subsessilia.

Pedunculi terminales, tetragono-alati, solitarii, uniflori.

Flores lutei, radiati.

Habitat in Sancti Angeli oppido prope Mexicum. Floret Iulio. ♂.

Proprietas. Radice contritæ et semidracmæ pondere ex uino idoneoue alio liquore deuoratæ, album cibis grauatum, per inferna uacuant earumdem pulvis pustulis uenereis inspersus, ea sanat, et ad dracma integram ingestus bilem uomitu expellit, album laxat, urinanque eret. Sudorem quoque elicere fertur, oblatâque causa inflamationis, pleuriticis opitulari, Febribus necnon tumoribus ac cachexiæ, uiscerumque debilitati mederi adfirmatur, ut asserit Hernandius loco citato.

G. CACALIA.

Ficoides. Cacalia caule suffruticoso, foliis compressis carnosis. Mill. Dict. n. 5.

Kleinia foliis carnosis, lanceolatis, compressis, caule teretis. Hort. Cliff. 395.

Senecio Africanus arborescens Ficoidis folii et facie. Comm. Rar. 40. t. 40. Bradl. Succ. 5. p. 11. t. 49.

Habitat in Mexicanorum Carmelitarum Eremo et Æthiopia. Floret Maio. ♄.

Sonchifolia. Cacalia caule herbaceo, foliis lyratis, amplexicaulibus, dentatis. Murray. Comm. Goet. Nou. t. 3. t. 7. Mill. Dict. n. 9.

Muelschaui. Rheed. Malab. 10. p. 135. t. 68.

Senecio Maderaspatanus Sinapio folio floribus paruis luteis. Pluk. Amalth. 193. t. 444. f. 1.

Caulis herbaceus, teres, glaber, atro-rubens, tripedalis.

Folia inferiora lyrata; superiora, cordato-lanceolata, dentata.

Flores purpurei, terminales, corymbosi, calycibus simplicibus.

Habitat in Mexicanorum Carmelitarum Eremo, Sina, et Zeylania. Floret Nouembri. ⊙.

Echinata. Cacalia herbacea foliis reniformibus, cordatis, angulato-dentatis, subtus tomentosis; foliolis calycibus tuberculatis. Suppl. p. 353.

Habitat in Amecamecæ montibus et Canariis. Floret Octobri. ⊙.

Incana. Cacalia caule herbaceo, foliis lanceolatis, dentatis.

Herba quinquepedalis, caule tereti, glabro, tubuloso.

Folia alterna, lanceolata, acutè dentata, basi in petiolum, infernè tuberculatum attenuata.

Paniculæ compositæ, terminales.

Bracteæ subulatæ.

Calyces fere nudi, raro foliolo minimo subulato calyculati.

Flores albi, parui, inodori.

Habitat in temperatis Huangi montibus et India Orientali. Floret Iulio. ⊙.

Lyrata. Cacalia caule herbaceo, sulcato, foliis omnibus lyratis petiolatisque. Fl. Mex.

Caulis herbaceus tripedalis, simplex, succulentus, sulculis plurimis, longitudinalibus exaratus.

Folia alterna, lyrato-oblonga, petiolata, laciniis dentatis.

Superiora sessilia, reliquo inferioribus similia.

Paniculæ axillares.

Flores purpurei calyculati.

Habitat in Ayahualtempæ montibus. Floret Septembri. ⊙.

Sinuata. Cacalia herbacea, foliis sinuatis, dentatis, radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, bipedalis, simplex, teres erectus.

Folia radicalia, petiolata, sinuata, lobulis dentatis, carnosa, glabra, caulinia amplexicaulia.

Pedunculi longissimi, paniculati.
Bracteæ lineares.
Calyces foliolis subulatis, subcalyculati.
Flores pallidè lutei.
Habitat in humidis, umbrosisque Tepelpæ circuitibus prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

Nutans. Cacalia herbacea foliis cordato-angulatis, membranaceis, floribus nutantibus. Fl. Mex. Ic. 145.
Caulis herbaceus, simplex, tripedalis, teres, glaber, purpureus.
Folia alterna, cordata, angulata, membranacea, glaberrima, breuissimè petiolata.
Pedunculi terminales, longissimi, biflori.
Calyces cylindrici, multiflori, nutantes, purpurei.
Flosculi pallidè lutei.
Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

Peltata. Cacalia fruticosa, foliis peltatis, angulatis. Fl. Mex.
Caulis fruticosus, sexpedes, longus.
Rami alterni, teretes, tuberculis nonnullis scabri.
Folia alterna, peltata, angulis profundis, subsinuata, denticulata, subtomentosa.
Petioli teretes, glabri, longissimi.
Pedunculi axillares, racemosi.
Habitat in Amecamecæ Sacromonte. Floret Decembre. ♄.
Tecoamapalxyhuitl, Mexicano idiomate.

Pinnatifida. Cacalia caule herbaceo, simplici, foliis pinnatifidis, laciniis, sinuato-dentatis, tomentosis. Fl. Mex. Ic. 328.
Caulis herbaceus, strictus, tripedalis, simplex, tomentosus.
Folia radicalia, pinnatifida, sinuato-dentata, tomentosa.
Petioli triquetri, tomentosi.
Pedunculi axillares, breues, crassiusculi, teretes, subtriflori.
Calyces multiflori, tomentosi.
Flores pallidé lutei.
Habitat in Mazatlami montibus. Floret Iulio. ⊙.

Spatulata. Cacalia acaulis foliis spatulatis, subtus tomentosis, calycibus imbricatis. Fl. Mex.
Radix fibrosa.
Folia radicalia, spatulata, denticulata, subtomentosa.
Scapus pedalis, teres, tomentosus, uniflorus.
Calyx cilyndricus, imbricatus, squammis lineari-lanceolatis.
Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

Viscosa. Cacalia fruticosa, foliis cordato-ouatis, dentatis, uiscosis. Fl. Mex.
Habitat in Sancti Augustini montibus â Mexico, non admodum dissitis. Floret Septembri. ♄.

Macrophylla. Cacalia herbacea foliis peltatis, sinuatis, caule simplici, undulato, tomentoso. Fl. Mex.
Caulis herbaceus, strictus, tripedalis, simplex, tomentosus, hinc inde ad foliorum exortum incuruatus.
Folia radicalia, peltata, magna, subrotundo-sinuata, lobis sinuato-dentatis, crassiuscula, tomentosa caulina alterna, pauciora, diversiformia.
Racemi axillares.
Bracteæ subulatæ.
Flores albi calycibus exterioribus triphyllus; interioribus, pentaphyllis, foliolis linearibus, subcarinatis.
Habitat in Citlatæ montibus. Floret Septembri. ⊙.

Tuberosa. Cacalia herbacea, foliis ouatis, subdentatis, calycibus imbricatis, laxis. Fl. Mex.
Radix tuberoso-globosa.
Caulis herbaceus, teres, glaber, sesquipedalis, in ramos uirgatos infernè diuisus.
Folia alterna, ouata, basi bidentata, erecta, glabra, breuiter petiolata.
Pedunculi terminales, solitarii, filiformes, nutantes.
Calyces imbricati, squammis ouatis, membranaceis, laxis, subreflexis, trifarian digestis, âpice marcescentibus.
Flosculi plurimi decolores, uix calycem superantes.
Semina oblonga, teretia, iastrta.
Habitat in Puruandiri montibus. Floret Iulio. ⊙.

Digitata. Cacalia herbacea foliis digitatis. Fl. Mex.
Caulis herbaceus, simplex, tripedalis, tubulosus, glaber, striatus, hinc subrubens.
Folia alterna, digitata, foliolis quinque ad nouem, lanceolatis, glabris, integerrimis.
Petiolus communis supernè canaliculatus, rubens.
Pedunculi terminales, paniculati.
Bracteæ subulatæ.
Flores albi, inodori, flosculis circiter decem.
Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

G. EUPATORIUM.

Uniflorum. Eupatorium foliis lanceolatis, integerrimis, calycibus unifloris. Fl. Mex. Ic. 164.
Arbuscula octipedalis, ramis alternis, erecto, corymbosis, teretibus, glabris, punctis prominentibus albicantibus, inspersis.
Folia alterna, lanceolata, integerrima, utrinque glabra, breuissimè petiolata.
Corymbi axillares compositi.
Flores uiolacei, calycibus cylindricis, imbricatis, purpurascentibus flosculosis.
Semina tereti, oblonga, pappo piloso coronato.
Habitat in Xochixtlam et Mexicanorum Carmelitarum Eremo. Floret Nouembri. ♄.

Altissimum. Eupatorium foliis oppositis, lan-

ceolatis, obliquè lineatis, calycibus subquinque floris, caule suffruticosu. Fl. Mex.

Eupatorium foliis lanceolatis uenosis, inferioribus extimo subserratis, caule suffruticoso. Gronou. Uirg. 118. Iacq. Hort. t. 164.

Eupatorium Uirginianum longissimis et angustissimis foliis. Moriss. Hist. 3. n. 97. Rai. Suppl. p. 187.

Caulis suffruticosus, sexquiorgyales.

Rami oppositi, exiles, subangulati, glabri.

Folia opposita, lanceolata, uenis subtus prominentibus obliquè lineata.

Petioli canaliculati, duplo folio breuiores.

Pedunculi exultimis axillis et ramorum apicibus, in paniculam globosam congesti.

Flores albi.

Calycinæ squammæ bifariæ, extimis minoribus.

Habitat in Tlaltenangi hortis, et Pensyluania. Floret Septembri. ⊙.

Lanceolatum. Eupatorium foliis oppositis, lanceolatis, subserratis, calycibus octifloris, caule suffruticoso. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus, quinquepedalis, teres, glaber.

Rami brachiati, glaberrimi.

Folia opposita, lanceolata, subserrata, glabra, uenis subtus prominulis, subrugosa, breuiter petiolata.

Paniculæ axillares.

Flores albi.

Habitat in Mazatlami montibus. Floret Aprili. ♃.

Suffruticosum. Eupatorium foliis alternis, lanceolato-oblongis, serrulatis, erectis, calycibus octifloris. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus, septempedalis.

Rami alterni, stricti.

Folia alterna, oblongo-lanceolata, erecta, acute, serrulata, glabra, sessilia.

Pedunculi axillares, paniculati.

Flores albi, octiflori.

Habitat in Sancti Angeli hortis prope Mexicum. Floret Augusto. ♃.

Rosmarinifolium. Eupatorium foliis alternis, linearibus, reuolutis, calycibus decem floris. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus, quinquepedalis.

Rami alterni, teretes, glabri.

Folia alterna, linearia, subcarinata, margine reuoluta, sessilia.

Pedunculi axillares, triflori.

Calyx oblongi, imbricati, squammis purpureo-maculatis.

Flosculi decem.

Stigmata uix flosculis longiora.

Habitat in Chilapæ montibus. Floret Septembri. ♃.

Thyrsoideum. Eupatorium foliis ouato-oblongis, crenatis, petiolis marginatis, caule herbaceo, tubuloso; calycibus decem floris. Fl. Mex. Ic. 378.

Caulis herbaceus, octipedalis, simplex, teres, tubulosus, glaber, membrana petiolorum decurrente alatus.

Folia opposita, ouato-oblonga, uenoso-reticulata, utrinque glabra, magna.

Petioli marginati.

Racemi ex summis axillis, terminalesque thyrsoidei.

Calyx cylindrici, imbricati, subdecemflori.

Flosculi albi.

Habitat in humidis umbrosisque Quahunahucæ hortis, moderateque calidis aliis Nouæ Hispaniæ. Floret Decembri. ⊙.

Ternatum. Eupatorium foliis ternatis, incisis, intermedio trilobato, pedunculis solitariis. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, tripollicaris, erectus, strictus, subangulatus, fusco purpurascens.

Rami alterni, erecti, cauli similes.

Folia alterna, ternata, foliolis lateralibus dentato-lobatis, oblicuis, intermedio profunde trilobato, lobis obouatis, lateralibus tridentatis, intermedio subtrilobo, dentato.

Petioli filiformes longitudine foliorum.

Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, filiformes, longissimi.

Calyx cilindricus, imbricatus, squammis linearibus, extus purpurascentibus.

Corollulæ numerosissimi, purpureæ, uix odoratæ.

Pappus ex setis senis.

Habitat in anfractibus Guadalaxaræ uicinis.

Floret Aprili. ♂.

Proprietas. Folia masticata acrimonia prædita saliuam mouent.

Cœlestinum. Eupatorium foliis cordato-ouatis, obtusè serratis, petiolatis; calycibus multifloris. Gron. Uirg. 119. Mill. Dict. n. 19.

Eupatorium Scorodoniæ folio, flore cœruleo. Dill. Elth. 140. t. 114. f. 139.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, strictus, bipedalis, teres, uillosus, subindiuisis.

Folia opposita, cordato-ouata, dentata, uenoso-rugosa, infernè albicantia, breuiter petiolata.

Corymbi terminales congesti.

Flores dilutè cœrulei.

Habitat in mexicanus agris, Uirginia et Carolina. Floret Septembri. ⊙.

Aromaticum. Eupatorium foliis ouato-lanceolatis, dentatis, trineruiis, petiolatis, calycibus simplicibus, multifloris. Fl. Mex.

Eupatorium foliis ouatis, obtuso-serratis, petiolatis, trineruiis; calycibus simplicibus. Gronou. Uirg. 120.

Eupatorium caule erecto, ramoso, foliis ouatis, obtusè serratis, petiolatis. Gronou. Uirg. 1. p. 277.

Suffrutex quadripedalis, caule tereti, uiscido, uilloso, fusco-purpureo.

Rami brachiati, erecto-patentes, cauli similes.

Folia opposita, petiolata, ouato-lanceolata, dentata, trineruia.

Rami terminales, subcorymbosi.

Calyx simplices, flosculis uigentiquinque circiter, albicantibus, duplo longioribus.

Styli uix flosculis longiores.

Habitat in Quahunahuacæ anfractibus, aliisque Nouæ Hispaniæ locis et in Uirginia. Floret Iulio. ♃.

Microphyllum. Eupatorium foliis triangulari-ouatis, nouem crenatis, subtus tomentosis, fusco-uenosis, panicula conglomerata terminali, pedunculo elongato. Supp. p. 355.

Suffrutex sarmentosus.

Rami brachiati, diffusi, teretes, striati, uillosi.

Folia opposita, triangulari, ouata, petiolata, supra basim trineruia, subtomentosa, crassa, dentibus, siue crenaturis, circiter nouem.

Corymbi ex ultimis foliorum axillis, lateralibus elongatis, diuergentibus, primario breuiore.

Calyces cylindrici, imbricati, multiflori, læues, squammis muticis.

Flosculis purpurei numerosi.

Habitat in utraque America. Floret Nouembri. ♃.

Trineruatum. Eupatorium foliis ouato-lanceolatis, integerrimis, supra basim trineruis, calycibus multifloris, floribus paniculatis. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus, quinquepedalis, striatus.

Folia alterna, ouato-lanceolata, integerrima, supra basim trineruia, glabra, breuissimè petiolata.

Paniculæ axillares terminalesque.

Bracteæ subulatæ.

Flores albi.

Styli uix flosculis longiores.

Habitat in Acahuizotlæ montibus. Floret Iunio. ♃.

Tomentosum. Eupatorium foliis alternis, obtusè lanceolatis, calycibus multifloris, hemisphæricis. Fl. Mex.

Caulis fruticosus quadripedalis.

Rami alterni, teretes, striati, ad apicem ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna, obtusè lanceolata, subtus tomentosa, breuissimè petiolata.

Pedunculi terminales multiflori.

Flores purpurei.

Habitat in humidis Quahunahuacæ locis. Floret Februario. ♄.

Triangulari. Eupatorium foliis triangularibus, crenatis, pedunculis uiscosis; calycibus multifloris. Fl. Mex. Ic. 172.

Caulis suffruticosus, quinquepedalis, obtusè tetragonus, sulcatus.

Rami oppositis, terminales, tomentosi.

Folia opposita, trigona, crenata, rugosa, subtus pubescentia.

Pedunculi axillares, corymbosi, rubentes, uiscosi.

Bracteæ lineares.

Flores purpurei, fragrantissimi.

Habitat in Ixtapalapæ clibo prope Mexicum. Floret Octobri. ♃.

Yolochichitl Mexicane.

Cuspidatum. Eupatorium foliis imis oppositis, summis alternis, ouatis serratis, setaceo-mucronatis, calycibus multifloris. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, bipedalis, strictus, teres, striatus, uillosus.

Rami infimi oppositi, superiores alterni, indiuisi.

Folia infima opposita, superiora alterna, sessilia, ouata, serrata, dentibus, setaceo-mucronatis.

Pedunculi axillares, paniculati, subquinqueflori.

Bracteæ subulatæ.

Calyces ouato-oblongi, multiflori, squammis lanceolatis, cuspidatisque.

Flores pallidè lutei, nutantes.

Habitat in aridis Chilapæ circuitibus. Floret Septembri. ⊙.

Solanifolium. Eupatorium foliis alternis, ouato-oblongis, dentatis, margine scabris, caule fruticoso, calycibus multifloris. Fl. Mex.

Caulis fruticosus, quinquepedalis.

Folia alterna, ouato-oblonga, dentata, margine scabra, supernè albicantia, subtus tomentosa, breuissimè petiolata.

Pedunculi corymbosi.

Flores purpurei.

Habitat in Quahunahuacæ circuitibus. Floret Septembri. ♄.

Decurrens. Eupatorium foliis oblongis, acutis, dentatis, decurrentibus, calycibus multifloris. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, sesquipedalis.

Folia alterna, oblonga, acuta, è medio ad apicem dentata, circa basim margine reuoluta, decurrentia.

Corymbi terminales.

Flores purpurei.

Habitat in humidis Quahunahuacæ locis. Floret Februario. ⊙.

Cœruleum. Eupatorium caule simplici, herbaceo, foliis lanceolatis, trineruis, calycibus multifloris. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, sesquipedalis, simplex, teres, serratus.

Folia opposita, lanceolata, subserrata, supernè scabra, subtus uillosa, supra basim trineruia, breuissimé petiolata.

Corymbus terminalis, pedunculo longissimo.

Bracteæ lineares.

Calyces multiflori.

Habitat in Chilpantzingi circuitibus. Floret Iulio. ⊙.

Obseruatio. Uariat floribus albis cœruleisque.

Zibellinum. Eupatorium caule herbaceo, foliis lanceolatis, subdentantis, trineruis, calycibus multifloris. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, bidodrantalis, strictus, teres, pubescens.

Rami infimi oppositi, superi alterni, uiscosi.

Folia opposita, nonnullo alterna, petiolata, lanceolata, basi integerrima, ad apicem dentata, trineruia, uiscosa, marcescentia.

Pedunculi axillares, longissimi, uniflori.

Bracteæ setaceæ.

Calyces multiflori.

Flores purpurei, paniculati.

Habitat in riuulorum Quahunahuacensium marginibus. Floret Martio. ⊙.

Planta hæc Moschum redolet, unde nomen impositum.

Atropurpureum. Eupatorium foliis alternis, ouato-lanceolatis, subcrenatis, calycibus multifloris, hispidis, subsquarrosis. Fl. Mex.

Suffrutex orgyam longus.

Rami alterni, erecto-corymbosi, teretes, striati, apice ferrugineo-tomentosi, atro-purpurascentes.

Folia alterna, ouato-lanceolata, subdentata, supernè scabra, subtus uillosa, breuissimè petiolata.

Pedunculi ex ultimis foliorum axillis, terminalesque corymbosi, apice incrasati, primario in centro breuiore.

Bracteæ lineari, lanceolato-membranaceæ.

Calyces multiflori, imbricati, squammis ouatis, membranaceis, cuspidatis, subsquarrosis, purpurascentibus.

Corollulæ intensè purpureæ.

Habitat in Amecamecæ Sacro Monte. Floret Nouembri. ♃.

Uerticillatum. Eupatorium foliis ternis, lanceolatis, calycibus multifloris. Fl. Mex.

Frutex quinquepedalis.

Rami terni, oppositiue, patenti, diffusi, teretes, glabri.

Folia terna, lanceolata, integerrima, glabra, supra basim trineruia, subsesilia.

Pedunculi terminales, subterni, subtriflori.

Flores albi.

Receptaculum paleis breuissimis, setisque interpositis ramosis, instar Pteroniæ instructum.

Habitat in Ayacapixtla. Floret Nouembri. ♄.

Squarrosum. Eupatorium foliis cordatis, ouatis, petiolatis, sessilibus, calycibus squarrosis, multifloris. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus, quadripedalis.

Rami exiles, teretes, uillosi.

Folia figura et insertione uaria, nonnulla cordata, ouata, alia inferiora petiolata, superiora sessilia, cuneata, crenata, rugosa, utrinque uillosa.

Flores paniculati.

Habitat in humidis Quahunahuacæ locis. Floret Februario. ♃.

Subulatum. Eupatorium foliis lineari-subulatis, confertis, pedunculis solitariis, calycibus multifloris. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus, bipedales.

Rami exiles diffusi.

Folia lineari-subulata, conferta, sessilia.

Pedunculi axillares, uniflori.

Flores uiridi lutei.

Habitat cum præcedenti. Floret Aprili. ♃.

G. AGERATUM.

Febrifugum. Ageratum foliis oppositis, lanceolatis, subdentatis, caule ramoso. Fl. Mex. Ic. 141.

Caulis herbaceus bipedalis, teres, glaber, subincarnatus.

Rami oppositi configuratione caulis.

Folia opposita, lanceolata, subdentata.

Paniculæ terminales.

Flores albi, calycibus quadriphyllis concoloribus.

Corollulæ quinquefidæ.

Semina margine, membranaceo-coronata, absque aristis.

Habitat in montibus Mexici circuitibus, ubi ab aliis *Xoxonitztac* ab alius *Yoloxiltic* adpellatur. Floret Augusto. ⊙.

Proprietas. Quasi magnum sudorificum ab Indis commendatur, in febribus utilissimum.

Uiscosum. Ageratum foliis oppositis, ouatis, crenatis, corollis quinquefidis, caule simplici. Fl. Mex. Ic. 142.

Caulis herbaceus, simplex, bipedalis, strictus, teres, uilloso-uiscosus, purpurascens.

Folia opposita, ouata crenata, uillosa.

Petioli marginati.

Pedunculi axillares, longissimi, corymbosi.

Bracteæ ouatæ, acuteæ, concauæ.

Flores albi fragrantes, foliolis calycinis linearibus erectis.

Corollulæ quinquefidæ.

Habitat ad margines fluuii Sancti Angeli prope Mexicum. Floret Iulio. ♂.

Purpureum. Ageratum foliis alternis, oblongis integerrimis, corollulis quinquefidis. Fl. Mex. Ic. 143.

Caulis simplex, sesquipedalis, strictus, teres, uillosus.

Folia alterna, sessilia, oblonga, trineruata, supernè glabra, subtus uillosa.

Corymbi terminales compositi.

Flores purpurei, fragrantissimi, foliolis calycinis linearibus.

Semina margine membranaceo, absque aristis coronata.

Habitat in Sancti Angeli circuitibus. Floret Augusto. ♂.

Pipitzahuatl Mexicanè.

Obseruatio. Uariat floribus albis, caule purpureo, scabro, foliisque etiam scabris.

Laciniatum. Ageratum foliis oppositis, laciniatis, floribus axillaribus, paniculatis. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus, sesquipedalis, teres, glaber, atro-rubens.

Rami oppositi, tenues, configuratione caulis.

Folia opposita, laciniis linearibus fisa.

Pedunculi axillares, paniculati.

Flores albi ut plurimum in unoquoque calyce quini, quinquefidi, foliolis calycinis lineari-subulatis.

Semina aristis subsenis coronata.

Habitat ad torrentes fluminis Ayacapixtlæ. Floret Nouembri. ♃.

Riuale. Ageratum foliis alternis, laciniatis, pedunculis terminalibus, solitariis. Fl. Mex.

Calyx communiis, obouatus, simplex, foliolis, sex, obouato-oblongis, concauis, conniuentibus, persistens.

Corolla composita uniformis, corollulis, hermaphroditis, tubulosis, æqualibus numero foliorum.

Propria, infundibuliformis, limbo quadrifido, patentiusculo.

Stamina, filamenta quinque, capillaria, breuissima, anthera cylindracea, tubulosa.

Pistillum. Germen inferum oblongum, stylus filiformis, longitudine staminum, stigma, bifidum, planum, reuolutum.

Pericarpium nullum, calyx inmutatus.

Semina obouata, tetragona. Pappus margo membranaceus, aristis coronatus.

Receptaculum nudum, planum, punctatum.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, pedalis, erectus, strictus.

Rami alterni, cauli simillimi.

Folia alterna, multipartita, laciniis linearibus.

Pedunculi terminales, uniflori.

Flores lutei fragrantes.

Habitat in Sancti Oppido, ad margines riuulorum. Floret Iulio. ⊙.

Tlalahoacatl. Mexicanè.

Obseruatio. Uariat floribus albis.

Striatum. Ageratum foliis alternis, lineari-lanceolatis, serratis, caule simplici, striato. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, sesquipedalis, strictus, simplex, striatus, subtomentosus.

Folia alterna, lineari-lanceolata, serrata, subsessilia.

Pedunculi axillares, corymbosi.

Bracteæ subulatæ.

Flores albi, fragrantes, foliolis calycinis, lineari-subulatis.

Habitat in Sancti Augustini montibus, prope Mexicum. Floret Septembri. ⊙.

Agerato purpureo, ualde affinis, cuius forte uarietas.

G. CALEA.

Oppositifolia. Calea corymbis congestis, pedunculis longissimis, foliis ouato-lanceolatis, caule herbaceo, seminibus nudis. Fl. Mex.

Calea corymbis congestis, pedunculis longissimus, foliis lanceolatis, caule herbaceo. Amœn. Acad. 5. p. 404.

Santolina erecta, foliis linearibus, oppositis, ternatis, floribus remotis terminalibus. Brown. Iam. 315.

Herba tripedalis, caule tereti, striato-uilloso.

Folia opposita, ouato-lanceolata, denticulata, trineruia scabria.

Corymbi longe pedunculati.

Bracteæ lineares, acutæ.

Flores fului.

Gemina obouata, nuda.

Habitat in Sancti Augustini montibus, prope Mexicum. Floret Septembri. ⊙.

G. TARCHONANTHUS.

Glaber. Tarchonanthus foliis ouatis, integerrimis, calycibus heptaphylliis, caule fruticoso. Fl. Mex.

Tarchonanthus foliis glabris, integris, dentatisque. Supp. p. 360.

Frutex decempedalis.

Rami oppositi, raro alterni, erecti, teretes, atrorubentes.

Folia opposita, ouata, integerrima, scabra, scariosa, erecta, basi in petiolum breuissimum, protensa.

Pedunculi axillares, solitarii, erecti, longissimi, scabri, teres, apice incrassati.

Calyces heptaphylli, foliolis oblongis, ciliatis, intus, adque apicem, atro-purpureis, inæqualibus.

Corollæ purpureo-rubentes, inodoræ.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum et Capite Bonæ Spei.

Floret Iulio. ♄.

Tota planta inodora.

Çaçamaca. Tarchonantus foliis oblongo-lanceolatis, serratis, scabris, caule suffruticoso. Fl. Mex.

Çaçanaca. Herr. Mex. 184.

Suffrutex tripedalis, caule ramisque erectis, teretibus ad summitatem, uillosis, scabris.

Folia opposita, oblongo-lanceolata, serrata, scabra, scariosa, uenoso-reticulata, subtus tomentosa, sessilia.

Pedunculi axillares, solitarii, uillosi, ferè longitudine foliorum, terminales subquaterni, breuiores.

Calyces ê foliolis circiter septem, lanceolatis, extimis maioribus, apicei denticulatis.

Flores albi, purpureo uariantes.

Habitat in montibus uersus Coahuayanam sitis. Floret Decembri. ♃.

Proprietas. Infusum radicis, siue puluis eiusdem ad dracma semis, quæ acris et amara est, dolores â flatu et frigore ortos, uacuatis intestinis, tollant, lumbricus pellant, et defluxibus albi medentur. Si uero duarum dracmarum pondere ex aqua, aut uino deuorentum, aluum leniter soluit, urinam euocat, febris eliminant, et uentris torminan placat. Michoacanensis Xararum huius modi herbam adpellant, eiusque radicis succo hausto dolores â lue venerea profectos leneri, semen retentum elici, enisarum renes roborari, motum impeditam restitui ac obstruccionibus et cruditatibus sesim contabescunt instaurari, mensesque fœminis euocari adfirmant. Lanugo quædam radici innascitum igni excipiendo, atque aliquamtulum fouendum, aptissima, cuius ope ulcera etiam sanari dicuntur, ut refert Hernandius loco citato.

G. ATHANASIA.

Capitata. Athanasia corymbis terminalibus compositis, foliis ouato-acutis, scabris. Fl. Mex.

Athanasia floribus terminalibus subsessilibus, folis lanceolatis hirsutis. Amœn. Acad. 6. Afr. 50. Berg. cap. 237.

Chrysanthemum Conizoides Æliopicum capitulo aphyllo, foliis Mariorana. Breyn. Cent. t. 78. Moriss. hist. 3. p. 21. Sect. 6. t. 3. f. 48.

Herba bipedalis caule erecto, simplici, tereti, scabriusculo.

Folia opposita, ouato-oblonga, acuta, scabra, erecta sessilia.

Pedunculus communis terminalis, longissimus, defineus in corymbum paruum compositum ê pedicellis quinque aut sex subquinque floris.

Flores lutei, uix odore aliquo præditi.

Habitat in Ario et Capite Bonæ Spei. Floret Septembri. ☉.

Dentata. Athanasia corymbis compositis, foliis ouato-lanceolatis, serratis, trineruis. Fl. Mex.

Athanasia corymbis compositis, foliis recuruis, inferioribus linearibus, dentatis; superioribus, ouatis, serratis.

Santolina corymbis compositis, fastigiatis, foliis inferioribus linearibus, dentatis; superioribus, ouatis, serratis. Hort. Cliff. 398.

Habitat in Ayahualtempæ montibus, et Capite Bonæ Spei. Floret Augusto. ♄.

Pumilla. Athanasia foliis linearibus, hirsutis, integris, incisis, pedunculis longissimis, unifloris. Fl. Mex. Ic. 140.

Athanasia foliis linearibus, pilosis, pedunculis unifloris, folio longioribus. Supp. p. 362.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, sesquidodrantalis, ascendens, simplex, teres, hirsutus.

Folia alterna, linearia, profunde incisa, laciniis linearibus, indeterminatis, raro integerrima, hirsuta, sessilia.

Pedunculus terminalis, teres, longissimus, apice incrassatus, uniflorus.

Flores lutei, inodori.

Corollulæ radiates, laciniis tribus extimis triplo maioribus.

Habitat in Sancti Angeli agris propi Mexicum, et Capite Bonæ Spei. Floret Augusto. ☉.

Obseruatio. Uariat foliis imis linearibus, integerrimis, summis trifidis, necnon cunctis, inciso-digitatis.

Procumbens. Athanasia foliis lanceolatis, dentatis; pedunculis terminalibus, longissimis, unifloris. Fl. Mex.

Herba dodrantalis, procumbens, caule indiuiso, ascendenti, uilloso.

Folia opposita, lanceolata, dentata, utrinque uillosa breuiter petiolata.

Pedunculus terminalis, longissimus, uniflorus.

Corolla alba, flosculis radiantibus profundius fisis, reliquisque maioribus.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ☉.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

G. TANACETUM.

Integrifolium. Tanacetum foliis ouatis, serratis, seminibus muticis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus dodrantalis.

Folia opposita, ouata, obtusè serrata, glabra.

Pedunculi axillares, paniculati.

Bracteæ lineares.

Flores albi.

Semina mutica.

Habitat in umbrosis Ayacapixtlæ circuitibus. Floret Nouembri. ☉.

G. ARTEMISIA.

Absinthium. Artemisia foliis compositis, multifidis; floribus subglobosis, pendulis; receptaculo uilloso. Hort. Cliff. 404. Mat. Med. 212. Stechm. de Artemisia p. 14.

Absinthium foliis incanis, pinnatis, pinnis primis

trilobatis, pinnulis incisis, lanceolatis; spicis heteromallis, floribus pendulis. Hall. Helu. n. 124.

Habitat in plurimis Nouæ Hispaniæ et Europæ locis. ⊙.

Proprietas. Herba floresque amarissimi, balsamici, et antiseptici, antihelmintici, febrifugi, antinerıæ, stomachi, expellentes.

Uulgaris. Artemisia foliis pinnatifidis, planis, incisis, subtus tomentosis; racemis simplicibus recuruatis, florum radio quinqueflora. Mat. Med. p. 212. Stechm de Artemisia. p. 32. Blak. t. 431.

Artemisia foliis infernè tomentosis, pinnatis, pinnis acutè dentatis, spica paniculata, erecta. Hall. Helu. n. 130.

Habitat cum præcedenti. ♃.

Ixtacciatl Mexicanorum.

Proprietas. Confert uiribus cum præcedenti, atque pro illa propinari indistinctè solet in officinis.

Integrifolia. Artemisia foliis lanceolatis, subtus tomentosis, integerrimis, dentatisque, flosculis fœmineis quinis. Mill. Dict. n. 2.

Artemisia foliis planis, lanceolato-linearibus, inferioribus sæpe expinnato-dentatis. Gmell. Sib. 2. p. 109. t. 48. p. 1.

Habitat in Noua Hispania et in Siberia. ♃.

Eodem ac præcedens à Mexicanis nomine insignitur.

G. GNAPHALIUM.

Cylindricum. Gnaphalium herbaceum foliis sessilibus, oblongis, tomentosis, corymbis inæqualibus; calycibus glabris, cylindricis, sessilibus Amœn. Acad. 6. Afr. 58.

Gnaphalium Æthiopicum, minus ramosum, capitulis coccineis. Pluk Phyth. t. 298. f. 4.

Caulis herbaceus, sesquipedalis, tomentosus.

Folia alterna, sessilia, oblonga, utrinque tomentosa.

Corymbi terminales inæquales.

Calyces cilindrici, argentei.

Flosculi omnes, hermaphroditi, aurei.

Habitat in Sancti Augustini montibus prope Mexicum et Capite Bonæ Spei. ⊙.

Ixixcatzin Mexicanè.

Uulgo dicitur Gordolobo, seu Uerbascum.

Pedunculure. Gnaphalium herbaceum foliis stipulatis, subamplexicalibus, subtus tomentosis, calycinis squammis acutiusculis.

Caulis herbaceus sesquipedalis.

Rami diffusi, elongati.

Folia spatulata, amplexicaulia, superiora lanceolata, alterna, facie subnuda, subtus tomentosa.

Pedunculi terminales conglobati.

Bracteæ dispersæ, lineares.

Calyces luteo-rubentes.

Flosculi intensè lutei.

Habitat in Sancti Angeli agris prope Mexicum et Capitæ Bonæ Spei. Floret Septembri. ♂.

Odoratissimum. Gnaphalium herbaceum, foliis decurrentibus, obtusis, mucronatis, utrinque tomentosis, planis.

Gnaphalium aureo-fuluum. Berg. cap. 257.

Elicrysum foliis linearibus, decurrentibus, subtus incanis; floribus corymbosis. Mill. Dict. n. 21. Ic. t. 131. f. 2.

Caulis herbaceus sesquipedalis, foliis decurrentibus alatus.

Folia lineari-oblonga, decurrentia, utrinque tomentosa.

Corymbi terminales.

Flores aureo-fului.

Habitat in Sancti Angeli montibus. Floret Augusto. ⊙.

Fœtidum. Gnaphalium herbaceum foliis amplexicalibus, integerrimis, acutis, subtus tomentosis, caule ramoso. Hort. Cliff. 402. Mill. Dict. n. 13. Berg. Cap. 246.

Gnaphalium Africanum, latifolium, fœtidum, capitulo argenteo. Commers. Hort. 2. p. 111. t. 56. Uolf. Norimb. 194. t. 194.

Caulis herbaceus, bipedalis, ramosissimus.

Folia alterna, amplexicaulia, oblonga, acuta, integerrima, superiora decurrentia.

Corymbi terminales, conglomerati.

Flores argentei, uti tota planta, fœtidi.

Habitat in Sancti Augustini agris prope Mexicum et in Æthiopia. Floret Septembri. ⊙.

Uulgo *Suis herba* dicitur inter mexicanos.

Margaritaceum. Gnaphalium herbaceum foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, alternis, caule supernè ramoso, corymbis fastigiatis. Hort. Cliff. 401. Gmel. Sib. 2. p. 104.

Filago foliis lanceolatis subtus tomentosis, floribus umbellatis. Hall. Helu. n. 146.

Caulis herbaceus, bipedalis, tomentosus.

Rami ad apicem caulis, horizontales.

Folia alterna, lineari-lanceolata, decurrentia, utrinque tomentosa.

Corymbi conglobati.

Flores argentei, uix pedunculati.

Habitat in Sancti Augustini agris, prope Mexicum et Kamtschatca aliisque Americæ locis. ♃.

Syluaticum. Gnaphalium caule herbaceo, simplicisimo; foliis oblongo-spatulatis, floribus axillaribus subspicatis. Fl. Mex.

Gnaphalium caule herbaceo, simplicimo, floribus sparsis. Hort. Cliff. 402. Gmell. Sib. 2. p. 106. Fl. Dan. 254.

Filago foliis linearibus, alis spiciferis. Haller Helu. n. 148.

Habitat passim in temperatis, ac frigidis Nouæ

Hispaniæ locis arenosisque Europæ syluis. Floret Iulio. ⊙.

Paruiflorum. Gnaphalium foliis oblongis, decurrentibus, racemis corymbosis, calycibus subcilindricis. Fl. Mex.

Herba quinquepedalis, caule stricto, ramisque alternis, alatis, suberectis, ad summitatem tomentosis.

Folia alterna, oblonga, acuta, decurrentia subdenticulata, subtus tomentosa.

Pedunculi ex ultimis foliorum axillis, erecti, corymbosi, tomentosi.

Flores dilutè purpurei, odoratissimi, calycibus, subcilindricis.

Bracteæ subulatæ.

Habitat in inhospitalibus, Tepalcatepeci, et Coahuayanæ montibus. Floret Iannuario. ⊙.

G. PERDICIUM.

Radiale. Perdicium floribus subradiatis, calyce exteriore tetraphyllo, caule fruticoso.

Inula Trixis. Amœn Acad. 5. p. 406.

Trixis frutescens, foliis nitidis, ouatis, dentatis, floribus comosis. Brown. lam. 312. t. 33. f. 1.

Caulis suffruticosus, quinquepedalis.

Rami alterni, teretes, glabri.

Folia alterna, ouato-lanceolata, integerrima, supernè glabra, subtus subsericea, breuissimè petiolata.

Pedunculi axillares, triflori.

Flosculi hermaphroditi in disco, fœminis subradiantibus.

Habitat in Ayacapixtlæ agris et Iamaica. Floret Octobri. ⊙.

Mexicanum. Perdicium herbaceum floribus subradiatis, hermaphroditis, foliis lanceolatis, dentatis, scariosis. Fl. Mex. Ic. 363.

Calyx. Perianthium commune, oblongam, imbricatum foliolis lanceolatis, corolla breuioribus.

Corolla composita æqualis, corollulæ hermaphroditæ, circiter quinque, æqualis.

Propria hermaphroditi, tubulosa, bilabiata; labio interiore, prouecto flore, in duas lacinias acutas, reuolutas, ad basim finditur, exteriore tridentato, lineato-reuoluto.

Stamina. Filamenta quinque, capillaria, breuissima, anthera cylindracea, tubulosa, apice quinquedentata, basi setis decem caudata.

Pistillum germen paruum, oblongum; stylus, simplex, filiformis, longitudine staminum; stigma bifidum, obtusum.

Pericarpium nullum, calyx inmutatus.

Semina obouata, oblonga, pappus pilosus, calyce duplo longior.

Receptaculum nudum.

Herba septempedalis.

Caulis simplex, strictus, glaber, striatus, haud raro, atnon undique atro rubens.

Folia alterna, sessilia, obtusè lanceolata, acutè dentata, scariosa.

Paniculæ axillares, foliosæ, pedicellis subquinquefloris.

Flores pallidi.

Anthera decumbens, apice albicans.

Habitat in Chilapæ montibus.

Floret Septembri et Octobri. ⊙.

Decurrens. Perdicium floribus subradiatis, calyce exteriore, hexaphyllo; foliis decurrentibus. Fl. Mex. Ic. 156.

Caulis suffruticosus, quinquepedalis, simplex, uillosus.

Folia alterna, lanceolata, dentata, decurrentia, uillosa.

Flores lutei, terminales, fasciculati.

Habitat in Ayacapixtlæ agris. Floret Nouembri. ♃.

Cordatum. Perdicium floribus flosculosis, bilabiatis, calycibus imbricatis, paleis cuspidatis, caule herbaceo. Fl. Mex. Ic. 157.

Xararo. Hern. Mex. 196.

Caulis herbaceus, strictus, tripedalis, striatus, glaber, atro-rubens.

Rami alterni.

Folia alterna, amplexicaulia, cordato-oblonga, acute, dentata, scabra, scariosa.

Paniculæ axillares, diffusæ.

Bracteæ lanceolatæ, membranaceæ.

Calycinæ, squamæ ouatæ, cuspidatæ.

Flores purpurei.

Habitat in plerisque Nouæ Hispaniæ locis. ⊙.

Proprietas. Succus herbæ sexquiunciæ pondere emeticum lutum euadit, plurimis que montis per utile pharmacum. Hern. loc. cit.

G. ERIGERON.

Glutinosum. Erigeron foliis lanceolato-linearibus, piloso uiscidis, pedunculis unifloris. Ger. Prot. 205.

Conyza montana, foliis glutinosis, pilosis. C. B. P. 265. Rai. Hist. 256.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃.

Caroliniarum. Erigeron caule paniculato, floribus subsolitariis, terminalibus, foliis linearibus, integerrimis.

Uirga aurea Carolinensis, Linneriæ. Monspessulaniæ foliis. Dill. Elth. 412. t. 306. f. 393.

Caulis herbaceus, bipedalis, teres, striatus, glaber.

Rami alterni, paniculati.

Folia alterna, linearia, integerrima, sessilia.

Pedunculi axillares, uni aut biflori.

Flores albi.

Habitat in Sancti Angeli oppido propre Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

Canadense. Erigeron caule floribusque paniculatis, glabris; foliis lineari-lanceolatis, subdentatis. Fl. Mex.

Erigeron caule floribusque paniculatis. Hort. Cliff. 407.

Habitat in Noua Hispania, Uirginia et Canada, ac in plurimis Hispaniæ locis. ⊙.

Mexicanum. Erigeron foliis lanceolatis, integerrimis, paniculis, secundis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus tripedalis, simplex, teres, uillosus.

Folia alterna, lanceolata, integerrima, raro uersus apicem denticulata, sessilia.

Paniculæ axillares aggregatæ secundæ.

Flores lutei.

Habitat in Sancti Angeli, oppido prope Mexicum. Floret Iulio. ⊙.

Undulatum. Erigeron foliis lanceolatis, subdentatis, paniculis axillaribus, ramis fruticosis, undulatis. Fl. Mex.

Frutex octipedalis.

Rami alterni, erecto-patentes, undulati, teres, striati, apice subtomentosi.

Folia alterna, lanceolata, subdentata, supernè scabriuscula, subtus læuia, glabra, breuiter petiolata.

Pedunculi axillares, paniculati.

Bracteæ setaceæ.

Flores albi.

Habitat in Xochistlam. Floret Octobri. ♄.

G. SENECIO.

Aureus. Senecio corollis radiantibus, foliis crenatis, infimis cordatis, petiolatis, superioribus pinnatifidis, lyratis. Grow. Uirg. 126.

Iacobæa Uirginiana, foliis imis. Alliariæ, glabris, caulescentibus. Bartaræ. Motiss. Hist. 3. p. 110. Rai. Supp. p. 180.

Caulis herbaceus, simplex, sexquipedalis, glaber.

Folia radicalia, cordata, crenata, glabra, petiolata, caulina, pinnatifida, lyrata.

Corymbi terminales.

Flores intensè lutei.

Habitat in Mexicanorum. Carmelitarum Eremo, humidisque, et umbrosis Uirginiæ et Canadæ locis. ⊙.

Doria. Senecio corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis subdecurrentibus, nudis, lanceolatis, denticulatis, superioribus, sensim minoribus. Iacq. Austr. t. 185. Palla. It. 1. p. 200.

Solidago caule simplici, corymbo terminali, pedunculi terminalibus nudis, foliolo subiecto breuisimo. Hort. Cliff. 410.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃.

Linifolius. Senecio corollis radiantibus, foliis linearibus, integerrimis, corymbo subsquammato, caule herbaceo. Forsk. Ægypt. Cent. 5. p. 150. Pall. It. p. 372.

Solidago foliis linearibus, integerrimis, corymbo simplici. Hort. Cliff. 410.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum, plurimisque Europæ locis. Floret Augusto. ♃.

Longifolius. Senecio corollis radiantibus, foliis linearibus, sparsis, caule fruticoso. Berg. cap. 279.

Iacobæa Africana, folio capillaceo uiridi. Herm. Afric. 14.

Caulis suffruticosus quadripedalis.

Folia lineari-oblonga, sparsa, raro denticulata, supernè asperiuscula, subtus tomentosa.

Corymbi terminales.

Flores lutei.

Habitat in Mexici circuitibus et capitæ Bonæ Spei. Floret Octobri. ♃.

Rotundifolius. Senecio corollis nudis, foliis cordato, subrotundis, angulatis, caule herbaceo, tomentoso. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, quadripedalis.

Rami alterni ad apicem tomentosi.

Folia alterna, cordato-subrotunda, angulata, denticulata, subtus tomentosa.

Pedunculi axillares, corymbosi.

Flores lutei, radiati.

Habitat in umbrosis Xochistlami circuitibus. Floret Nouembri. ⊙.

Quahuacahuali Mexicani. ⊙.

Alatus. Senecio corollis radiantibus; foliis radicalibus, ouato-lanceolatis, petiolatis; caulinis, lanceolato, oblongis, sessilibus; floribus corymbosis. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, sesquipedalis, simplex erectus, teres, glaber.

Folia radicalia, petiolata, ouato-lanceolata, serrata glabra, petiolis marginalis, caulina lanceolato-oblonga, sessilia.

Corymbi terminales compositi.

Flores lutei, radix patente.

Habitat in Mexicanorum Carmelitarum Eremo. Floret Nouembri. ⊙.

G. ASTER.

Squarrosus. Aster foliis cordato-oblongis, serratis, amplexicaulibus, calycibus, squarrosis; pedundunculis nudis. Fl. Mex.

Herba bipedalis, ramis alternis, teretibus, glabris, corymbosis, strictis.

Folia alterna, cordato-oblonga, acutè serrata, amplexicaulia, erecta, utrinque glabra.

Pedunculi terminales, solitarii, nudi.

Calyces subglobosi, squammis subulatis, apice reflexis.

Corollulæ radix ligulatæ, integerrimæ.

Semina aristis quinis, aut senis coronata.

Habitat in Puruandiri montibus. Floret Iulio. ☉.

G. SOLIDAGO.

Altissima. Solidago paniculato-corymbosa, racemis recuruis, floribus ascendentibus; foliis eneruis, serratis. Hort. Ups. 259. Mill. Dict. n. 8.

Uirga aurea altissima serotina, panicula speciosa, patula. Mart. Cent. 14. t. 14.

Habitat in Sanctæ Rosæ montibus prope Guanaxuatum. Floret Iulio. ♃.

Mexicana. Solidago caule obliquis; pedunculis ascendentibus, ramosis; foliis lineari-lanceolatis, integerrimis. Fl. Mex.

Solidago caule obliquis pedunculis erectis, foliatis, ramosis, foliis lanceolatis, integerrimis. Hort. Cliff. 409. Roy. Lugdb. 161.

Uirga aurea Mexicana. C. B. P. 517.

Frutex quinquepedalis.

Rami alterni, inordinati, teres, glabri.

Folia alterna, lineari-lanceolata, integerrima, glabra, sessilia.

Pedunculi terminales, ascendentes, subcorymbosi.

Flores lutei.

Habitat in Mexici circuitibus, ubi uulgo Xarilla, adpellatur. Floret Septembri. ♄.

Canescens. Solidago foliis rotundato-angulatis, denticulatis, subtus tomentosis, panicula corymbosa. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, strictus, erectus, striato-angulatus, atro-purpureus, tomentosus.

Folia alterna, subrotundo-angulata, denticulata, membranacea, supernè glabra, subtus tomentosa.

Pedunculi axillares longissimi, teres, tomentosi.

Pedicelli corymbosi.

Bracteæ subulatæ.

Flores flaui, radio octipetalo.

Habitat in Sancti Angeli, montibus prope Mexicum. Floret Septembri. ☉.

Sinuata. Solidago foliis sinuato-angulatis, glaberrimis, paniculis corymbosis. Fl. Mex.

Frutex octipedalis.

Rami alterni, erecto-corymbosi, caule similes.

Folia in ramorum apicibus, fasciculata, lobato-angulata, angulis septem, acutis, utrinque glabra, supernè nitida, subtus albicantia.

Petioli longi, teres, basi incrassati.

Paniculæ terminales corymbosæ.

Flores pallidi.

Habitat in Quayuacami saxetis. Floret Iulio. ♄.

Pinnata. Solidago paniculato-corymbosa, foliis pinnatis. Fl. Mex.

Herba bidodrantalis, caule tereti, tubuloso, striato.

Rami alterni, rari cauli similes.

Folia alterna, impari-pinnata, foliolis alternis, obouato-dentatis, rugosis, impari, subrotundo, maiore.

Paniculæ axillares, subcorymbosæ.

Flores pallidi, semiflosculis radiantibus bidentatis.

Habitat in Sancti Augustini montibus prope Mexicum. Floret Septembri. ☉.

G. INULA.

Tomentosa. Inula foliis ouato-lanceolatis, repandis, subtus tomentosis. Fl. Mex.

Caulis fruticosus septempedalis.

Rami alterni, infernè glabri, uersus apicem tomentosi.

Folia alterna, petiolata, ouato-lanceolata, repanda, denticulata, supernè glabra, subtus tomentosa.

Corymbi axillares.

Flores lutei.

Habitat in Mexicanorum Carmelitarum Eremo. Floret Nouembri. ♄.

G. DORONICUM.

Pardalianches. Doronicum foliis cordatis, obtusis, denticulatis, radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus. Mill. Dict. t. 128. Iacq. Austr. t. 150.

Doronicum foliis cordatis, obtusis, imis longè petiolatis; superioribus amplexicaulibus. Hall. Helu. n. 88.

Acahual Mexicanorum.

Habitat passim in temperatis Nouæ Hispaniæ locis, et in Europa. ♂.

G. BELLIS.

Perennis. Bellis scapo nudo. Fl. Dan. t. 503. Blakw. t. 200. Knorr. Del. t. M.

Bellis scapo nudo, unifloro. Hort. Cliff. 418.

Habitat passim Noua Hispaniæ et Europa. Floret toto anno. ♃.

Annua. Bellis caule subfolioso.

Bellis caule ramoso, multifloro, pedunculis longissimis unifloris. Gou. Ilustr. p. 69. R.

Habitat in hortis Queretarensibus et Europa. Floret Iulio. ☉.

G. TAGETES.

Patula. Tagetes caule subdiuiso patulo. Hort. Cliff. 418. Knorr. Delem. 1. t. 57. Ic. 149.

Tanacetum Africanum, seu flor Africanus minor. C. B. P. 133.

Tagetes indicus minor, simplici flore, siue caryophyllus Indicus; siue flor Africanus. Bauhin Hist. 3. p. 98. Tourn. p. 488.

Tepecempoalxochitl. Hern. Mex. 156.

Radix fibrosa.

Caulis bipedalis, supernè subdiuisus.

Folia pinnata, foliolis lineari-lanceolatis, serratis, apice setigeris.

Pedunculi fistulosi, incrasati.

Calyces trochiformes.

Corollæ radiantes, fuluo maculate.

Habitat in Mexicis circuitibus. Floret Augusto. ⊙.

Proprietas: foliorum succus expressus aut ipsa, folia contusa, ex aqua, uinoue deuorata, estomachica, emenagoga, diuretica, sudorifica, carminantia, aphrodisiaca, aperitiua, tonica et febrifuga. Illita paulo ante accessionem, intermittentium, frigus arcent. Hern. loc. cit.

Erecta. Tagetes caules implici, erecto, pedunculi nudis, unifloris. Hort. Cliff. 418. Konow. Del. 1. t. 5. 6. a.

Tanacetum Africanum maius simplici flore. C. B. P. 133.

Habitat Mexici. Floret Iulio. ⊙.

Punctates. Tagetes caule diuiso, erecto; foliis pinnatis, punctato-glandulosis, pedunculi setigeris, uniflori. Fl. Mex. Ic. 379.

Cococatzim Mexicanorum.

Calyx. Perianthium commune ouatum, simplex, monophyllum, sulcatum, orde dentato, setaceo, glanduloso basi, calyculato, bracteis glandulis setaceis.

Corolla composita, radiata, corollulæ hermaphroditæ numerosæ in disco, fœmine, circiter decem in radio.

Propria hermaphroditi infundibuliformis, limbo quinquepartito, laciniis subulatis.

Fœminea obouata, apice denticulata.

Stamina, filamenta quinque capillaria, breuissima; anthera cilindracea, tubulosa, fœmineis nulla.

Pistillum hermaphroditis, et fœminis ut in congeneribus.

Semina et receptaculum ut in congeneribus.

Obseruatio. Calyx ab impulsu flosculorum, vel seminum expansione multoties finditur, ut polyphyllum appareat ex quo, et numero petalorum radii, serieque bractearum basim calyculatium dubium tyronibus de genere oboritur.

Caulis herbaceus, ratione loci plus uel minus asurgens, raroque pedebus quatuor longior.

Rami oppositi, erecti, tubulosi, striati.

Folia infima opposita, pinnata, foliolis septem, ouato-lanceolatis, biseriatis, glandulis lutescentibus prominulis, marginalibus, punctatis; superiora alterna, quo magis, terminalia, dissimiliora.

Stipulæ setacæ, basi numerosiores, ramosæ, apice, sordidè purpurascentes, interruptæ.

Pedunculi axillares, longissimi, solitarii, uniflori.

Bracteæ subulatæ, alternæ, setaceæ, glandulosæ.

Flores coccinei, elegantes.

Habitat in Mazatlami, Chilapæque montibus. Floret Octobri. ⊙.

Proprietas. Tota planta camphorium odorem spirat eiusdem folia, ab Indis auide deuorantur, iis quippe languentem uenerent asserunt excitari. Quod tamen certissimum indicare par est, illam nempe uiribus omnibus uinioridibus, quam congeneres gaudere.

Anethina. Tagetes caule simplici, erecto, foliis simplicibus, floribus corymbosis. Fl. Mex. Ic. 150.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, bipedalis, strictus, simplex, erectus, teres, striatus.

Folia opposita, ouali-oblonga, apice subserrata, punctata, glabra, sessilia.

Corymbi axillares, terminalesque, pedicellis subtriflori.

Flores lutei.

Flosculi hermaphroditi, subseni, fœmini radiantes, quaterni circiter, glaberrimi.

Habitat in Sancti Angeli hortis prope Mexicum ubi *Hypericum* dicitur. Floret Septembri. ⊙.

Proprietas. Tota planta anisi odorem et saporem, non tamen mitem, sed grauem exhibet Pharmacopolæ Mexicani specie hac pro Hiperico officinali utuntur, nec alis eam nomine dignoscunt.

Fragrantissima. Tagetes caule ramoso, erecto, pedunculis nudis unifloris. Fl. Mex.

Herba sesquidodrantalis, caule ramossissimo, brachiato, ramis erectus, corymbosis, obsoletè tetragonis, glabris.

Folia opposita, pinnata, foliolis linearibus, integerrimis, glabris.

Petioli basi utrinque uni setacei.

Pedunculi in ultimis foliorum axillis, solitarii, nudi.

Flores inter congeneres, minimi difformes, semiflosculis radialibus, tantum binis albis integerrimis.

Semina margine membranaceo, aristis binis coronata.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ regionibus. Floret Augusto. ⊙.

Uulgo dicitur *Anisillo* quia suauissimo ac fragrantissimo Anisi odore pollet.

G. ZINNIA.

Elegans. Zinnia floribus pedunculatis, foliis amplexicaulibus, subquinqueneruis, seminibus muticis. Fl. Mex. Ic. 332.

Caulis herbaceus, strictus, sexquipedalis, teres, hirsutus.

Rami oppositi, configuratione caulis.

Folia opposita, ouato-oblonga, acuta, amplexicaulia, subquinque neruia, scabra.

Pedunculi terminales, longissimi, teretes, scabriusculi, apice incrassati.

Calyx oblongus, squammis apice fuscis.

Petala radiantia, octo, cuneiformia, lineata, purpurea, discus luteus, corollulis intimis longioribus.

Semina mutica.

Receptaculum paleaceum, paleis ad apicem, purpureis ciliatis.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

G. PECTIS.

Ciliaris. Pectis foliis linearibus ciliatis. Amœn. Acad. 5. p. 407. Ic. 452.

Iacobæa Salicis, foliis ad margines uillosis. Plum. Sp. 10. Ic. 151. f. 2.

Caulis procumbens tripollicaris.

Ramuli diffusi.

Folia linearia, sessilia, ad basim ciliata.

Flores lutei, sessiles, subsolitarii.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

Punctata. Pectis foliis linearibus, integerrimis, subtus punctatis. Iac. Amer. 216. t. 128.

Chondrilla foliis angustis, et ad oras punctatis. Plum. Sp. 10. Ic. 86. f. 1.

Herba septempollicaris, caule ramisque procumbentibus, teretibus, strictus, tomentosis.

Folia opposita, linearia, erecta, integerrima, cuspidata, margine membranacea, exsucca, pili longissimis, circa basim ciliata, subtus punctata, sessilia, glabra, albicantia.

Pedunculi terminales, filiformes, longissimi.

Bracteæ oppositæ, subulatæ, minimæ.

Flores lutei.

Semina paleis axilibus coronata.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ⊙.

Maritima. Pectis foliis oblongis, basi ciliatis, subtus punctatis, corollis radiantibus octonis. Fl. Mex.

Herba procumbens, ramis in terram depressis, teretibus, striatis, glabris, supernè, fusco-rubentibus.

Folia opposita oblonga, nonnulla, oblongo-eliptica, integerrima, utrinque glabra, subtus punctata, albicantia, basi ciliata, in petiolum membranaceum cum oppositum connatum attenuata.

Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, foliolis, floralibus linearibus oppositis, inferioribus, ciliatis.

Flores lutei, congeneribus maiores, foliolis calycinis octo-carinatis, totidemque semiflosculis, radiantibus.

Habitat in arenosis Oceani Australis littoribus. Floret Decembri. ⊙.

G. CHRYSANTHEMUM.

Montanum. Chrysanthemum foliis imis spatulatis; supernè serratis, summis lineari-oblongis, integerrimis. Fl. Mex.

Chrysanthemum, foliis imis, spatulato-lanceolatis, serratis, summis, linearibus. Iacq. Obs. 4. p. 9. t. 91.

Leucanthemum montanum minus. Tourn. p. 492.

Habitat in anfractibus Guadalaxaræ uicinis. Floret Aprili. ⊙.

G. MATRICARIA.

Parthenium. Matricaria foliis compositis, planis foliolis ouatis incisis, pedunculis ramosis. Hort. Cliff. 416. Fl. Daw. t. 674. Mat. Med. 217.

Matricaria foliis pinnatis, laciniis obtusis, floribus umbellatis. Hall. Helu. n. 100.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♂. ♃.

Proprietas. Folia floresque, odoratissima, amaraque ui pollent, anodina prouide, tonica stomachali, emenagogue danantur, Mammis adplicata lac repellunt.

Camomilla. Matricaria receptaculis conicis radix patentibus, seminibus nudis, squammi calycinis margine æqualibus. Gmel. Sib. 2. p. 200. Blakow. t. 298. Mat. Med. 217.

Matricaria foliis capillaribus, duplicato-pinnatis, lanceolatis, bifidis, trifidisque. Hall. Helu. n. 101.

Chamomillum uulgare. Pharmacop.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Proprietas. Herba, floresque amari, fragrantes emollientes, in tertiana, cardialgia, colica prægnantium uomitu, calculo-disuriaque usurpantur.

G. ANTHEMIS.

Chia. Anthemis, foliis pinnatifidis, laciniatis, pedunculis nudis subuillosis. Hort. Cliff. 415. Rog. Lugdb. 172.

Chamemellum Chium, uerum folio-crassiore, flore magno. Tourn. Corollan. 37. Hall. Gœt. 391. Zimn. Gœt. 413.

Herba bipedalis, caule erecto-ramisque alterni.

Folia alterna pinnatifida, laciniis, sinuatis, subuillosis.

Pedunculi axillares, apice incrassati, subbiflori.

Flores lutei radix albo uariantes.

Habitat in Ixtapalapæ cliuo et Insula Chio. Floret Septembri. ☉.

Americana. Anthemis foliis oppositis petiolatis, ouatis dentatis, trineruiis, pedunculis, longissimis, uniflori. Fl. Mex.

Anthemis foliis oppositis, petiolatis, ouatis, serratis, trineruis, receptaculo, conico. Supp. p. 378.

Radix fibroso, ramoso.

Caulis herbaceus sexquipedalis, teres uillosus, parum ramosus.

Rami oppositi, terminales, erecto-patentes, cauli simillimi.

Folia opposita, ouata, petiolata, dentata glabra, trineruia.

Pedunculi terminales, solitarii, longissimi uniflori.

Flores lutei.

Habitat in utraque America. Floret Augusto. ☉.

Palustris. Anthemis foliis lanceolatis, dentatis, amplexicaulibus, pedunculis axillaribus, longissimis, unifloris. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus sexquipedalis, teres tubulosus, pubescens.

Rami oppositi cauli simillimi.

Folia opposita lanceolata, dentata, quinqueneruia, glabra, amplexicaulia.

Pedunculi axillares, longissimi, solitarii, uniflori, uillosi.

Flores lutei.

Habitat in margines aquæductuum Mexicanorum. Floret Iulio et Augusto. ☉.

G. ACHILLEA.

Ptarmica. Achillea foliis lanceolatis, acuminatis, argutè serratis. Mat. Med. 219. Fl. Darr. t. 643.

Achillea, foliis linearibus, lanceolatis, acutissimè serratis. Hall. Helu. n. 117.

Habitat in Europa frigidisque Ayahualtempæ montibus. Floret Augusto. ♃.

Proprietas. Radix, herba floresque inodori, acris, sialagogi sternutatori, thauromotici et antiodontalgici.

Millefolium. Achillea foliis bipinnatis, nudis lacinis, linearibus, dentatis, caulibus supernè sulcatis. Hort. Cliff. 413. Fl. Dan. t. 737. Mat. Med. 219.

Achillea, foliis pinnatis, pinnis, semipinnatis incisis et integris. Hall. Helu. n. 108.

Habitat in Mexicanorum Carmelitarum Eremo. plurimisque Europæ locis. Floret Octobri. ♃.

Proprietas. Herba, floresque, amari, narcotici, tonici, adstringentes et uulnerari. In hypochondriasi hemorroidibus, hæmopthysi, ac uulneribus usurpantur.

G. TRIDAX.

Procumbens. Tridax foliis dentato-subtrilouis, hirsutis caule repente. Fl. Mex.

Tridax. Hort. Cliff. 418.

Aster Americanus procumbens foliis laciniatis, et hirsutis. Houston Mss.

Herba in terran depressa, caule ramisque oppositis repentibus, cunctisque ferè articulis, radicantibus teretibus hirsutis.

Folia opposita, ouata, dentata, hirsuta dentibus, imis profundioribus, hastato-subtriloba, breuiter petiolata.

Pedunculi terminales longissimi, erecti, teretes pubescentes uniflori.

Flores albi.

Calyces simplici serie squammarum.

Semina pappo plumoso coronata.

Habitat in Apatzingami, Veræcrucisque agris. Floret Octobri. ☉.

G. AMELLUS.

Paniculatus. Amellus, foliis oppositis, ouato-lanceolatis, trineruiis, pedunculis paniculatis. Fl. Mex.

Frutex decempedalis, ramis oppositis, teretibus, scabris.

Folia oppositis ouato-lanceolata, denticulata, trineruia, scabra, breuissimè petiolata,

Pedunculi axillares, paniculati.

Flores albi.

Habitat in Quahunahuacæ circuitibus. Floret Martio. ♄.

Linearis. Amellus foliis alternis, lineari-oblongis, sessilibus, scabris. Fl. Mex.

Habitat in Mexicanorum Carmelitarum Eremo. Floret Decembri.

G. ECLIPTA.

Prostrata. Eclipta caule prostrato, foliis subundulatis, subpetiolatis.

Uerbesina (prostrata) foliis lanceolatis, serratis, floribus alternis, geminis, subsessilibus. Sp. Pl. 3. p. 1272. Mill. Dict. n. 4.

Colata prostrata. Siss. Nat. 2. p. 564.

Habitat in Sancti Augustini, montibus â Mexico, non admodum dissistis, ac India Orientali. Floret Septembri. ☉.

G. UERBESINA.

Fruticosa. Uerbesina, foliis oppositis ouatis, serratis, petiolatis caule fruticoso. Mill. Dict. n. 9.

Bidens foliis ouatis, serratis, petiolatis, caule fruticoso. Hort. Cliff. 391.

Caulis quinquepedalis.

Rami brachiati.

Corymbi terminales.

Calyces subsquarrosi.

Flores lutei, radio albo uariantes.

Habitat in Chilpanzingi montibus, et America Meridionali. Floret Iulio. ♄.

Acmella. Uerbesina foliis oppositis, oblongo-ouatis, petiolatis, subdentatis, ciliatis, pedunculis axillaribus, elongatis. Fl. Mex.

Uerbesina foliis oppositis, oblongo-ouatis, trineruis, petiolatis, subdentatis, pedunculis elongatis axillaribus, floribus conicis. Sys. Nat. p. 568.

Caulis herbaceus sesquidodrantalis, infernè subcompressus, supernè teres, uillosus.

Rami oppositi, teres, uillosi, supernè dichotomi.

Folia opposita, oblongo-ouata, subdentata, ciliata, uillosa, scabriuscula, breuissimè petiolata.

Pedunculi axillares, breuissimi, primarius ex ramorum dichothomia elongatus.

Flores exigui, semiflosculis quinis, tridentatis, albis.

Habitat passim in Noua Hispania. ⊙.

Mexicana. Uerbesina foliis oppositis, oblongo-ouatis, trineruis, sessilibus, calycibus simplicissimus; seminibus muticis. Fl. Mex.

Statura et habitus, præcedentis.

Folia opposita, ouato-oblonga, trineruia, integerrima, ciliata, uilloso-scabriuscula, sessilia.

Flores lutei, parui, terminales, terni, subsessiles; primarius in ramulorum dichothomia solitarius, longissimè pedunculatus.

Calyces octophylli circiter, simplicissimi.

Semiflosculis radiantes quot foliola calycina bidentati, nec illis longiores.

Semina obouata, mutica.

Habitat cum præcedenti. ⊙.

Fragrans. Uerbesina foliis alternis, ouatis, subdentatis. Fl. Mex.

Suffrutex quinquepedalis.

Rami alterni, teretes, glabri.

Folia alterna, ouata, subdentata, subsericea, breuiter petiolata, sapore aromatico prædita.

Pedunculi terminales corymbosi.

Flores lutei, radio dimidiato, semiflosculis circiter octonis.

Habitat in Queretari circuitibus. Floret Maio et Iunio. ♃.

Camomilloides. Uerbesina foliis oppositis, triangularibus, dentato-sinuatis, pedunculis unifloris, calycibus simplicibus, polyphyllis. Fl. Mex.

Radix fibrosa, horizontalis.

Caulis herbaceus, perennis, sesquispithamam longus, ascendens, teres, glaberrimus, subruber.

Rami oppositi, erecto-patentes, cauli consimiles.

Folia opposita, triangularia, dentato-sinuata, subuillosa, nonnulla, ouato trilobata, mucronata.

Petioli breuissimi, depressi, patentes.

Pedunculi axillares, terminalesque, filiformes, solitarii geminiue, altero longiore, uniflori, pubescentes, discus conicus luteus.

Calyces marginata, pappo-biaristato coronata, arista altera longiore.

Receptaculum nudum, conicum.

Habitat in oppido Zapotlan. Floret Februario. ♃.

Tota planta camomillam redobet.

Latifolia. Uerbesina foliis oppositis, ouatis, utrinque acuminatis, amplis, trineruatis, seminibus muticis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, simplex, dodrantalis, scabriusculus.

Folia opposita, oblonga, apice attenuata, dentata, scabra, sessilia.

Pedunculus solitarius, longissimus, uniflorus.

Calyx imbricatus, squammis intimis, membranaceis.

Semina biaristata.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Maio. ⊙.

Trineruata. Uerbesina foliis oppositis, subdentatis, oblongo-ouatis, trineruiis, sessilibus, pedunculis longissimis unifloris. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, pedalis, simplex, uillosus.

Folia opposita, sessilia, oblongo-ouata, subdentata, trineruia uillosa.

Pedunculi axillares, longissimi, uniflori.

Bracteæ lineares.

Petala radii oblonga, tridentata.

Habitat in Mazatlami montibus. Floret Iulio. ⊙.

Polipetala. Uerbesina foliis oppositis, ouatis, subserratis, scabris, pedunculis axillaribus, subtrifloris, radio decapetalo. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, bipedalis, strictus, scaber.

Rami oppositi, suberecti scabri.

Folia opposita, ouata, subserrata, scabra, supra basim trineruia, breuissimè petiolata.

Pedunculi axillares, subtriflori.

Flores lutei, radio decapetalo.

Semina aristis plurimis coronata, altera longiore.

Habitat in Acahuizotlæ montibus. Floret Iulio. ⊙.

G. BUPHTHALMUM.

Heliantoides. Buphthalmum foliis oppositis, ouato-oblongis, dentatis, trineruiis, caule herbaceo procumbente; pedunculis incrassatis. Fl. Mex. Ic. 151.

Buphthalmum foliis oppositis, ouatis, serratis, triplineruiis, calycibus, foliolis, caule herbaceo. Hort. Ups. 264.

Helianthus foliis ouatis, acuminatis, serratis, pedunculis longissimis. Gron. Uirg. 127.

Radix fibroso-ramosa.

Caulis herbaceus, procumbens, teres, strictus, striatus, uillosus.

Rami oppositi, assurgentes.

Folia opposita, ouato-oblonga, profundè dentata, trineruia.

Pedunculi axillares, terminalesque, longissimi, fistulosi, apice incrassati.

Calycinæ squamæ oblongæ, imbricatæ, margine membranaceo, lutescente.

Flores lutei.

Habitat in Sancti Angeli oppido prope Mexicum. Floret Augusto. ♂.

Diuersifolium. Buphthalmum foliis radicalibus, petiolatis, ouatis, caulinis lanceolatis, sessilibus. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, sesquipedalis, simplex, teres, uillosus.

Folia radicalia, fasciculata, petiolata, ouata, dentata, scabriuscula, uillosa, caulina alterna, rara lanceolata, sessilia.

Pedunculus terminalis solitarius, uniflorus.

Flores dilute purpurei.

Semina aliis nuda, aliis uillosa, pappo coronata.

Receptaculum nudum.

Habitat in Tepelpæ diuo prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

POLYGAMIA FRUSTANEA.

G. HELIANTHUS.

Annuus. Helianthus foliis omnibus cordatis, trineruatis, pedunculis incrassatis, floribus cernuis. Knorr. Del. 1. t. S. 1.

Helenium Indicum maximum. C. B. P. 276.

Corona solis maxima. Tour. p. 488.

Chimalacatl Peruina. Hern. Mex. 228.

Habitat in plurimis Americæ prouincis et in Europa. Floret Iunio. ⊙.

Giganton ab aliis, ab aliis autem *Tegularum zea*, adpellatur.

Proprietas. Semina pectoralia, ardores extinguentia, liberalius tamen deuorata capitis dolorem excitantia. Hern. loc. cit.

Œconomia. Eadem tusa in panem coacta, et assa, plerisque gentibus, frumenti, usum præbent, licet, ad uenerem stimulent, quod et petiolis faciunt quod pilis abstersis in craticula coctos, oleoque at sale conditos, sui suaues, orique gratos esse ait, idem. Hernandius ubi supra.

Multiflorus. Helianthus foliis inferioribus cordatis, trineruatis, superioribus ouatis. Kniph. Cent. 12. n. 55.

Helianthus radice tereti, inflexa, perenni. Hort. Cliff. 419.

Helenium Indicum ramosum. C. B. P. 277.

Caulis herbaceus nouempedalis, teres, scaber, atropurpureus, pilosus.

Rami brachiati, configuratione caulis.

Folia opposita, inferiora cordata, supra basim trineruia, facie scabra; superiora, cordato-ouata, cunctaque crenata.

Paniculæ axillares.

Calyces ouati, laxi imbricati, squammis apice purpureis.

Corollæ radius ut plurimum hexapetalus.

Receptaculi paleæ apice purpureæ.

Habitat in Noua Hispania et Uirginia. ⊙.

Giganteus. Helianthus foliis alternis, lanceolatis, scabris, basi ciliatis, caule stricto, scabro. Mill. Dict. n. 5. Kniph. Cent. 9. n. 45.

Chrysanthemum Uirginianum, elatius, angustifolium, uiride. Morriss. Hist. 3. p. 24. sect. 6. t. 7. f. 66.

Habitat in hortis mexicanis, Canada et Uirginia. Floret Augusto. ♃.

Angustifolius. Helianthus foliis alternis, linearibus. Gronou. Uirg. 129. Sys. Ueg. 650.

Flos Solis Marianus, foliis alternis, angustissimis, scabris. Pet. Mus. 103.

Caulis herbaceus, strictus, sesquipedalis, scaber.

Folia alterna, linearia, acuta, subtus tomentosa, scabra, margine reuoluta.

Flores lutei.

Semina obouata, biaristata, margine membranaceo.

Habitat in Tixtlæ montibus, et Uirginia. Floret Iulio. ⊙.

¿Atro-rubens. Helianthus? foliis oppositis, lanceolatis, dentatis, calycibus coniuentibus. Fl. Mex.

Helianthus foliis oppositis, spatulatis, crenatis, triplineruiis, scabris, squammis calycinis erectis, longitudine disci. Gron. Uirg. 128.

Corona solis minor, disco, atro-rubente. Dillen. Elth. 111. t. 94. 110.

Caulis herbaceus, procumbens, dodrantalis, strictus, scaber.

Folia opposita, lanceolata, sessilia, dentata, scabra.

Pedunculi axillares, solitarii, longitudine foliorum.

Calyx exterior foliolis quinque linearibus, erectis, apice tantum recedentibus; internum totidem apice ciliatis, atro-rubentibus.

Flores atro-purpurei, rubro-alboque uariantes.

Semina subglobosa, subbaccata.

Habitat in Ayahualtempæ montibus, Uirginia et Carolina. Floret Augusto. ⊙.

Trilobatus. Helianthus foliis trilobis, imis oppositis, summis alternis. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, strictus, bipedalis, teres, hirsutus.

Rami infimi oppositi; superiores, alterni, erecti, basi intus, purpurascentes, cauli similes.

Folia infima, opposita; superiora alterna, trilobata, lobis dentato-sinuatus, læuibus, uillosis.

Petioli alati, superiores latioris, aliis decurrentibus ciliatis.

Pedunculi terminales, gemini, hirsuti, altero illorum, extimo longiore, raro admedietatem, uni foliato; foliolo, lineari-oblongo, integerrimo, ciliato, sessili.

Calyces subsquarrosis, foliolis linearibus, carinatis, basi ciliatis, extimis apice dehiscentibus.

Flores lutei, inter congeneres parui, subdecemfloro.

Antheræ purpureæ, flosculo multo longiores.

Semina obouata, margine compressa, biaristata.

Habitat in Guadalaxaræ agris, aliisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Aprilis. ⊙.

Hastatus. Helianthus foliis hastatis, dentatis; petiolis marginatis auritis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, tripedalis, simplex, strictus, atro-rubens, scaber, hirsutissimus.

Folia infima, opposita, hastata, triloba, dentata, hirsuta, scabra; superiora alterna, infimis simillima.

Petioli marginati, auriculis connati.

Pedunculi axillares, terminalesque paniculati.

Flores atro-purpurei.

Calycinæ squamæ, subsquarrosæ, inæquales.

Semina obouata, hinc conuexa, inde gibba, biaristata.

Habitat in aridis Chilapæ agris. Floret Augusto. ⊙.

Sericeus. Helianthus foliis alternis, lanceolatis, sericeis, caule ramoso, læui. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, tripedalis, strictus, ramosus, læuis.

Rami alterni, patentes, apice tomentosi.

Folia alterna, lanceolata, denticulata, supra basim trineruia, sericea, subsessilia.

Pedunculi terminales, apice incrasati uniflori.

Flores lutei.

Habitat in Ayacapixtlæ agris. Floret Septembri. ♂.

G. COREOPSIS.

Uerticillata. Coreopsis foliis decomposito-pinnatis, linearibus. Mill. Dict. n. 3. Fabric. Helmst. p. 142. Ic. 159.

Coreopsis foliis uerticillatis, linearibus, multifidis. Gronow. Uirg. 131.

Caulis herbaceus, quadripedalis, teres, glaber.

Folia opposita, raro uerticillata, decomposito-pinnata, laciniis linearibus.

Pedunculis axillares, longissimi.

Calyx exterior octophyllus, foliolis ouatis, acutis, patentibus, interior erectus, membranaceus, coloratus, apice reuolutus.

Corollæ petala radiantia, octo, purpurea, lineara, tridentata.

Habitat in Mexicanis hortis et Uirginia. Floret Augusto. ♂.

Coronata. Coreopsis foliis pinnatis, serratis, lineatis, glabris. Ic. 158.

Ceratocephalus foliis pentapteris, acutis, flore radiato. Uaillant Act. 601.

Acocotli Quahunahuacensis. Hern. Mex. 31.

Caulis herbaceus, sesquiorgyalis, glaber, striatus.

Folia opposita, impari-pinnata, foliolis quinque, lanceolatis, dentatis, terminali maiore, acuminata.

Pedunculi axillares, longissimi.

Petala radii eliptica, integerrima.

Habitat et floret cum præcedenti. ⊙.

Obseruatio. Uariat flauo, croceo et albo.

Proprietas. Radix odorata, acris et amara, unius unciæ pondere deuorata, alui dolorem subleuat, flatum discutit, urinam euocat, sudorem ciet, frigus pellit, uentriculum ob frigus imbecillem confirmat, cholicæ aduersatur, obstructa reserat, et tumores ad mota dissipat. Hern. loc. cit.

Leucantha. Coreopsis foliis pinnatis, serratis, radio florum diuersicolore. Amœn. Acad. 4. p. 291.

Bidens Americana trifolia leucanthemi flore. Tour. p. 462.

Herba annua, sesquipedalis.

Folia pinnata, foliolis ternis aut quinis, ouatis, serratis.

Flores radiati, albo, luteoque uarii.

Habitat in Mexici circuitibus, aliisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Iulio. ⊙.

Bidens. Coreopsis foliis lanceolatis, serratis, oppositis, amplexicaulibus. Kniph. Cent. 12. n. 34.

Chrisanthemum aquaticum, bidens folio non diuiso, flore aureis petalis undique, radiato. Moris. Hist. 3. p. 17. Sect. 6. t. 5. f. 25.

Habitat in humidis Nouæ Hispaniæ, Pensiluaniæ et Hispaniæ locis. Floret Maio. ⊙.

Cordifolia. Coreopsis foliis cordatis, amplexicaulibus. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, strictus, tripedalis, teres, glaber.

Folia opposita, cordata, dentata, amplexicaulia, glaberrima.

Pedunculi terminales solitarii.

Calyx exterior, foliolis quinque, reflexis; interior, totidem erectis, membranaceis, subcordatis.

Corollæ radius, atro-purpureus; disci flosculi lutei.

Semina mutica.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

Artemisifolia. Coreopsis bipinnatifidis, petiolis, ciliatis, seminibus muticis. Fl. Mex. Ic. 317.

Caulis herbaceus, tripedalis, obsoletè tetragonus, pilosus.

Rami brachiati configuratione caulis.

Folia opposita, glabra, bipinatifida, laciniis subouatis, blandi mucronatis.

Petioli ciliati, margine membranacei.

Pedunculi axillares, terminales, solitarii, longissimi.

Flores lutei, radiantibus, tridentatis.

Semina mutica.

Habitat in Chilapæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

Scandens. Coreopsis foliis decompositis, caule scandente. Fl. Mex.

Herba scandens, caule stricto, tereti, glabro, striato.

Rami oppositi, cauli similes.

Folia opposita, decomposita, foliolis ouatis, serratis; inferioribus, tantum, non tamen in omnibus ternatis, glabris.

Petioli communes canaliculati.

Pedunculi terminales, ut plurimum terni, subumbellati.

Bracteæ subulatæ.

Flores lutei, respectù congenerum parui.

Semina oblonga, margine ciliata, aristisque duabus diuergentibus prædita.

Habitat in Coahuayana. Floret Iannuario. ⊙.

G. OSMITES.

Camphorina. Osmites foliis lanceolatis, subserratis, basi dentatis. Amœn. Acad. 6. Asr. 78.

Anthemis (leucantha) caule suffruticoso, foliis lanceolatis, dentatis, acutis, indiuisis. Sp. Ed. 3. p. 2161. Amœn. Acad. 6. Asr. 75.

Caulis suffruticosus, simplex.

Folia lanceolata, subserrata, basi dentata, ad apicem breuiora, glaberrima.

Pedunculi uniflori.

Flores albi.

Habitat in Chilapæ fluminis margines, et in Capite Bonæ Spei. Floret Augusto. ♃.

POLYGAMIA NECESSARIA.

G. MILLERIA.

Quinqueflora. Milleria foliis lanceolato-ouatis, pedunculis dichotomis. Fl. Mex. Ic. 130.

Milleria foliis cordatis, pedunculis dichothomis. Hort. Cliff. 435. Roy. Lugdb. 182.

Milleria (maculata) foliis infimis, cordato-ouatis, acutis, rugosis, caulinis lanceolato-ouatis, acuminatis. Mill. Dict. n. 2.

Caulis herbaceus quadripedalis, canaliculatus, sulcatus, glaber.

Rami brachiati.

Folia opposita, lanceolato-ouata, dentata, supra basim trineruia, uenoso-reticulata.

Petioli alati, connatique.

Stipulæ tridentatæ, reuolutæ, petiolos connectentes.

Paniculæ axillares, dichotomæ.

Pedicelli uniflori, filiformes, breuissimi.

Corollulæ hermaphroditæ, quinque circiter, luteorubentes, fœmina tridentata, solitaria, concolor.

Stylus hermaphroditis simplex, fœminæ bifidus.

Habitat in Chilapæ circuitibus, Panamá et Ueracruce. Floret Augusto et Septembri. ⊙.

G. SYLPHIUM.

Ouatum. Sylphium foliis oppositis, ouatis, serratis, scabris. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus, quinquepedalis, scaber.

Folia opposita, ouata, acuta, serrata, supernè scabra, subtus tomentosa, breuissimè petiolata.

Pedunculi axillares, solitarii.

Flores lutei, semiflosculis lineatis, tridentatis.

Habitat in Mazatlami montibus. Floret Iulio. ♃.

G. POLYMNIA.

Wedalia. Polymnia foliis oppositis, hastato sinuatis. Fabric. Helmst. 2. 145. Ic. 305.

Polymnia Wedalia. Mill. Dict. n. 1. R.

Osteospermum foliis oppositis palmatis. Hort. Cliff. 424.

Herba quinquepedalis, caule stricto, tereti, uilloso, scabro, purpureo maculato.

Rami brachiati configuratione caulis.

Folia opposita, hastato-sinuata, lobulis acutis, subdentatis, rugosa, subtus tomentosa.

Petioli marginato-angulati.

Stipulæ quadrangulares, dentatæ, patentes, basi connexæ.

Pedunculi axillares terminalesque, subbiflori.

Flores lutei, fragrantes, radio decapetalo.

Habitat in Sanctæ Rosæ oppido prope Guanaxuatum et Uirginia. Floret Iulio. ⊙.

Odoratissima. Polymnia foliis oppositis, ouatolanceolatis, petiolatis, foliolis calycinis extimis, filiformibus. Fl. Mex.

Calyx communis duplex: exterior penthaphyllus, foliolis filiformibus, ciliatis, patentibus, corolla longioribus; interior hemisphæricus, foliolis octo circiter, ouatis, concauis, persistentibus.

Corolla composita radiata, corollulæ hermaphroditæ, octo ad decem, in disco infundibuliformes, limbo quinquefido; fœminæ totidem ferè in radio, subrotundæ, tridentatæ.

Stamina hermaphroditis filamenta quinque, capillaria, breuissima, anthera cilyndracea, tubulosa.

Pistillum hermaphroditis germen minimum, stylus filiformis, longitudine corollæ, stigma obtusum; fœmineis, germen obouatum, maiusculum, stylus filiformis longitudine tubi, stigma dupla, acutum, reuolutum.

Pericarpium nullum, calyx immutatus semina fouet.

Semina hermaphroditis, nulla; fœmineis obouata gibba, obtusè tetragona, nuda.

Receptaculum paleaceum, conuexum, imbricatum; paleis subouatis, concauis, longitudine flosculorum, illisque apice concoloribus.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, tripedalis, erectus, subangulatus.

Rami brachiati, cauli consimiles, patentiusculi.

Folia opposita, ouato-lanceolata, integerrima.

Petioli apice marginati, breues.

Pedunculi terminales, terni, filiformes, uniflori, intermediis longiore. Primarius in dichothomia ramorum solitarius.

Flores lutei, fragrantissimi.

Habitat in Ayacapixtla et Tlaltenanco. Floret Nouembri. ⊙.

Obseruatio. Uariat: in aridis, caule, foliisque hirsuto-uiscosis, integerrimis; in umbrosis, et humidis, foliis subserratis, uillosis.

G. MELAMPODIUM.

Rhombifolium. Melampodium caule erecto, foliis rhombeis, petiolis alatis, amplexicaulibus, seminibus muricatis. Fl. Mex.

Calyx communis, simplex, penthaphyllus, foliis ouatis, obtusis, patentibus, persistens.

Corolla composita, radiata, corollulæ hermaphroditæ numerosæ in disco: fœminæ duodecim circiter in radio.

Propria hermaphroditi, monopetala, infundibuliformis, quinquedentata, erecta; fœmina, subrotunda, tridentata.

Stamina hermaphroditis filamenta quinque, breuissima, anthera tubulosa, cylindracea.

Pistillum hermaphroditis, germen minimum; stylus setaceus, stigma obsoletum; fœmineis, germen obouatum, lateribus compressum, stylus filiformis, breuissimus, stigmata dua, oblonga.

Pericarpium nullum, calyx immutatus, semina sustinens. Semina hermaphroditis nulla. Fœminis solitaria, obouato-reniformia, subangulata, apice muricata.

Pappus nullus.

Receptaculum nudum.

Radix lignosa, fibrosa, perpendicularis.

Caulis herbaceus, tripedalis, erectus, ramosus, teres, geniculatus, tubulosus, subruber, infernè læuis, supernè scabriusculus.

Rami brachiati, cauli simillimi.

Folia opposita, rhombea, inæqualiter dentata, trineruata, scabriuscula.

Petioli alati, amplexicaules.

Pedunculi axillares, solitarii, teretes, uniflori.

Flores lutei, inodori.

Habitat in Sancti Augustini hortis. Floret Septembri. ♂.

Dichothomum. Melampodium caule erecto, foliis lanceolatis, dentatis. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, tridodrantalis, uillosus.

Rami dichothomi, hirsuti.

Folia opposita, lanceolata, integerrima, sessilia, supra basim trineruia.

Pedunculi terminales, et in dichothomia ramorum solitarii.

Calyces campanulati, foliolis conniuentibus, ornatis.

Corollulæ radii ligulatæ, tridentatæ.

Semina tetragona, subarcuata, scabra, mutica.

Receptaculi paleæ longitudine flosculorum, illisque concolores.

Habitat in Mazatlami montibus. Floret Iunio. ⊙.

Obseruatio. Uariat foliis dentatis, repandisque.

Angulatum. Melampodium caule erecto, foliis sinuato-angulatis, petiolis marginatis, auriculatis, seminibus nudis, læuibus. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, tripedalis, erectus, tubulosus, sulcis sex exaratus.

Rami brachiati.

Folia opposita, ouata, angulis plurimis acutis, inæqualibus, subsinuata, denticulata, supernè scabriuscula, subtus tomentosa.

Petioli marginati, basi auricula porrecta connati.

Pedunculi axillares, terminalesque, subtriflori, uillosi.

Bracteæ lanceolatæ.

Calyx patentissimus.

Flores lutei radiantibus, semiflosculis quatuordecim, subrotundis, lineatis, tridentatis.

Semina obouato-subrotunda, læuia, nuda.

Habitat in Ayahualtempæ montibus. Floret Augusto. ⊙.

Obseruatio. Melampodio rhombifolio habitu ualde affine, aquo tamen differt foliis sinuatis, caule sulcato, seminibusque muticis.

Pinnatum. Melampodium caule erecto, foliis pinnatis. Fl. Mex.

Herba sesquidodrantalis, caule tenui, gracili, compresso, bifurcato.

Rami dichothomi caule similes.
Folia opposita, pinnata, foliolis quinque ad septem, linearibus, reuolutis, alternis, subscabris.
Petioli communes, basi ciliati.
Pedunculi terminales, et in dichothomia ramorum filiformes, longissimi, solitarii, uniflori, pubescentes.
Flores lutei, radio tri, aut quadrifloro.
Receptaculi paleæ, floribus concolores.
Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ⊙.

G. CALENDULA.

Officinalis. Calendula seminibus cymbiformibus, muricatis, incuruatis omnibus. Mat. Med. 221. Blakw. t. 106. Know. Del. 1. t. R. 21.
Calendula seminibus radii cymbiformibus, echinatis, bicornibus. Hort. Cliff. 425. Dalib. Par. 268.
Habitat in Noua Hispania et Europa. Floret Iulio. ⊙.
Proprietas. Tota planta amara, et subnarcotica, expellens, sudorifica, emenagoga, ophtalmiæ, uertigini, exantematicisque, febribus medentur.

G. ERIOCEPHALUS.

Antemisifolius. Eriocephalus foliis bipinnatis, floribus corymbosis. Fl. Mex. Ic. 162.
Caulis herbaceus, sesquidodrantalis, striatus, uillosus.
Folia alterna, bipinnatifida, uillosa.
Pedunculi in corymbum terminalem, tomentosi.
Flores albi.
Habitat in Sancti Angeli hortis prope Mexicum. ⊙.
Trineruatus. Eriocephalus foliis ouali-lanceolatis, serratis, trineruiis, rugosis. Fl. Mex.
Caulis herbaceus, strictus, bipedalis, subdepressus, uillosus, atro-purpurescens.
Rami brachiati, configuratione caulis.
Folia opposita, subpetiolata, eliptico-lanceolata, acutè serrata, supra basim trineruia, rugosa, subtomentosa.
Pedunculi axillares, longissimi, paniculatis, pilis, glandula terminatis, hirsutis, laterales primario longiores.
Bracteæ communes lineari-subulatæ, propriæ setaceæ.
Flores lutei.
Habitat in Ayahualtempæ montibus. Floret Septembri. ⊙.

POLYGAMIA SEGREGATA.

G. ELEPHANTOPUS.

Littoralis. Elephantopus foliis oblongis, læuibus, erectis, sessilibus. Fl. Mex.
Herba bipedalis, caule stricto, scabriusculo.
Rami alterni cauli similes.
Folia alterna, oblonga, erecta, integerrima, læuia, sessilia.
Flores albi.
Habitat in Ahuesuyi hæreditate. Floret Decembri. ⊙.
Colimensis. Elephantopus foliis lanceolatis, glabris. Fl. Mex.
Planta biennis, sesquipedalis, radice fibrosa.
Caulis erectus, strictus, glaber.
Rami alterni, suberecti, caulis configuratione.
Folia alterna, lanceolata, suberecta, integerrima, glabra, subsessilia.
Pedunculi terminales, foliis longiores.
Calyx communis tetraphyllus, foliolis ouatis, patentibus.
Flores albi, ut tota planta, inodori.
Habitat in aridis Colimæ agris. Floret Nouembri. ♂.

MONOGAMIA.

G. LOBELIA.

Tupa. Lobelia foliis oblongo-lanceolatis, integerrimis, racemo spicato. Fl. Mex. Ic. 165.
Lobelia foliis lanceolatis, integerrimis, racemo spicato.
Rapuntium spicatum, foliis acutis, uulgo Tupa. Few. Peru. 2. p. 739. f. 29.
Radix tuberoso-fibrosa, lactescens.
Caulis herbaceus, bipedalis, strictus, simplex, teres, glaber, erectus.
Folia alterna, oblongo-lanceolata, integerrima, erecta, glabra, sessilia.
Racemus terminalis, simplex, subspicatus.
Flores coccinei, elegantes, breuiter pedicellati.
Capsulæ subrotundæ.
Habitat in inundatis Mexico, uicinis locis. Floret Augusto. ♂.
Triquetra. Lobelia caule erecto, foliis imis ouatis, superioribus lanceolatis, dentatis, panicula terminali, pedunculis triquetris. Fl. Mex. Ic. 166.
Lobelia caule erecto, foliis lanceolatis, dentatis, racemo terminali aphyllo.
Lobelia capitata. Burm. Prodr. 25.
Lobelia (comosa) foliis linearibus, dentatis, spica terminali foliosa. Sp. Pl. ed. 3. p. 1323.
Radix fibrosa.
Caules erectus, sesquidodrantalis.
Folia alterna, inferiora ouata, dentata, subpetiolata, superiora lanceolata, serrata, sessilia.
Panicula terminalis diffusa.
Flores parui, cœrulei, longissimè pedicellati.
Bracteæ lineares, serrulatæ.

Habitat in umbrosis Mexici circuitibus, et Capite Bonæ Spei. Floret Septembri. ⊙.

Syphilitica. Lobelia caule erecto, foliis lanceolato-oblongis, denticulatis, floribus axillaribus, calycem laciniis reflexis. Fl. Mex.

Lobelia caule erecto, foliis ouato-lanceolatis, subserratis, calycum sinubus reflexis. Hort. Cliff. 426. Amœn. Acad. 4. p. 527. Mat. Med. p. 222.

Rapunculus galeatus Uirginianus, flore violaceo, maiore. Moriss. Hist. 2. p. 466. sect. 5. t. 5. f. 35.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, sesquipedalis, simplex, glaber.

Folia alterna, lanceolato-oblonga, subdentata, glabra, sessilia.

Pedunculi axillares, breuissimi, solitarii, uniflori.

Calyciis laciniæ lineari, lanceolatæ, dentatæ, reflexæ.

Flores cœrulei, tubo corollæ subangulato, limboque, subæquali.

Habitat Mexici et Uirginia. Floret Septembri. ⊙.

Proprietas. Radix lactescens, acris, nauseosa, expellens, emetica, cathartica, in lue uenerea, utilissima.

Cardinalis. Lobelia caule erecto, simplici, foliis lanceolatis, subdentatis, spica terminali secunda. Fl. Mex. Ic. 167.

Lobelia caule erecto, foliis lato-lanceolatis, serratis, spica terminali secunda. Hort. Cliff. 426. Gron. Uirg. 134. Knorr. Del. 2. t. L. 2.

Rapuntium maximum, coccineo-spicato flore. Her. Mex. 879. t. 880.

Radix fibroso-ramosa, horizontalis.

Caulis herbaceus, strictus, quadripedalis, teres, glaber, simplex, triennis, erectus.

Folia alterna, lanceolato-oblonga, subdentata, glabra, deflexa, sessilia.

Spica terminalis densa.

Flores coccinei, elegantissimi, subpedicellati, subsecundi.

Habitat in Sancti Angeli hortis prope Mexicum, et Uirginia. Floret Iulio. ♃.

Surinamensis. Lobelia caule fruticoso, foliis lanceolatis, serratis, glabris, floribus axillaribus, longè pedunculatis. Fl. Mex.

Lobelia caule suffruticoso, foliis oblongis, glabris, serratis, floribus axillaribus, pedunculatis.

Caulis fruticosus, tripedalis.

Rami alterni, uirgati, teretes, glabri, rubentes.

Folia alterna, lanceolata, serrata, utrinque glabra; infima, subpetiolata, superiora sessilia.

Pedunculi axillares, filiformes, solitarii, uniflori, folia superiora subæquantes.

Calyces hemisphæricis, quinquedentati.

Corollæ cylindricæ, coccineæ.

Filamenta subrubra, antheræ purpureæ, apice hirsutæ.

Habitat in Mexici uicinis, Acatlipæ, hortis umbrosis, Surinami aliisque. Floret Decembri. ♄. Anonyma VI. Hern. Mex. 351.

Minuta. Lobelia foliis radicalibus, ouatis, scapis capillaribus.

Herba bipollicaris, radice filiformi, repente.

Scapus filiformis, simplex, erectus, teres, glaber.

Folia radicalia diuersiformia, obouata, ouata, subeliptica, dentata, glabra.

Petioli filiformes, longi.

Flos terminalis solitarius, dilutè cœruleus.

Calyx oblongus, erectus.

Corolla infundibuliformis.

Antheræ intra tubum raconditæ.

Capsula oblonga.

Habitat Chapultepeci prope Mexicum area. Floret Augusto. ⊙.

Bellidiflora. Lobelia caule erecto, paniculato; foliis elipticis, denticulatis. Fl. Mex.

Lobelia caule erecto, paniculato, foliis ouatis, crenatis. Suppl. 396.

Radix fibrosa.

Caulis erectus, tripollicaris, herbaceus, filiformis, teres, glaber, paniculatus.

Folia radicalia, inferioraque, eliptica, dentata, utrinque, glabra, breuiter petiolata; caulina, lineari, oblonga, denticulata, subsessilia.

Panicula terminalis, diffusa.

Pedunculi inferiores, longiores, filiformes, erecti; superiores bi,-aut triflori.

Flores cœrulei, minimi.

Bracteæ, ad basim pedicellorum, subulatæ, persistentes.

Habitat in anfractibus Guadalaxaræ, uicinis, et Capite Bonæ. Spei. Floret Octobri. ⊙.

Laurentia. Lobelia caulo prostrato, ramoso, foliis ouatis, dentatis, sessilibus, pedunculis solitariis longitudine foliorum. Fl. Mex.

Lobelia caule prostrato, foliis lanceolato-oualibus, crenatis, caule ramoso, pedunculis solitariis, unifloris, longissimis. Schrer. in Nou. Act. A. N. Cur. 3. 480.

Laurentia annua minima, flore cœruleo. Michel. Gen. 18. t. 14.

Radix fibrosissima, capillaris.

Caulis procumbens, ramosus, sesquidodrantalis.

Folia alterna, ouata, serrata, glabra, sessilia.

Pedunculi axillares filiformes, longitudine foliorum.

Calyces erecti, cylindrici.

Flores parui, cœrulei.

Filamenta intra tubum corollæ.

Habitat in Sancti Angeli cliuo prope Mexicum et Italia. Floret Septembri. ⊙.

Spicata. Lobelia caule erecto, simplici, foliis oblongis, serratis; spica foliosa secunda. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, sesquipedalis, simplex, erectus, teres, glaber, striatus.

Folia alterna, oblonga, inæqualiter serrata, glabra, sessilia.

Flores in axillis foliorum floralium, subsessiles, secundi.

Corollæ purpureæ paruæ.

Filamenta intra tubum recondita.

Habitat in humidis Sancti Augustini agris, prope Mexicum. Floret Septembri. ⊙.

Patzquarensis. Lobelia caule erecto, simplici, foliis ouato-lanceolatis, dentatis, rugosis, sessilibus, pedunculis axillaribus, folia subæquantibus. Fl. Mex. Ic. 398.

Caulis herbaceus, simplex, quadripedalis, erectus, strictus, atro-rubens, uillosus, angulis alternis, è basi foliorum decurrentibus insignitus.

Folia alterna, lanceolata, acutè biserrata, rugosa, erecta, sessilia.

Pedunculi axillares, teretes, fusco-rubentes, apice recurui, ferè longitudine foliorum.

Bracteæ bineæ, oppositæ, subulatæ, minimæ, ad pedunculorum basim.

Corollæ luteo-rubentes, obsolete quinqueangulares, nutantes, gentilibus, hirsutis.

Calyces obtusi, laciniis lanceolatis, subulato-serratis.

Habitat in frigidis, et saxosis Patzquari montibus. Floret Augusto. ⊙.

G. UIOLA.

Odorata. Uiola acaulis odorata, foliis cordatis, stolonibus reptantibus. Mat. Med. 222. Fl. Dan. t. 309. Knorr. Del. 1. t. U.

Uiola acaulis, stolonibus teretibus, reptantibus, pedunculis radicalibus. Hort. Cliff. 427.

Uiola Martia purpurea, flore simplici, odoro. C. B. P. 199. Tourn. p. 419.

Habitat in frigidis Guanaxuati, et Carmelitarum Mexicanorum Eremi montibus. Flore Uerc. et Æstate. ♃.

Proprietas. Flores fragrantes, anodini, emolientes, folia emollientia pariter, radix uero cathartica, et emetica, semina emetica et diuretica.

Tricolor. Uiola caule triquetro, diffusso, foliis oblongis, incisis, stipulis pinnatifidis. Sys. Ueg. 668.

Uiola pedunculis caulinis angulis, stipulis oblongis, pinnato-dentatis, foliis ouato-oblongis, crenatis. Hort. Cliff. 527.

Habitat in Nouæ Hispaniæ hortis ad in Europa. Floret Maio. ⊙.

Calceolaria. Uiola resupinata, caule erecto, foliis lanceolatis, denticulatis, oppositis; floribus axillaribus, solitariis, stipulis setaceis, indiuisis. Fl. Mex. Ic. 259.

Uiola caule simplici, hirsuto, herbaceo, foliis lanceolatis, pilosis, floribus solitariis.

Calceolaria caule simplici, hirsuto; floribus axillaribus, solitariis. Lœfling. It. 184.

Caulis herbaceus, sexquipedalis, teres, glaber.

Folia opposita, lanceolata, parum incisa, utrinque glabra, in petiolum breuem attenuata.

Stipulæ subulatæ.

Pedunculi axillares, solitarii, filiformes, penes apicem geniculati.

Bracteæ binæ, minimæ, setaceæ, basi glandulosæ, infra pedunculi articulum.

Petalum superius (hic inferius) magnum, oboua-tum, integerrimum, ungue longitudine calycis.

Petala reliqua longitudine calycis.

Nectarium uix manifestum.

Flores cœrulei.

Capsula subrotunda, hexasperma.

Habitat in Mazatlami horto, et Cumaná. Floret Iulio. ♂.

G. IMPATIENS.

Balsamina. Impatiens pedunculis unifloris, aggregatis, foliis lanceolatis, superioribus alternis, nectaris flore breuioribus. Blakw. t. 583. Knorr. Del. Hort. 2. t. B. 3. Flore pleno.

Impatiens pedunculis confertis, unifloris. Hort. Cliff. 428.

Habitat passim in Nouæ Hispaniæ hortis. Floret toto anno. ⊙.

CLASSIS XX.

GYNANDRIA DIANDRIA.

G. ORCHIS.

Latifolia. Orchis bulbis subpalmatis, rectis, nectarii cornuconico, labio trilobo, lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. Act. Uesp. 1740. p. 15. Fl. Dan. t. 266. Knorr. Del. Hort. 2. t. O. 4. f. 1.

Orchis radicibus palmatis, caule fistuloso, bracteis maximis, labello trifido, serrato, medio segmento obtuso. Hall. Helu. n. 1279. t. 32.

G. OPHRYS.

Nidus Auis. Ophrys bulbis fibroso-fasciculatis, caule uaginato, aphyllo, nectarii labio bifido. Act. Uesp. 1740. p. 33. Dalib. Par. 277.

Habitat, ut præcedens, in plurimes Europæ lo-

cis, ac frigidis Sancti Angeli montibus prope Mexicum. Floret Iulio. ♃.

Ouata. Ophrys bulbo fibroso, caule folioso, floribus cernuis, ouatis, caule bifoliis, nectarii labio bifido. Gagneb. in Act. Helu. 2. p. 56. t. 6. Fl. Dan. t. 137.

Ophrys foliis ouatis. Hort. Cliff. 429. Act. Ups. 1740. p. 28.

Habitat cum præcedenti. Floret Augusto. ♃.

Insectifera. Ophris bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio subquinquelobo. Mill. Dict. n. 6.

Cypripedium bulbis subrotundis, foliis oblongis, caulinis. Act. Ups. 1740. p. 26. It. Oct. 44. 121.

Radix bulbus solidus subrotundiis.

Caulis herbaceus, sesquidodrantalis, erectus, simplex.

Folia alterna, ouato-lanceolata, quinqueneruia, uaginantia.

Flores albi araneam referentes. Iasmini odore.

Habitat in frigidis Sancti Augustini montibus prope Mexicum, et in Europa. Floret Iulio. ♃.

Fastigiata. Ophris radice fibrosa, caule diphyllo, foliis ouatis, floribus subumbellatis, nectarii labio bifido. Fl. Mex. Ic. 176.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, filiformis, simplex, tripollicaris.

Folia bina, opposita.

Flores minimi, decolores, fasciculato-umbellati.

Nectarii labium bifidum.

Habitat in Sancti Angeli agris, prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

Differt ab Ophryde ouata floribus subumbellatis.

Peregrina. Ophrys bulbis fasciculatis, folioso, glabro, spica conica; floribus recuruis, nectarii labio oblongo, integro, acuto. Fl. Mex.

Radix è bulbis plurimis, fasciculatis, oblongis, teretibus, glabris, læuibus.

Caulis tripedalis, simplex, erectus, geniculatus, carnosus, teres, glaber, læuis.

Folia alterna, ouato-lanceolata, subcarnosa, neruosa, erecta, glabra, uaginantia.

Spica terminalis, conica, densa.

Flores rubri, elegantes, recurui.

Petala nectario connata.

Nectarii labium inferius longitudine petalorum, oblongum, acutum, integerrimum, apice descendente.

Habitat in Sancti Angeli hortis, prope Mexicum. Floret Augusto. ⊙.

Pubescens. Ophrys bulbis fasciculatis, caule folioso, hirsuto; spica oblonga, floribus reflexis, nectarii labio acuto, integro. Fl. Mex. Ic. 174.

Præcedenti ualde affinis, differt tantum ab illa, caule hirsuto, scabro, ferrugineo, spica oblonga, corollisque maioribus, hirsutis, aurantiis.

Habitat cum præcedenti. Floret Augusto. ⊙.

Imbricata. Ophris radice fibrosa, foliis imbricatis, dischitis; nectarii labio longissimo. Fl. Mex.

Radix bulbus fibrosus.

Folia ouato-lanceolata, usque in scapi apicem imbricata, disticha, glaberrima.

Scapus dodrantalis, filiformis.

Bracteæ ouatæ, uerticillatæ, persistentes.

Pedunculus solitarius, nutans.

Flos luteus.

Nectarii labium bifidum biauritumque, rubrum maculatum, nutans, petalis duplo longuis.

Habitat parasitica in Acahuizotlæ montibus. Floret Iulio. ⊙.

G. SERAPIAS.

Longifolia. Serapias bulbis fibrosis, foliis ensiformibus, sessilibus; floribus erectis, uaginis spathaceis. Fl. Mex. Ic. 172.

Serapias bulbis fibrosis, foliis ensiformibus, sessilibus, floribus pendulis. Œd. Darr. t. 267.

Serapias bulbis fibrosis, nectarii labio obtuso, longitudine petalorum. Ger. Prou. 132.

Habitat in scabrosis Europæ locis, et Mazatlami montibus. ♃.

Palmifolia. Serapias bulbis foliis plicatis, nectarii labio ouato, integro, petalis breuiori. Fl. Mex. Ic. 258.

Caulis sesquipedalis, teres.

Spathæ uagæ, amplexicaules.

Folia dua, oblonga, plicata, Sisyrinchis Palmifolium simillima.

Spica oblonga, laxa.

Bracteæ lineares, membranaceæ, longitudine florum.

Flores lutei, erecti.

Nectarii labium obtusum, integerrimum, petalis breuius.

Habitat in Mazatlami cliuis. Floret Iulio. ⊙.

Diphylla. Serapias bulbis tunicatis, labio nectarii trifido, foliaceo, lineato, petalis æquali. Fl. Mex.

Bulbus tunicatus.

Folia dua radicalia, plicato-ensiformia.

Scapus nudus.

Spathæ uaginantes.

Bracteæ lanceolatæ.

Racemus laxus.

Flores rosacei, cernui.

Nectarii labium trifidum, striis tribus interrupte, foliaceis, lineato.

Habitat in saxosis Mazatlami montibus. Floret Iulio. ♃.

Lurida. Serapias bulbis fibrosis, nectarii labio cordato, integerrimo, petalis breuiore. Fl. Mex. Ic. 253.

Folia radicalia ensiformia.
Scapus nudus.
Flores pallidi, erecti.
Nectarium purpureum, striatum.
Habitat et floret cum præcedenti. ♃.

Purpurea. Serapias foliis cordato-ouatis, nectarii labio integerrimo, petalis longiore. Fl. Mex.
Radix fibrosa.
Caulis simplex.
Folia cordato-ouato, carnosa, glabra.
Petioli uaginantes.
Habitat in Noua Hispania. ☉.

G. CYPRIPEDIUM.

Turgidum. Cypripedium bulbo subrotundo, foliis ouatis, uaginantibus, flore tetrapetalo. Fl. Mex. Ic. 294.
Pipixihuatztli, Mexicani.
Radix bulbus solidus, subrotundus.
Caulis herbaceus, simplex, bipedalis, hirsutus.
Folia ouata, neruosa, erecta, uaginantia.
Pedunculi ex ultimis foliorum axillis, solitarii, nutantes, hirsuti.
Flores lutei, elegantes, petalis quatuor, ouatis, acutis, patentibus.
Nectarii labium inferius magnum, turgidum, dependens, intus rubro lineatum, basi trifidum, auriculis lateralibus inflexis.
Habitat in Chilpantzingi montibus, aliisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Iulio. ♃.

TRIANDRIA.

G. SYSIRINCHIUM.

Palmifolium. Sysirinchium caule ancipiti, foliis ensiformibus, plicatis, neruosis. Fl. Mex.
Sysirinchium foliis ensiformibus neruosis.
Sysirinchium Americanum foliis plicatis, et neruosis. Magnol. Hort. 185.
Bermudiana Palmæ folio, radice bulbosa. Plum. Ic. 35. t. 46?
Oceloxochitl. Hern. Mex. 276.
Radix bulbus squammosus.
Caulis bipedalis, herbaceus, erectus, simplex, anceps, glaber.
Folia radicalia, erecta, ensiformia, plicata, neruosa, glabra, lata, longaque.
Flores terminales fasciculati, rubro, albo-lutesque, pulchrè uariantes, petalis tribus, intimis dimidio minoribus, patentioribus, acutioribus.
Habitat in Mexicanis hortis, et Brasilia. Floret Augusto. ☉.
Cacomite uulgo adpellatur.
Obseruatio. Stamina infernè connexa, stylumquasi uagina includunt ut in Monodelphia fit, unde non immerito, hinc genus hoc excludendum, at que inter Monadelphiæ genera locandum censemus.
Proprietas. Radix refrigerante uirtute prædita, si unius dracmæ pondere ex aqua deuoretur, febribus exanthematicis opitulatur. Nonnulli aphrodisiacam, eam censent Edulis est,nec gustui in iucundo, lubrica redit intestina, ac arentea, pulmonis, bronchia, et elastica mollit et humectat.

PENTANDRIA.

G. AYENIA.

Pusilla. Ayenia foliis cordatis, subtus tomentosis, pedunculis axillaribus, confertis subumbellatis. Fl. Mex. Ic. 325.
Ayenia foliis cordatis, glabris. Linn. Act. Stocholm. 1756. p. 23. t. 2.
Ayenia foliis ouatis, acutis, serratis, germine pedicello, nectario plano stellato, Lœfling. It. 200.
Radix fibrosa.
Caulis herbaceus, strictus, erectus, bipedalis, quinqueangularis.
Rami simplices, similitudine caulis.
Folia alterna, cordato-ouata, cordato-oblonga: infima raro, subtriloba, serrata, subtus tomentosa, petiolata.
Stipulæ setaceæ erectæ.
Pedunculi axillares conferti, seni, aut octoni, filiformes, subumbellati, subquadriflori.
Flores atro-purpurei, parui, cito-marcescentes.
Habitat in Chilpantzingi montibus, Iamaica, Cumara et Peruuia. Floret Iulio. ☉.

Magna. Ayenia foliis cordatis, pubescentibus; florum germine sessili, nectario concauo. Lœfling. It. 199. Ic. 299.
Habitat cum præcedenti. ♄.

Paruiflora. Ayenia foliis ouatis, acutis, serratis; pedunculis axillaribus filiformibus, nutantibus. Fl. Mex.
Suffrutex bipedalis.
Rami alterni, erecti, graciles, teretes, glabri.
Folia alterna, ouata, acuta, serrata, glabra.
Petioli breues, filiformes.
Pedunculi axillares, filiformes, nutantes.
Flores minima, purpurei, congeneribus minores.
Capsulæ pedicellatæ.
Habitat in hortis ab oppido Tepalcatepec, in Coahuayanam interiectis. Floret Iannuario. ♃.

G. PASSIFLORA.

Tilliæfolia. Passiflora foliis indiuisis, cordatis, integerrimis, petiolis æqualibus. Amœn. Acad. 1. p. 219. f. 4. Ic. 314.

Granadilla pomifera, Tilliæ folio. Few. Peru. 1. p. 720. t. 12.

Caulis glaberrimus, scandens, suffruticosus, subtriatus.

Folia alterna, cordata, integerrima, glabra.

Petioli æquales, foliis triplo breuiores; glandulæ sex, filiformes, supernè.

Stipulæ ouato-oblongæ, denticulatæ.

Fructus magnitudine pomi Mali, redolentis.

Habitat in utraque America. ♄.

Granadilla Sinensis, uulgo adpellatur.

Œconomia. Poma tum saccharino melle condita, tum cruda inter delicatiora, obsononia adhiberi solent, sapore quippe gratissimo gustui indulgent, sitiententes, et æstuantes ea auidius ingerunt, earumdem, esu rati, nec immerito, corpora refrigerari.

Normalis. Passiflora foliis bilobis basi emarginatis, lobis linearibus, hirsutis, diuaricatis, intermedio obsoleto mucronatis. Amœn. Acad. 5. p. 408. Mill. Dict. n. 12. Ic. 362.

Coanenepilli, seu Contrayerba. Hern. Mex. 301.

Caulis uolubilis.

Folia biloba, basi emarginata, lobulis diuergentibus, rectam nunc angulum nunc, ut plurimum obtusissimum formantibus.

Petioli eglandulati.

Habitat Quahunahuacæ, calidiisque, aliis Nouæ Hispaniæ regionibus, et America Meridionali. Floret Uere. ♃.

Proprietas. Radix contusa, acque at dracmas tres deuorata, spleni mederi fertur, motum impedimentum restaurare, dolores sedare, anorexiam tollere, urinam prouocare, calore temporare semen retentum pellere, uiperarum retibus obsistere, uenenis, (expurgato per inferna aluo) uini adimerè â meretricum ueneficiis, insidiis, nociusque cibariis præseruare, toxicorumque omnium lætiferam uini hebetare, quod et de floribus relatum accepit Hernandius, â quo huc usque dicta decerpsimus.

Murucuia. Passiflora foliis bilobis, obtusis, basi indiuisis, nectariis monophyllis. Amœn. Acad. 1. p. 223. f. 10.

Clematis Indica flore puniceo, folio lunato. Plum. Amer. 72. t. 87. Rai. Supp. p. 342.

Murucuia foliis lunato. Tourn. p. 241.

Habitat in Americanis Insulis, et Noua Hispania. ♃.

Punctata. Passiflora foliis subtrilobis, oblongis, subtus punctatis, intermedio minore. Amœn. Acad. 1. p. 224. f. 12. Ic. 355.

Passiflora foliis bilobis, obtusis, nectario multifido. Roy. Lugdb. 260.

Granadilla folio tricuspide, obtuso et oculato. Few. Peru. 1. p. 718. t. 11.

Coanenepilli Mexicanorum.

Habitat in utraque America. ♃.

Lutea. Passiflora foliis cordatis, trilobis, obtusis, basi bidentatis, stipulis foliaceis, semicordatis, æqualibus, obtusis, glabris, integerrimis. Amœn. Acad. 1. p. 224. f. 3. Gron. Uirg. 140.

Passiflora foliis cordatis, trilobis, integerrimis, glabris, lateribus angulatis. Hort. Cliff. 431. Roy. Lugdb. 261.

Caulis herbaceus, scandens, teres, glaberrimus.

Folia cordata, triloba, lobulis basi interiore bidentatis, eglandulatis, obtusa, basi dentata.

Stipulæ foliaceæ, semicordatæ, oblongæ, margine exteriore semidentato.

Habitat in Quahunahuacæ, Uirginiæ, Iamaicæque saxetis. Floret Iulio. ⊙.

Uulgo *Granadilla syluestris*.

Suberosa. Passiflora foliis trilobis, subpeltatis, cortice suberoso. Amœn. Acad. 1. p. 226. f. 14. Iacq. Hort. t. 163.

Clematis Indica, folio hederaceo, maior, fructu oliuæformi. Plum. Amer. 70. t. 85. Rai. Supp. p. 339.

Caulis compressus, cortice tuberoso oblectus dehiscenteque.

Folia triloba, subpeltata, lobulis glabris; iuniora, profundius fisa, peltata: seniora, subpeltata, lobis breuioribus.

Petioli eglandulati.

Flores axillares, gemini, albicantes, absque corolla.

Baccæ paruæ, fusco-uiolaceæ.

Habitat in calidioribus Americæ locis. ♄.

Holosericea. Passiflora foliis trilobis, tomentosis, basi utrinque denticulo reflexo. Amœn. Acad. 1. p. 226. f. 15. Mill. Dict. n. 9.

Granadilla folio hastato, holosericeo: petalis candicantibus, fimbriis ex purpureo et luteo uariis. Mart. Cent. 51. t. 51.

Folia ouata, triloba, lobis lateralibus breuissimis.

Petioli glandulis binis, oppositis.

Habitat in Mazatlami montibus et Ueracruce. Floret Iunio. ♃.

Hirsuta. Passiflora foliis trilobis, uillosis, floribus oppositis, Amœn. Acad. 1. p. 227. f. 16.

Passiflora non crenata, Americana triphylla. Pluk. Alm. 282. t. 212. f. 1.

Caulis hirsutis, striatus, sulcis binis oppositis.

Folia palmata, lobulis quinqueouatis, subdentatis, hirsutis.

Glandulæ binæ, subrotundæ, supra petioli medietatem.

Stipulæ cordatæ, obliquæ.

Flores albescentes, bini axillares, ubi tota planta hirsutis.

Frutex ouati.

Habitat in Mazatlami circuitibus, Dominica et Curassauia. Floret Iulio. ♃.

Fœtida. Passiflora foliis trilobis, cordatis, pilosis, inuolucris multifido capillaribus. Amœn. Acad. 1. p. 228. f. 17. et Gisek. Ic. Fasc. 1. t. 20.

Flos passionis albus, reticulatus. Herm. Parad. 173. t. 173.

Caulis teres, uillosus.

Folia trilobata, lobulo intermedio maiore, cordata, pilosa.

Petioli eglandulati, piloso-uiscosi.

Stipulæ ciliatæ.

Cirrhi indiuisi.

Inuolucrum Nigelæ Damascenæ simillimum.

Habitat in Noua Hispania, et Americanis Insulis. ☉.

Cœrulea. Passiflora foliis palmatis, integerrimis. Amœn. Acad. 1. p. 201. f. 20. Knorr. Del. 1. t. P.

Passiflora foliis palmatis, quinquepartitis, integerrimis, inuolucris cordatis, triphyllis. Hort. Cliff. 432.

Caulis uolubilis.

Folia quinque, uel septemlobata, lobulis obtusis.

Petiolo biglandulati.

Stipulæ semilunatæ.

Habitat in Mexicanis hortis et Brasilia. Floret Augusto. ♄.

Flos passionis uulgo adpellatur.

Serrata. Passiflora foliis palmatis, lobis dentato-sinuatis, subtus basique glandulosis. Fl. Mex.

Passiflora foliis palmatis, serratis. Amœn. Acad. 1. p. 231. f. 21.

Granadilla Polyphyllos fructu colocyntidis. Tourn. p. 241.

Caulis striati-angulatus, hirsutus.

Folia palmata, lobis quinquedentato-sinuatis, intermediis tribus subtus biglandulosis, lateralibus unica glandula instructis.

Petioli breues caulis configuratione, apice glandulis binis petiolatis præditi.

Stipulæ semilunatæ ad petiolorum basim.

Cirrhi simplices indiuisi.

Pedunculi laterales, filiformes, longitudine petiolorum.

Bracteæ subulatæ alternæ.

Flores albi.

Baccæ Passiflore Tilliæfoliæ dimidio breuiores.

Habitat prope Michælopolim, et in Martinica. Floret Iunio. ☉.

Obtusifolia. Passiflora foliis peltatus, trilobis, punctatis, petiolis glandulosis. Fl. Mex. Ic. 426.

Caulis uolubis, teres, glaber, cirrhis indiuisis scandens.

Folia peltata, nitida, triloba, lobo intermedio, breuissimo, obtusissimo, lateralibus, subgibbis, singulis, subtus quaternis punctis glandulosis supernè prominentibus.

Petioli teretes, breues.

Glandulæ binæ, truncatæ, oppositæ.

Stipulæ subulatæ.

Cirrhi filiformes, indiuisi.

Pedunculi axillares gemini, ad cirrhi latera exorti, filiformes, geniculati, apicibus incrassati.

Flores decolores, apetali, inter congeneres parui.

Baccæ uix oliuæ crassitiem, æquantes.

Habitat prope oppidum Apatzingam. Floret Octobri. ♃.

HEXANDRIA.

G. ARISTOLOCHIA.

Pentandria. Aristolochia foliis cordato-hastatis, subtrilobis, caule uolubili, bractea, cordata amplexante.

Aristolochia floribus pentandris. Iacq. Am. 202. t. 147.

Caulis uolubilis, debilis.

Folia cordato-hastata, inferiora, trilobata, maiora, superiora, cordato-oblonga, auriculata.

Flores atro-purpurei, axillares, solitarii, labio rotundato, inter congeneres breuissimi.

Bracteæ binæ, cordatæ.

Habitat in Apatzingam. Floret Octobri. ☉.

Odoratissima. Aristolochia foliis cordatis, caule uolubili, fruticoso, pedunculis solitariis, labio corollis maiore.

Aristolochia scandens, odoratissima, floris labello purpureo, semine cordato. Sloan. Iam. 60. Hist. 1. p. 162. t. 104. f. 1.

Habitat in Chilpantzingi montibus, aliisque Americæ locis. Floret Iulio. ♄.

Anguicida. Aristolochia foliis cordatis, acuminatis, caule uolubili, fruticoso, pedunculis solitariis, stipulis cordatis. Iacq. Amer. 232. t. 144. Ic. 380.

Aristolochia Mexicana, flore acutiore. Moriss. Hist. 3. p. 509. sect. 12. t. 17. f. 7.

Tomahuactlacopatli. Hern. Mex. 42.

Radix peduncularis, subramosa.

Caulis uolubilis, teres, suffruticosus, fusco-purpurascens, uillosus.

Folia alterna, cordato-acuminata, integerrima, subrugosa.

Petioli teretes, ferè longitudine foliorum.

Stipulæ cordatæ.

Pedunculi axillares, solitarii, filiformes, fructiferi, penduli.

Flores atro-purpurei, erecti, subtruncati, labio lanceolato.

Habitat in calidis Apatzingami, aliisque Americæ locis. Floret Octobri. ♄.

Proprietas. Radix subamara, adstringens, resinosa, et odorata est. Succum illius saliuæ immixtum, orique serpentis Gtigiti dicti impositum, ita illum hebetare et torpere asserit. Illustris Iacquimius, ut

absque periculo per aliquot horas tractari possit quibus prægressis, in se reuertitur legitur etiam apud Doctorem Hernandium tollere febres, frigone pectus, et uentriculum emundare, et fluxum ælui cohibere.

Indica. Aristolochia foliis cordatis, acutiusculis, caule uolubili, pedunculis multifloris. Fl. Zeyl. 323. Mill. Dict. 8.

Aristolochia Clematis Indica flore albicante. Tourn. p. 162.

Caulis suffruticosus, uolubilis, teres, hirsutus.

Folia cordata, acuta, integerrima, ampla, piloso-scabra.

Petioli, longi, crassi, teretes.

Pedunculi axillares in racemum laxum protensi.

Corollæ atro-purpureæ, hirsutæ, pentandræ, longissimæ.

Capsulæ oblongæ, quinqueangulares, pendulæ.

Habitat in Apatzingam et India Orientali. Floret Octobri. ♃.

Semperuirens. Aristolochia foliis cordato-oblongis, acuminatis, undatis, caule infirmo, floribus solitariis. Sabb. Hort. 2. t. 82.

Pistolachia altera semper uirens. Cluss. Hist. 2. App. 1. p. 260.

Pehuame Aristolochia Mexicana, secunda. Hern. Mex. 162.

Habitat in Creta et Quahuanahuacæ agris. Floret Aprili. ⊙.

Proprietas. Aperitiua, incidens, et lythontrica, quamplurimis morbis utilissima est. Hern. loc. cit.

Rotunda. Aristolochia foliis cordatis, subsessilibus, obtusit caule infirmo, floribus solitariis. Mat. Med. 225. Sabb. Hort. 2. t. 80.

Aristolochia caule infirmo, ramoso, foliis cordatis, integerrimis, floribus solitariis, erectis. Hort. Cliff. 432.

Habitat prope Xorullum et in Europa. Floret Septembri. ♃.

Proprietas. Radix aromatica, acris, amara, emetica, expellens, diuretica, emenagoga, thraumantica, cachexiæ corrigendæ ualde utilis, in scabie etiam, ulceribus sarcomaticis, catœticis, ac fistulosis commendata.

Longa. Arislotochia foliis cordatis, petiolatis, integerrimis, obtusiusculis, caule infirmo floribus, floribus solitariis. Mat. Med. 226. Mill. Dict. n. 2. It. t. 51. f. 2. Sabb. Hort. 1. t. 81.

Aristolochia caule infirmo, ramoso, foliis cordatis, integerrimis, longè petiolatis; floribus solitariis. Sauuag. Monsp. 111.

Habitat in Europa in oppido Apatzingam, ubi uulgo Dictamnus Regia, et Pehuame nuncupatur. Floret Octobri. ♃.

Proprietas. Cum præcedenti uiribus, remissiore tamen gradu congruit.

G. PISTIA.

Stratiotes. Pistia foliis obouatis, neruosis, subtus spongioso gibbis, floriferisque. Fl. Mex.

Pistia foliis obcordatis. Fl. Zeyl. 322. Lœfling. It. 281. Iacq. Amer. 234. t. 148.

Pistia aquatica, uillosa, foliis obouatis abino uenosis, floribus sparsis, foliis insidentibus. Brown. Iam. 329.

Radix fibroso-ramosa, fibris capillaribus, longis, demersis.

Caullis nullus.

Folia in orbem possita, incumbentia, obouata, uel cuneiformia, longitudinaliter neruoso lineata, uillosa, subtus spongioso gibba, basi supernè florifera.

Flores sparsi, parus, decolores, membranacei.

Habitat in aquæductibus Mexicannis, Asia, Africa, quam plurimisquæ Americæ locis, aquis ubique innatans. Floret Septembri.

DECANDRIA.

G. HELICTERES.

Isora. Helicteres decandra foliis cordatis, serratis, fructu toto contorto. Hort. Cliff. 433.

Helicteres Iamaicensis. Iac. Amer. 235. t. 179. f. 99. Hort. t. 143.

Isora Murri Rheed. Malab. 6. p. 55. t. 30.

Frutex sexquiorgyalis.

Rami alterni, terminales, tomentosi.

Folia alterna, cordata, serrata, subtus tomentosa, breuissimè petiolata.

Stipulæ setaceæ.

Pedunculi axillares, biflori.

Bracteæ quinæ, oblongæ, calyces subæquantes.

Flores coccinei.

Frutex toti contorti, in spiram.

Habitat in Quaxinipilapæ circuitibus, Iamaica et Malabaria. Floret Iulio. ♄.

POLYANDRIA.

G. ARUM.

Dracunculus. Arum foliis pedatis, foliolis lanceolatis, integerrimis, æquantibus, spatham spadice longiorem. Roy. Lugdb. 7. Sabb. Hort. 2. t. 76-77.

Arun foliis palmatis, foliolis undecim, lanceolatis, integerrimis, intermediis maioribus, spadice clauato. Hort. Cliff. 344.

Habitat in Noua Hispania et Europa Australi. ♃.

Serpentina uulgo adpellatur, caulis enim serpentinas maculas æmulatur.

Herba tota, dum exsiccatur, fœtidem cadauericumque odorem spirat.

Proprietas. Easdem ac Maculatum Arum exserit uires.

Diuaricatum. Arum acaule, foliis cordato-hastatis, diuaricatis. Miller. Dict. n. 13.

Arum acaule foliis subhastatis. Fl. Zeyl. 325.

Habitat in humidis Quahunahuacæ circuitibus et India. ♃.

Maculatum. Arum acaule foliis hastatis, integerrimis, spadice clauato. Mat. Med. 227. Hort. Cliff. 8. Fl. Dan. t. 505. Knorr. Del. 2. t. A. 11.

Arum foliis sagittatis, spatha recta, claua cylindrica. Hall. Helu. n. 1302.

Habitat in plerisque Hispaniæ prouinciis, et ad margines riuulorum Nouæ Hispaniæ. ♃.

Proprietas. Radix exsiccata, eiusque fæcula acres, incidentes saponaceæ, espectorantes et cosmeticæ. Recentes Radices foliaque corrisiua, et uesicatoria.

Tenuifolium. Arum acaule foliis lanceolatis, spadice setaceo, declinato. Hort. Cliff. 345. Gron. Orient. 286. Sauuag. Monsp. 16.

Arum scorzoneræ folio. Tourn. p. 160.

Habitat in Noua Hispania plurimisque Europæ locis. ♃.

Auritum. Arum caulescens radicans, foliis ternatis, lateralibus unilobatis. Mill. Dict. n. 18.

Arum hederaceum triphyllum et auritum. Plum. Amer. 41. t. 58.

Radix fibroso-ramosa, fibris filiformibus, horizontalibus, parum profundis.

Caulis geniculatus, teres, articulis radicans, scandens, ad apicem fere nudus.

Folia alterna, ternata, intermedio lanceolato, indiuiso; extimis unilobatis, lobis lanceolatis, glabris, supra basim trineruis.

Petioli canaliculati, amplexicaules.

Spatha parum spadice longior.

Habitat in Quahunahuacæ agris aliisque Americæ locis, arbores scandens. Floret Septembri. ♃.

CLASSIS XXI.

MONŒCIA MONANDRIA.

G. ELATERIUM.

Trifoliatum. Elaterium foliis ternatis, lateralibus bilobis. Fl. Mex.

Elaterium foliis ternatis incisis. Sicyos foliis ternatis. Gron. Uirg. 2. p. 191.

Habitat in Colimæ agris, et Uirginia. Floret Februario. ☉.

Elaterio glanduloso, ac digitato, similis, tam habitu, quam statura, differens tamen, glabris, et defectum glandularum.

Digitatum. Elaterium foliis digitatis, foliis extimis bilobis. Fl. Mex. Ic. 361.

Masculi flores.

Calyx nullus.

Corolla monopetala, campanulato-rotata, limbo quinquefido, laciniis ouatis, erecto-patentibus, intus, longitudinalitur unisulcatis.

Stamina. Filamentum unicum columnare erectum, capitatum, breuissimum, antheræ margo farinafer filamenti capitulum circumdans.

Fœmineis flores.

Calyx nullus.

Corolla ut in mare, supera decidua.

Pistillum germen subouatum, inferum, undique innocuè aculeatum, stylus columnaris, duplo corolla breuiores, stigma, capitatum, fouea, subtrigona, supernè excauatum.

Pericarpium capsula infera, subouata, coriacea, pulpa infarcta, innocue aculeata, bilocularis, biualuus, elasticè desiliens.

Semina plurima, angulato-ouata, imbricatim, receptaculo adfixa.

Herba cirrhifera ad cucurbitacearum ordinem referenda.

Caulis quinqueangulatus, scandens, glaber.

Folia digitata, foliolis ouato-oblongis, denticulatis, apice setaceo-mucronatis, extimisque bilobis.

Petioli supernè canaliculati, subtus angulati, petiololi marginati.

Flores masculi parus, albi, inodori, racemosi axillares. Fœminei omnimo masculis similes in eadem axilla solitarii, breuiter pedunculati.

Capsulæ cucumeris odorem æmulantes.

Habitat in Chilapæ hortis. Floret Septembri. ☉.

Glandulosum. Elaterium foliis cordatis, angulato-lobatis, floralibus, palmatis, glandulis binis petiolatis. Fl. Mex. Ic. 391.

Caulis herbaceus, quinqueangulatus, cirrhifer, scandens, glaber, inanis.

Folia cordata quinqueangulata, minutim denticulata, facie scabriuscula.

Cirrhi bifidi.

Bracteæ, seu folia floralia palmata, lobulis lanceolatis, denticulatis, glandulisque ab basim binis petiolatis, atro-purpureis, nitentibus, excauatis.

Flores masculi inter bracteam, et cirrhum, corymbosi, minimis, lutei, inodori. Fœminei solitarii, duplo maiores prope masculos.

Capsulæ subouatæ, tantisper incuruæ, spinis circiter duodecim, innocuis, albicantibus, extus bifariam armatæ, intus glabræ.

Habitat in Chilapæ hortis. Floret Septembri. ☉.

DIANDRIA.

G. LEMNA.

Gibba. Lemna foliis sessilibus, subtus hemisphericis, radicibus solitariis. Hort. Cliff. 412.

Hydrofare monorhyza, foliis puluinatis, infernè conuexisissimis. Hall. Helu. n. 1898.

Habitat in stagnantibus Mexici et Europæ aquis.

Cordata. Lemna foliis cordatis, radicibus fibrosis. Fl. Mex.

Radix fibrosa.

Folia cordata, sublus spongiosa, gibba supernè glaberrima.

Habitat in fosis Ambulacrorum mexicanorum.

TRIANDRIA.

G. ZEA.

Mayz. Zea. Hort. Cliff. 437. Blakw. t. 547. Ic. 177.

Frumentum Indicum Mayz dictum. C. B. P. 25. Theathr. 490.

Tlaolli. Hern. Mex. 242.

Habitat in America et Europa. ⊙.

Proprietas. Culmi saccharino, succo scatentis, et granorum decoctum, in calculo, ac nephritide præstantissimum medicamentum. Ex grannis prius aqua maceratis polenta Atolli dicta paratur, qua nec commodior, nec utilior febrientibus ulla reperta est uulgari ptisanæ præferenda, quod et non sit iniucundo sapore, uiresque, summas refrigerantes, anodynas, analepticas, demulcestenque possideat.

Œconomia. Mayz uniuersale Indorum alimentum, tum matutina Atolli potione, tum etiam placentula sum ex eorumdum massa subacta confectorum atque coctarum esu. Ex eadem massa globulos conficiunt, quos butyro saccharo phaseolis suilla, aut gallinacea carne permixtos assiduè uendunt.

G. TRIPSACUM.

Hermaphroditum. Tripsacum spica hermaphrodita. Linn. Decad. 17. t. 7.

Cenchrus spica oblonga, glabra, calycibus rigidis, quadripartitis, incisuris apertis, laciniis acuminatis. Brow. Iam. 367.

Habitat in calidioribus Nouæ Hispaniæ agris et Iamaica. ⊙.

Obseruatio. Zeam Mayzum statura et habitu omnino refert.

G. COIX.

Lachryma. Coix seminibus ouatis. Hort. Cliff. 437.

Lythospermum arundinaceum. C. B. P. 258.

Lachryma Iob. latiore folio. Tourn. p. 532.

Habitat in Quahunahuacæ agris et India Orientali. ♃.

Obseruatio. [Planta caule foliisque Zeæ Mayzis, simillima.

Œconomia. Semina perforata ad precatorios globulos, conficiendos magni à Monachis habentur.

G. TRAGIA.

Uolubilis. Tragia foliis cordato-oblongis, caule uolubili. Lœfling. It. 233. Burm. Ic. 264.

Tragia scandens urticæ folio. Plum. 14. ic. 352. f. 2.

Caulis uolubilis, dextrorsum, tenuis, teres, glaber.

Rami alterni, breuissimi, cauli similes.

Folia alterna, cordato-oblonga, obtusè serrata, supernè pilis hispidis urentibus obsita, infernè glabra.

Petioli teretes, filiformes.

Stipulæ lineares.

Racemi axillares, simplices, solitarii.

Masculi flores, supra fœmineos in eodem racemos, minime, subsessiles, decolores; fœmines infra masculus subsolitariæ.

Bracteæ subulatæ, breues ad masculorum pedunculos.

Habitat in Apatzingam ad hortorum sepes. Floret Nouembri. ⊙.

G. PHYLLANTHUS.

Niruri. Phyllanthus foliis pinnatis, pinnis alternis, floribus axillaribus, pendulis, caule fruticoso. Fl. Mex.

Phyllanthus foliis pinnatis, floriferis, floribus pedunculatis, caule herbaceo, erecto. Fl. Zeyl. 331.

Phyllanthus foliis alternis, alternatim pinnatis, floribus dependentibus ex aliis foliorum. Hort. Cliff. 440.

Caulis fruticosus sesquiorgyalis.

Rami alterni, patenti-diffusi, teretes, exiles, glabri.

Folia alterna, pinnata, foliolis alternis, subouatis, integerrimis, subsessilibus.

Pedunculi ex foliorum axillis, penduli, filiformes, subsolitarii.

Flores albi, parui, inodori.

Habitat in calidis Acahuizotlæ et Apatzingami montibus et India Orientali. Floret Augusto. ♄.

Indi Orientales plantam, hanc, siue congenerem urinarium dictam, ut se cursis agitari, indicent, mittunt ad amicos, qua propter *herbam mœnoris* Rumphius eam adpellauit.

Americanus. Phyllanthus foliis alterniis, oualibus, floribus axillaribus, pedunculatis, caule fruticoso. Fl. Mex.

Frutex septempedalis.

Rami alterni, erecti, uirgati, teretes, glabri.

Folia alterna, eliptica, integerrima, utrinque glabra, subsessilia.

Pedunculi axillares, filiformis, petiolis triplo longiores, inferioris terni, raro plures superiores pauciores, terminales solitarii.

Calyces rubro uirentes, nutantes.

Flores fœminei in eadem axilla, cum masculis, solitarii, multo maiores.

Habitat in temperatis Mazatlami agris. Floret Æstate. ♄.

TETRANDRIA.

G. BETULA.

Alnus. Betula foliis subrotundis, dentatis, glabris, pedunculis ramosis. Fl. Mex.

Betula pedunculis ramosis. Leers. Herb. n. 731.

Alnus foliis glabriis, rotundis, rotundè crenatis, spongiolis ad neruorum angulos. Hall. Helu. n. 1630. R.

Habitat in plerisque Hispaniæ prouinciis, in montibus Ario uicinis. Floret Iulio. ♄.

Proprietas. Cortex et folia adstringenti, uulneraria, et resolutiua uirtute gaudent.

Œconomia. Lignum demersum stabilius euadit ideoque ad utensilia utilissimum, cortex et exterior ligni pars infernium, etiam ad linthea colore luteo tingendam.

G. URTICA.

Pillulifera. Urtica foliis oppositis, ouatis, serratis, amentis fructiferis globosis. Hort. Cliff. 440. Mat. Med. 229.

Urtica urens pillulas ferens C. B. P. 232. Tourn. p. 535.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Proprietas. Semina adstringentia et diuretica, hemorragiam cohibent.

Urens. Urtica foliis oppositis, oualibus. Fl. Dan. t. 739.

Urtica androgyna foliis oualibus. Hort. Cliff. 440.

Urtica sexubus sede disiunctis, foliis ouato-lanceolatis, serratis, oblongis. Hall. Helu. n. 1615.

Habitat in cum præcedenti. ⊙.

Iaponica. Urtica foliis oppositis, ouato-serratis, serratura terminali elongata, racemis axillaribus, solitariis, elongatis. Supp. p. 418.

Caulis herbaceus, subtripedalis.

Folia opposita, ouata, serrata, serratura terminali, longissima, subrugosa.

Racemi axillares solitarii, foliis breuiores.

Habitat in Timgambato prope Uruapam, et in Iaponia. Floret Septembri. ⊙.

Baccifera. Urtica foliis alternis, cordatis, dentatis, aculeatis, caule fruticoso, calycibus fœmineis baccatis.

Urtica frutescens, foliis amploribus, ouatis, sinuato-dentatis, neruis, petiolis, caulibusque aculeatis. Brown. Iam. 337.

Urtica fruticosa, foliis alternis, cordatis, dentato-spinosis, racemis axillaribus, dichothomis, bacciferis. Fl. Mex.

Frutex duodecimpedalis.

Rami alterni, teres, suberecti.

Folia alterna, cordata, acuta, nonnulla, ouato-dentata.

Aculei setacei, maximè infensi in dentium apicibus.

Petioli teretes, ferè longitudine foliorum, pilis rigidis incumbentibus obsiti.

Racemi axillares dichothomi, patentes, petiolis breuiores.

Baccæ obouatæ, igneo colore splendentes.

Habitat Tonila prope Colimensem Uulcanum. Floret Februario. ♄.

Chichicaztli. Urtica foliis oppositis, cordatis, hispidis, floribus pentandris, dioicis; racemis terminalibus dichothomis. Fl. Mex.

Arbuscula decempedalis, caule infernè glabro; supernè hispido, urentissimo.

Rami oppositi, cauli similes.

Folia opposita, cordata, acuta, serrata, hispida.

Petioli teretes, hispidi, folia subæquantes.

Racemi terminales, dichothomo subcymosi.

Flores masculi, albi, calycibus quinquefidis, pentandri. Fœminei in distincta planta, decolores, magis conferti.

Habitat in Quahunahuacæ agris, aliisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Iulio. ♄.

Uulgo *Chichicaxtli* siue *Urtica ferox* ab aliis Pesima fœmina nuncupatur.

Œconomia. Inferunt pro hortorum sepibus obuallandis.

G. MORUS.

Tartarica. Morus foliis ouato-oblongis, utrinque, æqualibus, æqualiter serratis. Mill. Dict. n. 7. Lepech. It. 2. p. 269.

Arbor uigintipedalis.

Rami alterni, erecto patentes, teretes, glabri, punctis albicantibus, in spersis, precipue ad apicem scabriusculi.

Folia alterna, ouato-oblonga, acuminata, acutè serrata, utrinque glabra.

Petioli foliis quadruplo breuiores, supernè sulcati.

Pedunculi axillares solitarii, filiformes, dependentes, petiolis paulo longiores.

Fructus oblongi Moro nigro, cui sat similes, dimidio breuiores.

Habitat in temperatioribus Nouæ Hispaniæ regionibus et Tartaria. ♄.

Œconomia. Folia ad bombyces nutriendos, ut præstantiora fila sericea educant, omnibus nota.

PENTANDRIA.

G. XANTHIUM.

Orientale. Xanthium caule inermi, foliis cuneiformi-ouatis, subtrilobis. Linn. Dec. 33. t. 27. Lepech. It. 1. p. 240.

Xanthium elatius, maius, Americanum, fructu spinulis aduncis munita. Moriss. Hist. 3. p. 604. sect. 15. t. 2. f. 2.

Lappa canadensis, minori congener, sed procerior. Rai. Hist. 165.

Herba tripedalis, caule stricto, tereti.

Rami alterni, erecto-patentes, uillosi, cauli consimiles.

Folia alterna, petiolata, obouato-subtriloba, uario subquinqueloba, dentata, trineruia, subtus tomentosa.

Drupæ aculeis duobus, terminalibus longioribus diuergentibus, uncinatis, basi uillosis.

Habitat in Quahunahuacæ limosis, Sina et Siberica. ⊙.

Fruticosum. Xanthium foliis oblongis, sinuatis, lobis incisis, caule fruticoso. Fl. Mex. Ic. 415.

Xanthium foliis pinnatifidis, laciniis incisis, caule fruticoso. Supp. 418.

Ambrosia arborescens. Mill. Dict. n. 5.

Flores octipedalis, caule erecto.

Rami alterni, teretes, atro-rubentes, substriati, hirsuti.

Folia caulina cordato-oblonga, sensim ad apicem attenuata, sinuata, lobo unoquoque dentibus crassis profundè inciso, subrugosa, utrinque uillosa.

Petioli breues, atro-rubentes, pilosi.

Folia floralia lanceolata, fere indiuisa.

Spicæ florum masculorum terminales pedicellatæ; fœminæ axillares, floribus sessilibus.

Habitat Queretari et in Peruuia. Floret Octobri. ♄.

Proprietas. Infusum foliorum creditum efficacissimum in Histerismo.

G. AMBROSIA.

Artemisifolia. Ambrosia foliis bipinnatifidis, primoribus ramulorum indiuisis integerrimis. Mill. Dict. n. 4. Ic. 178.

Ambrosia maxima inodora Marrubii aquatici foliis tenuiter laciniatus Uirginiana. Pluk. Alm. 27. t. 10. f. 5. Mata Moriss. Hist. 3. p. 4. Rai. Supp. p. 108.

Caulis herbaceus uix pedem longus diffusus.

Rami quadripedalis, ascendentes.

Folia primaria è ramulorum, basi indiuisa, oblonga, integerrima? cœtera bipinnatifida, tenuiter laciniata.

Racemi paniculati, laterales, glabri.

Habitat in Noua Hispania, Uirginia et Pensiluania. ♂.

G. IUA.

Connata. Iua foliis connatis, lanceolatis, serratis, caule herbaceo. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, strictus, teres, glaber, striatus.

Folia connata, lanceolata, serrata, glaberrima.

Pedunculi terminalis capitati.

Calyx communis, foliolis tribus, ouatis, membranaceis.

Corollulæ disci plures: radii nullæ.

Semina quot calycis, folia obouata.

Receptaculum nudum.

Habitat in Chilpanzingi montibus. Floret Iulio. ♂.

G. AMARANTHUS.

Blitum. Amaranthus glomerulis lateralibus, floribus trifidis, foliis ouatis, retusis, caule diffuso. Mill. Dict. n. 18.

Amaranthus procumbens, foliis ouatis, retusis, caule diffuso. Mill. Dict. n. 18.

Amaranthus procumbens, foliis ouatis, emarginatis. Hall. Helu. n. 1606.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Cruentus. Amaranthus racemis pentandris, de compositis, remotis, patulo-nutantibus, foliis lanceolato-ouatis. Mill. Dict. n. 17.

Amaranthus Sinensis, foliis uariis. Mart. Cent. 6. t. 6.

Habitat in Sinensium regionibus plurimisque Nouæ Hispaniæ locis, ubi in hortis excolitur oblectamenti gratia. ⊙.

POLYANDRIA.

G. SAGITTARIA.

Sagitifolia. Sagittaria foliis sagittatis, aculeis. Fl. Dan. t. 172. Knorr. Del. Hort. t. 2. f. 2.

Sagitta foliis acuminatis. Hall. Helu. n. 1185.

Habitat in inundatis Americæ, et Europa locis.

Lancifolia. Sagitaria foliis lanceolato-ouatis. Amœn. Acad. 5. p. 409. Iacq. Amer. 248.

Sagittaria foliis maximis, simplicibus, oblongis, utrinque productis. Brown. Iam. 345.

Habitat in plurimis Americæ locis.

G. BEGONIA.

Tuberosa. Begonia foliis obliquè, cordatis, sublobatis, duplicato-serratis, corollis fœmineis pentapetalis. Fl. Mex. Ic. 427.

Begonia (tuberosa). Fl. Per.

Radix tuberoso-fibrosa, subrotunda.

Caulis herbaceus, simplex, subruber, teres, succulentus, subbipedalis, glaber.

Folia alterna, oblique, cordata, raro sublobata, duplicato-serrata, suculenta, utrinque glabra, margine rubentia; infima petiolata; suprema subsessilia.

Stipulæ reniformes, serratæ.

Glandulæ numerosissimæ, pedicellatæ, axillares.

Pedunculi axillares, lateralesque, solitarii, subbiflori, cernui.

Flores rosei elegantes. Masculi tetrapetali, fœminei pentapetali, nutantes.

Stamina breuissima in cylindrum connexa.

Capsulæ trigono-alatæ, ala superiore longiore.

Bracteæ stipulis consimiles.

Habitat in frigidis Nouæ Hispaniæ montibus. Floret Augusto. ○.

Proprietas. Caulis et folia sapore acido et adstringenti prædita sunt. Radix autem amara intestina expurgat ab omnibus humoribus, si sesqui dracmæ mensura deuoretur. Doct. Hern. Mex. 195. ubi plantam hauc Totoncaxoxocoyolin adpellat.

Syphillitica. Begonia foliis cordato-subrotundis, obliquis, sublobatis, corollis fœmineis pentapetalis, staminibus connexis floribus racemosis. Fl. Mex.

Radix tuberoso-globosa, basi glabra, supernè fibrosissima.

Caulis herbaceus sesquipedalis, simplex, teres, carnosus, intensè rubens, tomentosus.

Folia alterna, cordato-subrotunda, nonnulla, reniformia, sublobata, inæqualiter dentata, membranacea, pilis breuissimis excretoriis, supernè scabriuscula, infernè rubro-granulosa; inferiora, petiolata, superiora subsessilia.

Petioli teretes, longi, rubentes.

Stipulæ ouato-oblongæ, ciliatæ, persistentes.

Racemi terminales simplices, elongati, laxi.

Pedunculi distantes, alterni, geniculati, nutantes, biflori, aut solitarii.

Bracteæ reniformes, denticulatæ, glandulis innumeris, granulosis confertis supernè onustæ.

Flores rosei, fœminei pentapetali, petalis duobus, maioribus, crenulatis.

Stamina breuissima basi connexa.

Capsulæ trigono-alatæ, altero alarum apice longiore.

Habitat in frigidis Patzquari montibus. Floret Augusto. ⊙.

Proprietas. Radicem austero-amaro sapore præditam in clystere exhibitam uiolenter aluum purgare asserunt Indigenæ, soloque huiusmodi pharmaco luem uenercam radicitus extirpari, non paucis experimentis comprobatum adfirmat. Reliqua planta sapore acido gaudet.

Macrophylla. Begonia scapo nudo, dichothomo, foliis cordato-subrotundis; floribus dipetalis, staminibus connexis. Fl. Mex. Ic. 429.

Herba Ari facie.

Radix fibrosa succulenta.

Folia radicalia cordato-subrotunda, subpeltata, magna, subobliqua, dentato-ciliata, supernè glaberrima, subtus squammosa; squammis piloso-ramosis præcipuè ad costas uenarum, in disco autem pilis simplicibus, basi glandulosis, rubentibus, disseminata.

Petioli teretes, crassi, carnossi, erecti, scapum subæquantes, sensim attenuati, rubentes, squammis piloso-ramosis, membranaceis, hirsuti.

Scapus longitudine petiolorum, illis consimiles, dichothomus.

Flores rosei, dipetali, primarii ê dichothomia orti, solitarii, longissimè pedunculati, nutantes, nudi, reliqui subterni.

Bracteæ ouateæ, concauæ, coloratæ.

Stamina. Filamenta quindecim circiter corolla breuiora, basi connexa. Antheræ oblongæ, basi angustiores.

Capsulæ altera, ala longissima.

Habitat in cliuis Iucutacato prope Uruapam, uersus cataracta Tarasco idiomate *Tzarazaqua* dictam. Floret Septembri. ⊙.

Obseruatio. Sapor idem ac congenerum non tamen adeo acidus.

Uruapensis. Begonia foliis cordato-reniformibus, angulatis; stipulis ciliatis, reflexis, pedunculis terminalibus dichothomis. Fl. Mex.

Herba tripedalis caule tereti, subuilloso, succulento.

Folia alterna, cordato-reniformia, angulata, denticulato-ciliata, pilis albis, utrinque scabriuscula, inferiora petiolata, superiora subsessilia.

Petioli inferiorum longi, teretes, tomentosi.

Stipulæ subouatæ, ciliatæ, acuminatæ, reflexæ, membranaceæ, utrinque glabræ.

Glandulæ axillares, tuberculoso-granulosæ, petiolatæ, confertæ.

Paniculæ compositæ terminalis, diffusæ, dichothomæ.

Flores albi congeneribus minores, masculi tetrapetalis fœminei. . . . . . primarius in dichothomia, solitarius longius pedicellatis: reliqui ut plurimum gemini.

Stamina plurima connexa, corolla breuiora.

Bracteæ subouato-acuminatæ, erectæ, concauæ, membranaceæ, ciliatæ, basi rubentes.

Habitat in oppido Uruapam, Prouinciæ Michoacanensis. Floret Octobri. ○.

Palmata. Begonia foliis palmatis, serratis, rugosis; floribus monadelphis. Fl. Mex. Ic. 285.

Radix bulbus solidus, subrotundus, basi fibrosus.

Caulis herbaceus, bipedalis, geniculatus, teres, glaber, coloratus.

Folia alterna, quinquelobata, serrata, rugosa, scabra.

Petioli teretes, glabri, subrubri.

Stipulæ membranaceæ, ouato-oblongæ, apice laceræ.

Racemi laterales nutantes.

Bracteæ stipulis simillimæ.

Flores albi roseo uariantes, masculi tetrapetalis, fœminei pentapetali.

Capsulæ obliquæ, alatæ, ala altera longiore.

Habitat in umbrosis Mazatlami montibus. Floret Iulio. ☉.

G. POTERIUM.

Sanguisorba. Poterium inerme caulibus subangulosis. Hort. Cliff. 446. Mat. Med. 231. Sabb. Hort. 2. t. 71.

Poterium inerme filamentis longissimis. Dalib. Paris. 291.

Pimpinella Sanguisorba minor, hirsuta. C. B. P. 160. Tourn. p. 157.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♂.

In Officinis Pimpinella uulgo adpellatur, quo etiam uulgo nota est.

Proprietas. Adstringens, uulnerarium, attemperans, detergens et aperitiuum.

G. QUERCUS.

Phelos. Quercus foliis oblongis, integerrimis, subtus tomentosis. Fl. Mex.

Quercus foliis lanceolatis, integerrimis, glabris. Gron. Uing. 117. 149. Mill. Dict. n. 12.

Quercus seu Ilex Marilandica, folio longo, augusto Salicis. Rai. Dendr. 8. Castebs. Carol. 1. p. 16. t. 16.

Habitat in Sancti Angeli montibus prope Mexicum. ♄.

Molucca. Quercus foliis lanceolato-ouatis, glabris, integerrimis.

Quercus Molucca. Rumph. Amb. 3. p. 85. t. 58.

Habitat in Noua Hispaniæ montibus et Moluccis. ♄.

Prinus. Quercus foliis obouatis, utrinque acuminatis, sinuato-serratis, denticulis rotundis, uniformibus. Hort. Cliff. 448. Gron. Uirg. 149. Du Royen. Harbk. 2. p. 276. t. 6. f. 3.

Quercus Castaneæ foliis procera arbor Uirginiana. Pluk. Alm. 309. t. 54. f. 3. Rai. Hist. 1916. Catesb. Caroli. 1. p. 18. t. 18. Duham Arb. 18.

Habitat in Borealis Americæ montibus. ♄.

Nigra. Quercus foliis cuneiformibus, obsoletè trilobis. Gron. Uirg. 117. 149. Mill. Dict. n. 10.

Quercus foliis cuneiformibus obsolete trilobis, uenis ut plurimum in setas productis. Du Royen Harbk. 2. p. 272. t. 6. f. 1.

Habitat in Americæ Septentrionalis montibus. ♄.

Alta. Quercus foliis oblique pinnatifidis, sinubus, angulisque obtusis. Kalm. it. 2. p. 270. t. f. 5.

Quercus foliis supernè latioribus, oppositi, sinuatis, sinubus, angulisque obtusis. Gron. Uirg. 117. 149.

Habitat cum præcedentibus. ♄.

G. IUGLANS.

Regia. Iuglans foliolis oualibus, glabris, subserratis, subæqualibus. Hort. Cliff. 449. Mat. Med. 232. Knorr. Del. 1. t. n. 7.

Iuglans foliolis septenis, ouato-lanceolatis, integerrimis. Hall. Helu. n. 1624.

Habitat in Persia et America Septentrionali. ♄.

Proprietas. Exterior Drupæ, cortex amarissimo, et graui sapore adstringit, contrectatus si recens, sit atro colore uix delebili tingit; uires possidet, narcoticas et menagogas: artus paralysi laxus stimulans, ascarides enecat. Amigdalæ membranaceum dissepimentum hemorragias cobibet, ac uentriculum roborat quo fit, ut in febribus intermittentibus oportunum præstet auxilium. Amigdala tamen ipsa inmatura, recensue saltem Tæniam occidit, quod et oleum ex illis expressum efficere asserunt, plerique primi, subsessilli medici.

Cinerea. Iuglans foliolis undenis, lanceolatis, basi altera breuiore. Medic. in Obs. Soc. Œcon. Sat. p. A. 1774. p. 230.

Iuglans (oblonga) foliolis cordato-lanceolatis, infernè neruosis, pediculis foliorum pubescentibus. Mill. Dict. n. 3.

Habitat in plurimis Septentrionalis Americæ locis. ♄.

G. PLATANUS.

Orientalis. Platanus foliis palmatis, floribus hermaphroditis. Fl. Mex. Ic. 430.

Platanus foliis palmatis. Hort. Cliff. 447.

Platanus Orientalis uerus. Park. Teatr. 1427. Tourn. p. 590. Duham. Arb. 1. t. 2. f. 33.

Calyx communis Amentum globosum.

Proprius squammæ quatuor inferæ, lanatæ, quarum duæ, floribus contiguis communes, maiores concaue, subouatæ, acuminatæ, propriæ, laterales oblongæ, duplo minores, persistentes.

Corolla supera, pentapetala, minima; petalis ouato-acuminatis, conniuentibus, deciduis.

Stamina filamenta quinque fere longitudine petalorum, subulata, marginis superiori germinis inserta.

Antheræ oblongæ, incumbentes, basi bifidæ.

Pistillum. Germen medium obouatum, obsoletè tetragonum, styli quinque, raro sex, persistentes, filiformes, longitudine staminum; stigmata simplicia.

Pericarpium. Nux. . . .

Semina. . . . . . Nucleus quadrangularis?

Arbor frondosissima, quindecim orgyas longa.

Rami ad caulis summitatem patentes, ad apicem ferrugineo-lannati, scabriusculi.

Folia alterna, quinnata, cuneiformi, lanceolata, integerrima, piloso-scabra, caricæ Posoposæ similia.

Petioli teretes, longissimi, lanati.

Racemus terminalis, simplex, ex amentis globosis octo circiter.

Flores in amentum globosum lanatum congesti, minimi, decolores, uix calycinis squammis longiores, petalis minimis in conum conniuentibus, senioribus patenti-reflexis.

Fructus nuclei quadrangulares.

Habitat in Oppido Uruapam, prope riuulorum torrentes, in Europa Orientalis et Asia. Floret Septembri. ♄.

MONADELPHIA.

G. PINUS.

Strobus. Pinus foliis quinis, margine scabris, cortice læui. Gron. Uirg. 152.

Pinus foliis quinis, connis oblongis, pendulis, squammis oualibus, planis laxis. Du Royen Harbk. 2. p. 57.

Habitat in frigidis Septentrionalis Americæ montibus. ♄.

G. CUPRESSUS.

Semperuirens. Cupressus foliis imbricatis, fronsibus quadrangulis. Mat. Med. 205. Scopol. Carniol ed. 2. n. 1199.

Cupressus foliis imbricatis, erectis. Hort. Cliff. 449.

Habitat in Creta, Corinthio et Noua Hispania. ♄.

Proprietas. Strobili adstringentes diarrhœam cohibent et repositis, terniis roborando, exitum intercludunt.

Disticha. Cupressus foliis distichis patentibus. Hort. Cliff. 499. Gron. Uirg. 153.

Cupressus Americana. Catesb. Carol. 1. p. 11. t. 11.

Habitat in Uirginia, Carolina et Noua Hispania. ♄.

Thyoides. Cupressus foliis imbricatis, frondibus ancipitibus. Kalm. It. 2. p. 175. et 3. p. 114.

Cupressus nana Marina, fructu cœruleo; paruo. Pluk. Mantiss. 61. t. 345. f. 1.

Habitat in Noua Hispania, et Canada. ♄.

G. DALECHAMPIA.

Scandens. Dalechampia foliis trilobis. Fl. Mex. Ic. 431.

Dalechampia foliis trifidis. Hort. Cliff. 485. Iac. Amer. 252. t. 160.

Dalechampia foliis trifidis serratis. Supp. p. 421.

Masculi flores cum fœmineis intra bina inuolucra, et propriis inuolucellis distincta.

Calyx inuolucrum commune, exterius, foliolis quatuor, ouatis, patentibus; interius, maximum foliolis duobus, cordatis, trifidis, dentato-ciliatus, quinqueneruis, conniuentibus.

Masculorum umbellula pedunculata, decemflora, diphylla, folio superiore breuiore.

Perianthium proprium pedicellatum, penthaphyllum, foliolis ouatis, acutis, reflexis, deciduis.

Corolla nulla.

Nectarium squammæ numerosæ, imbricatim, adpressæ, à tergo florum masculorum, intra eorum umbellulam.

Stamina filamenta plurima, connata in cylindrum, calyx longiorem, antheræ subrotundæ.

Fœminei flores infra masculus terni.

Intra idem inuolucrum commune.

Calyx inuolucellum diphyllum coloratum, foliolo superiore subtrilobo, lateralibus compresso, ambiente, inferiore ouato, minore.

Perianthium proprium inferum, foliolis decem ad duodecim, linearibus, dentato-ciliatis, conniuentibus persistentibus.

Corolla nulla.

Pistillum. Germen subrotundum, stylus filiformis, ascendens, longitudine masculorum, stigma capitato-compressum, perforatum.

Pericarpium. Capsula subrotunda, tricocca, trilocularis, loculis biualuibus.

Semina solitaria, subrotunda.

Suffrutex scandens, caule tereti, glabro.

Rami alterni, quandoque gemini, caule similes.

Folia alterna, cordata, triloba, lobis ouatis, minutim denticulatis, rugosis, pubescentibus.

Petioli longitudine foliorum, sexangulares, uillosi.

Bracteæ ouatæ, reflexæ.

Pedunculi axillares solitarii, teretes, longi, uillosi, altero folio caulinis, minore, sed simillimo, munite.

Flores solitarii, decolores.

Inuolucri communis, interioris foliola albicantia.

Habitat in Xorulli uicinis Coahuayane maritimis, aliis calidioris Amæricæ locis. Floret Autumno. ♃.

G. ACALYPHA.

Uirginica. Acalypha inuolucris fœmineis cordatis incisis, foliis cordato-ouatis, acuminatis, serratis, petiolo longioribus. Fl. Mex.

Acalypha inuolucris fœmineis, cordatis, incisis,

foliis ouato–lanceolatis, petiolo longioribus. Fl. Zey. 322. Brown. Iam. 346. n. 2. t. 36. f. 2.

Acalipha foliis ouato–lanceolatis, inuolucris fœmineis obtusis. Hort. Cliff. 495. Gronw. Uirg. 116. 153.

Herba bipedalis caule erecto, flexuoso.

Rami alterni, uillosi.

Folia alterna, ouata, acuminata, serrata, basi emarginata, utrinque uillosa, breuiter petiolata.

Stipulæ setacæ, ciliateæ, breuissimæ.

Spicæ axillares terminalesque, masculorum filiformes, elongatæ, â fœmineis distinctæ, nudæ: fœminæ oblongæ, masculis breuiores.

Inuolucra fœminarum cordato–subrotunda, concaua, incisa, uillosissima.

Habitat in Apatzingam, Zeylam et Uirginia. Floret Septembri. ☉.

Indica. Acalypha inuolucris fœmineis cordatis, subcrenatis, foliis ouatis, petiolo breuioribus. Fl. Zeyl. 341. Mill. Dict. n. 3.

Mercurialis Zeylanica tricoccos cum acetabulis. Herm. Lugdb. 686. t. 687, Rai. Hist. 1854. Supp. p. 108.

Herba bipedalis diffusa.

Rami alterni, ascendentes, glabri.

Folia alterna, ouata, nonnulla, basi attenuata, serrata, subuillosa, longissimè petiolata.

Spicæ axillares, geminæ, petiolis triplo breuiores.

Flores masculi, supra fœmineos, in eadem spica pauci.

Pedunculi communes, elongati.

Inuolucra fœmineorum cordato–subrotundum, obtusè serrata.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ locis et India Orientali. Floret Iulio. ☉.

Uillosa. Acalypha inuolucris fœmineis minimis, dentatis, uillosissimis, spicis elongatis, foliis ouatis, acuminatis, serratis, petiolo longioribus. Supp. p. 428.

Acalypha uillosa. Iacq. Amer. p. 254. Eiusd. Hort. r. 3. p. 26. t. 47.

Suffrutex diuersa magnitudine ratione loci.

Rami alterni, seniores glabri, tenerrimi pubescentes, graciles.

Folia alterna, ouata, dentato–serrata, subtus uillosa, petiolis dimidio longiora.

Stipulæ setaceæ.

Spicæ florum masculorum axillares, filiformes, solitariæ, densæ, erectæ, foliis longiores.

Flores masculi omnium minimi, albicantes, uixque oculis distincti. Fœminei tum infra masculus, tum indistincta planta, pauciores, sessiles, apetali.

Inuolucra fœmineorum profunde dentata, cordata, hirsuta, fructu aucto grandiora.

Habitat in Xochixtlam et plerisque Nouæ Hispaniæ calidis locis. Floret Septembri. ♃.

Depressa. Acalypha inuolucris fœmineis, cordatis, incisis; foliis ouatis, dentatis, petiolo longioribus. Fl. Mex.

Suffrutex ramis alternis, sexquidodrantalibus, in terram depressis, iunioribus triangularibus, supernè atro–purpureis, pubescentibus.

Folia alterna, ouato–cuneiformia, apice profundè dentata, basi integerrima, subuillosa.

Petioli filiformes, foliis dimidio breuiores.

Spicæ masculæ erectæ.

Flores fœminei axillares, solitarii.

Inuolucra fœminarum cordato–subrotunda, profundè dentata.

Habitat in prædis Temascatio, prope Salmantinam. Floret Iulio. ♃.

G. CROTON.

Lacciferum. Croton foliis ouatis, acutis, serrulatis, subtomentosis, basi biglandulosis. Fl. Mex.

Croton foliis ouatis, tomentosis, serrulatis, petiolatis, calycibus tomentosis. Fl. Zeyl. 344. Burm. Ind. 304. Mat. Med. 237.

Ricinoides aromatica arbor. Circeæ, foliis hirsutis, floribus spicatis, maior. Burm. Zeyl. 201. t. 91.

Arbor quindecim pedes longa.

Folia ouata, acuta, uel ouato–oblonga, subserrata, tomentoso–scabra, alia integerrima, basi biglandulosa.

Spicæ terminales.

Flores subpedunculati.

Habitat in Mazatlami montibus et India Orientali. Floret Iulio. ♄.

Proprietas. Resina ex hac arbore emanans, rubra, adstringens, diuretica et antiscorbutica est. Prodest inoris ulceribus detergendis et consolidandis, inseruitque ad utensilia nitida redenda.

Illustris Hermannius asserit, gummi Laccam officinarum esse succum lactescentem huius arboris â quibusdam insectis collectum, et supra siccos ramulos in granula paratum.

Balsamiferum. Croton foliis ouato–lanceolatis, scabris, integerrimis, subtus tomentosis.

Croton foliis lanceolatis, acuminatis, integris, utrinque tomentosis, ramis tomentosis. Iacq. Amer. 155. t. 162. f. 3.

Arbuscula statura et habitu præcedenti simillima.

Rami terminalis tomentosi.

Folia alterna, ouato–lanceolata, acuminata, subtus tomentosa, scabriuscula.

Flores albo–lutei, apetali.

Habitat in Mazatlami montibus ac plerisque Insulis Americanis. Floret Maio. ♄.

Aromaticum. Croton foliis cordatis, scabris, subserratis, petiolatis, caule arboreo. Fl. Zeyl. 345. Burm. Ind. 304. Ic. 220.

Ricinoides arbor aromatica, Circeæ foliis media. Burm. Zeyl. 202. 11.

Arbor duas orgias longa.

Rami alterni, terminales, tomentosi.

Folia alterna, cordata, acuta, subserrata, tomentoso-scabra, breuiter petiolata.

Racemus terminalis, simplex.

Flores masculi, supra fœmineis, rubri.

Capsulæ globosæ, tomentosæ.

Habitat in Quahunahuacæ agris et Zeylam. Floret Martio. ♄.

Humile. Croton foliis cordatis, integerrimis, subciliatis, scabris, subtus tomentosis, caule fruticoso. Amœm. Acad. 5. p. 410. Ic. 221.

Croton fruticosum minus, foliis uillosis, cordatis, acuminatis, ramulis gracilibus, glabris. Brown. Iam. 347.

Frutex quadripedalis, foliis, petiolis, pedunculis, calycibusque, pilis capitatis ciliatis.

Flores masculi albi, pentapetali, fœminei apetali,

Habitat in plurimis Nouæ Hispaniæ regionibus calidioribus præcipue et in Iamaica. Floret Aprili. ♄.

Tetlatziam uocant Quahunahuacenses, siue Urens, ob causticitatem quo oculos et equis, et bobus solo plantæ huius contactu, asserunt exsilire.

Flauens. Croton foliis cordato-ouatis, integerrimis, subtus tomentosis, caule fruticoso. Fl. Mex.

Croton foliis cordatis, oblongis, integerrimis, utrinque tomentosis, ramulis densius tomentosi. Amœn. Acad. 5. p. 410.

Croton fruticulosum et uillosum, foliis cordatis, acuminatis, ramulis crassius, tomentosis. Brown. Iam. 347.

Frutex septempedalis, ramis alternis, erectus, ad apicem densissimè tomentosis, tomento subflauo.

Folia alterna cordato-ouata, nonnulla subrhombea, integerrima, utrinque, sed subtus, densissime tomentosa.

Petioli ancipites foliis dimidio breuiores.

Bracteæ subulatæ, erectæ.

Spicæ terminales.

Habitat in calidissimis Coahuayanæ montibus et Iamaica. Floret Iannuario. ♄.

Magnifolium. Croton foliis cordatis, integerrimis, petiolis longissimis, apice, glandulosis. Fl. Mex.

Caulis suffruticosus tres orgyas longus.

Rami erecti, tomentoso-scabri.

Folia alterna, cordata, acuta, subdenticulata, supernè scabriuscula, subtus tomentosa.

Petioli longissimi glandulis tribus, ad apicem sanguineus, bifidis.

Stipulæ setaceæ.

Racemus simplex, interruptus.

Flores albi, conferti.

Habitat in Mazatlami prædio. Floret Iunio. ♄.

Obseruatio. Folia Crotonis Aromatica similia, sed triplo maiora, longuisque petiolata.

Uerticillatum. Croton foliis ouato-lanceolatis, acuminatis, serratis, ramis spicisque subumbellatis. Fl. Mex. Ic. 133.

Suffrutex quinquepedalis.

Rami subumbellati, hirsuti, glauci.

Folia alterna, numero ramorum, infra diuisionem uerticillata, ouata, acuminata, serrata, ciliata, supernè glabra, basi biglandulosa.

Petioli breues, canaliculatis, rufescentes, hirsuti.

Spicæ ternæ, aut plures subumbellata (primaria in ramorum dichothomia solitaria), filiformes, elongatæ.

Masculi flores pedicellati; fœminei, pauciores, sessiles.

Capsulæ hirsutissimæ.

Habitat in Tixtlæ montibus. Floret Iulio. ♄.

Rotundifolium. Croton foliis subrotundis, sublobatis, dentatis, basi biglandulosis. Fl. Mex.

Caulis fruticosus, bipedalis, teres, scabriusculus.

Folia cordato-rotundata, sublobata, dentata, scabra.

Glandulæ binæ ad foliorum basim.

Petioli breuissimi.

Stipulæ lineares.

Spica terminales.

Flores albi pedicellati.

Habitat in aridis Mazatlami montibus. Fl. Mex.

* ....

Suffrutex tripedalis.

Rami inferiores alterni, teretes, glabri; superiores terni, ex eodem fere puncto orti, striato-angulati.

Folia infima alterna, superiora terna, cuncta, trilobata, lobis lanceolatis, serratis, infernè ad costam uillosa, longissimè petiolata.

Stipulæ setaceæ, basi bifidæ.

Spicæ florum masculorum, è dichothomia ramulorum, filiformes, laxæ, nudæ.

Pedunculus communis compresso-triangularis.

Flores fœminei axillares, circiter quatuor, in petiolo communi alternæ, calycibus subheptaphyllis.

Capsulæ glabræ.

Habitat in Apatzingam. Floret Septembri. ♃.

Uulpinum. Croton foliis alternis, oblongis, integerrimis, punctato sericeis. Fl. Mex. Ic. 410.

Frutex bipedalis ramis uirgatis, alternis, suberectis, raris, teretibus......punctatis, sericea, breuiter petiolata.

Racemus florum masculorum terminalis, simplex, floribus albis, inter congenerens paruis.

Flores fœminei in eadem uel distincta planta, subsolitarii, apetali, stigmatibus multifido-capillaribus.

* Lo que sigue se refiere seguramente á otra especie que no se menciona en el original.

Habitat in Apæ æquoribus. Floret Maio. ♄.

Proprietas. Tota planta, sole æstuante uulpinum odorem spirat, unde uulgis *herba uulpes* adpellatur.

Eiusdem radix in puluerem redacta dracmæ unius pondere, seminaque ad grana quinque supra uiginti aqua soluta, in gratissimam emulssionem catharticum in lue uenerea præstantissimem innumeris experimentis comprobatum exhibent. Dissertationem de huius plantæ mirifica uirtute ad syphylitidem omnimo profligandam, alibi proferat, Martinus Sessæus, qui in syphyliticorum Nosochiomio Mexicano obseruationes huiusmodi, rera olim cura instituebat, in quibus Iosephus Alzatius in Summaria Rerum literiarum opella, pauca iam dixit.

G. IATROPHA.

Curcas. Iatropha foliis cordatis angulatis. Hort. Cliff. 445. Mat. Med. 237. Iacq. Amer. 3. t. 63. Ic. 329.

Ricinus Americanus maior semine nigro. C. B. P. 432.

Quauhaioxoatztli Mexicanorum.

Arbuscula decempedalis.

Rami alterni, erecti, teretes, glabra.

Petioli teretes, longi, basi incrassati.

Racemus florum masculorum, terminalis, simplex.

Flores albi, infundibuliformes, fœminei infra masculos.

Capsulæ ouatæ congeneribus, demta Triloba, maiores.

Semina oblonga, nigra, subangulata.

Habitat in Chilpanzingo, aliisque calidis Nouæ Hispaniæ locis et Americanis Insulis. Floret Iulio et Augusto. ♄.

Proprietas. Semina drastica, et inflammatoria uirtute prædita, tostione innoxia reduntur, imo comminuta non ingratum condimentum, capsica, et physali commixta prebent *pipiam* uulgo nuncupatum Indigenæ, huiusmodi epulis in nuptialibus conuiuiis maxime delectantur.

Ianisa. Iatropha foliis palmatis, lobis aliis integerrimis, aliis sinu intermedio lobatis, floribus masculis campanulatis. Fl. Mex. Ic. 249.

Iatropha foliis palmatis, lobis integerrimis, intermedio utrinque sinu lobatis. Iacq. Amer. 256. t. 162. f. 1.

Ianisa frutescens. Lœfl. It. 309.

Arbuscula duodecimpedalis, glaberrima.

Rami alterni, suberecti, teretes, glaberrimi.

Folia alterna, palmata, lobis septem lanceolatis, hinc integerrimis, hinc sinu intermedio utrinque lobatis, utrinque glabris.

Petioli teretes, longi, basi incrassati, glaberrimi.

Stipulæ ramoso-setigeræ.

Racemi florum masculorum terminales simplices.

Flores palide, uirentes, campanulati, quinque partiti, laciniis ouatis.

Filamenta decem, receptaculo inserta, alterna breuiora; fœminei infra masculos pauciores.

Habitat in calidis utriusque Americæ montibus et India Orientali. Floret Augusto. ♄.

Urens. Iatropha foliis palmatis, dentatis. Hort. Cliff. 445. Iacq. Hort. t. 21.

Ricinus Thytimaloides, Americanus, lactescens, et urens, floribus albis. Comm. Hort. 1. p. 19. t. 10.

Caulis erectus, glaber, carnosus.

Folia cordata, septemlobata, dentibus aculeata.

Petioli longissimi, apice glandulosi.

Spinulæ urentissimi petiolum obsidentes.

Stipulæ setaceæ, multifidæ.

Umbella terminalis.

Flores albi.

Stamina decemquinque, breuiora, alterna.

Setæ tres ad basim, trium è longioribus.

Habitat in utraque America. ♄.

Triloba. Iatropha foliis trilobis, pericarpius ouatis, magnis, glabris. Fl. Mex. Ic. 331.

Huicipocholl. Hern. Mex. 61.

Frutex octopedalis.

Rami alterni, teretes, glabri.

Folia alterna, glabra, triloba, lobulis ouatis, acutis, integerrimis, longissimè petiolata.

Flores terminales, masculi, pentapetali, subseni, racemosi, fœminei subsolitarii.

Capsulæ ouatæ, glabræ, congenerum maximæ.

Semina oblonga, nigra, compresso, angulata.

Habitat in Apatzingam et Mazatlam, ubi, *Ioyoll* siue *Ioyote* uulgo adpellatur. Inseruit communitur pro sepibus conficiendis.

Mitis. Iatropha foliis ouato-lanceolatis, integerrimis. Fl. Mex.

Caulis fruticosus, semiorgialis, teres, glaber.

Folia alterna, subsessilia, ouato-lanceolata, integerrima, uillosa, uenis subtus prominentibus lineata.

Stipulæ subulatæ, breuissimæ.

Pedunculi axillares, petiolis paulo longiores, ut plurimum triflori.

Flores completi uix calycem superantes, pentapetali, ciliati, fœminei, in eodem pedunculo, cum masculis.

Habitat in Chilpanzingi montibus. Floret Iulio. ♄.

G. RICINUS.

Communis. Ricinus foliis peltatis, subpalmatis, serratis. Mat. Med. 237. Mill. Ic. 219.

Ricinus foliis peltatis, serratis, petiolis glanduliferis. Hort. Cliff. 450.

Cataputia maior. Pharm.
Habitat penè ubique. ♂. ♃.
Proprietas. Semina drastica, inflammatoria, antihelmintica oleum expressum caule usurpatum, passioni illiacæ nephritidi, et colicæ Pictorum nedetur. Teniam itidem occidit.

G. HIPPOMANE.

Manzanilla. Hipomane foliis ouatis, subserratis, basi uniglandulosis, fructibus drupaceis. Fl. Mex.
Hipomane foliis oualis, serratis, basi biglandulosis. Iacq. Amer. 250. t. 159. Hort. Cliff. 484.
Manzanilla Pyri facie. Catesb. Carol. 1. p. 95. t. 95. Plum. Gen. 50.
Arbor uigintipedalis, ramis ut plurimum ternis, erectis, glabris, punctis albicantibus prominentibus, cicatriculisque foliorum decidentium scabriusculis.
Folia alterna, ouata, acuminata, subserrata, scariosa, utrinque glabra.
Glandula subrotunda ad foliorum basim.
Petioli teretes.
Flores masculi in spicam terminalem digesti, fœminei infra masculus solitarii.
Dupræ globosæ.
Habitat ad Caribeum insulas, Acapulci, Coahuayanæ, aliaque Australis Occeani littora. Floret Iannuario. ♄.

Biglandulosa. Hippomane foliis ouato-oblongis, serratis, basi biglandulosis. Fl. Mex. Ic. 261.
Hippomane foliis ouato-oblongis, serratis, basi biglandulosis. Mill. Dict. n. 2.
Sapium arboreum, foliis elipticis, glabris, petiolis biglandulosis, floribus spicatis. Brown. Iam. 338.
Suffrutex bipedalis, ramis uirgatis, teretibus, glabris, subrubris.
Folia alterna, ouato-oblonga, minutim serrata, erecta, transuersè uenosa, glabra, fere sessilia, basi biglandulosa.
Spicæ terminales simplices floribus masculis, supra fœmineos, in amentum laxum dispositis.
Fructus tricocci.

Spinosa. Hippomane foliis elipticis, serrato-spinosis, biglandulosis. Fl. Mex. Ic. 278.
Hippomane foliis subouatis, dentato-spinosis. Mill. Dict. n. 3.
Manzanilla Aquifolii foliis. Plum. Gen. 50. Ic. 171. f. 1.
Frutex quinquepedalis.
Rami erecti, teretes, glabri; recentiores tetragone.
Folia alterna, petiolata, eliptica, cuspidato-serrulata, supra nitida, subtus incana.
Glandulæ binæ, ad foliorum basim.
Spica terminalis amentacea floribus luteis.
Habitat in calidis Americæ locis. Floret Iulio. ♄.

G. HURA.

Crepitans. Hura. Hort. Cliff. 486. t. 34. Ic. 432.
Hura Americana Abutyli Indici folio. Commers. Hort. 2. p. 131. t. 66. Threw. Ehret. 34. 35. f. 1.
Hippomane arboreum ramulis terminalis, foliis cordatis, crenatis. Brown. Iam. 214.
Quauhtlatlatzim, seu arbor crepitans. Hernand. Mex. 88.
Arbor procera, trunco ramisque maioribus, aculeis conicis undique obsitis.
Rami iuniores inermes, teretes, glabri, erecto-patentes.
Folia cordata, acuta, inæqualiter serrata, uenoso-reticulata, utrinque glabra, nitide, uirentia.
Petioli teretes, longi, glabri, basi clauati.
Masculi flores.
Fœminei flores axillares, solitarii, crasse pedunculati.
Habitat in calidioribus Americæ locis. ♄.
Proprietas. Semina numero bino, aut terno exhibitat, uiolenter humores omnes sursum ac deorsum, expurgant; detracta uero membranula, quadam interiori, in qua maior, uix residere uidetur, eodem numero propinata tuto, et feliciter aluum à pituitosis, atque biliosis humoribus liberant. Quod quidem innumeris experimentis quotidie apud Indigenas illuscescit, quamuis Sloanus, contrarium se experiri adserat.

SINGENESIA.

G. MOMORDICA.

Operculata. Momordica foliis cordatis, subtrilobis, pomis trigonis læuibus, apice deciduo, operculatis. Fl. Mex. Ic. 433.
Momordica pomis angulato-tuberculatis, apice deciduo, operculatis, foliis lobatis.
Momordica Americana, fructu reticulato sicco. Commers. Rau. 22. t. 22.
Caulis quinque angularis, scandens, pilis uaris, albicantibus, rectis, scaber.
Folia cordata, repando-angulata, suprema non raro triloba, quinquelobaque.
Cirrhi bifidi.
Pedunculi tam masculorum, quam fœmineorum florum axillares, solitarii, uniflori, longissimi, uillosi, floriferi erecti, fructiferi nutantes.
Flores pallidè lutei.
Poma trigona, apice deciduo, acuminata, uirentia, longitudinaliter albo-striata, glabra, matura albicantia, ex succa, intus fibroso-reticulata.
Semina compressa, nigra.
Habitat in Apatzingam calidisque aliis Americæ locis. Floret Octubri. ⊙.

Nonoquelite Mexicane adpellatur.
Poma cucumerem satiuum redolent.

G. CUCURBITA.

Lagenaria. Cucurbita foliis subangulatis, tomentosis, basi subtus biglandulosis, pomis lignosis. Mat. Med. 238. Blackw. t. 522. A. B. Sabb. Hort. 1. t. 69.

Cucurbita seminibus obsoletè bicornibus. Hort. Cliff. 451.

Habitat in irriguis Americæ pratis. ☉.

Proprietas. Semina dulciuscula, edulcurantia sunt et refrigerantia; febribus putridis, stranguriæ, nephritidi et peruigilio medentur.

Pepo. Cucurbita foliis lobatis, pomis lacuibus. Mill. Dict. n. 2.

Cucurbita seminum margine tumido. Hort. Cliff. 452.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ☉.

Citrulus. Cucurbita foliis multipartitis. Mat. Med. 209. Hasselq. It. 488.

Cucurbita seminum margine basi dilatato. Hort. Cliff. 452.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ☉.

Proprietas. Easdem ac Lagenaria Cucurbita possidet uires.

G. CUCUMIS.

Colocynthis. Cucumis foliis multifidis, pomis globosis, glabris. Mat. Med. 239. Blackw. t. 441. Sabb. Hort. 1. t. 70.

Colocynthis fructu rotundo, maior. C. B. P. 313. Tourn. p. 107.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ☉.

Proprietas. Fructus pulpa atque semina amarissima et nauseosa, drastica ualde sunt, anthelmintica, emenagoga.

Melo. Cucumis foliorum angulis rotundatis, pomis torulosis. Hort. Cliff. 451. Sabb. Hort. 1. t. 65. Mat. Med. 209.

Melo uulgaris. C. B. P. 310. Tourn. p. 104.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ☉.

Proprietas. Easdem ac Cucurbita Lagenaria, possidet uires.

Satiuus. Cucumis foliorum angulis rectis, pomis oblongis, scabris. Hort. Cliff. 451. Sabb. Hort. 1. t. 63. Mat. Med. p. 240.

Cucumis satiuus uulgaris. C. B. P. 310. Tourn. p. 104.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ☉.

Proprietas. Semina melonis seminibus uirtute congruunt.

Chate. Cucumis hirsutus, foliorum angulis integris, dentatis; pomis fusiformibus, utrinque attenuatis, hirtis. Hasselq. It. 491. Forsk. Ægypt. Cent. 6. p. 163.

Cucumis Ægiptius rotundifolius. C. B. P. 310. Tourn. p. 104.

Habitat in Noua Hispania, Ægipto et Arabia. ☉.

G. BRYONIA.

Alba. Bryonia foliis palmatis, utrinque calloso-scabris. Hort. Cliff. 453. Mat. Med. 240. Blackw. t. 533. A. B. Knorr. Del. 1. t. Z. 2.

Bryonia alba, baccis nigris. C. B. P. 297. Tourn. p. 102.

Habitat in Quahunahuacæ agris plurimisque Europæ prouinciis. Floret Aprili. ♃.

Proprietas. Radix, baccæ et semina acria, amara, et nauseosa sunt, inter cathartica, expellentia, emenagoga et anthelmintica numerantur. His non siue euentu hidropici, maniaci et epileptici purgantur, rheumaticis etiam, et contusioni laborantibus opem ferunt.

G. SICYOS.

Angulata. Sicyos foliis angulatis. Hort. Cliff. 452. Berg. Cap. 352. Sabb. Hort. 1. t. 60. Fl. Mex. Ic. 364.

Bryononides flore et fructu minore. Dill. Elth. 58. t. 51. f. 59.

Masculi flores.

Calix. Perianthium monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, denticulatis, subulatis.

Corolla campanulata, calyci adnata, quinque partita, laciniis ouatis, calycis duplo longioribus.

Nectarium ex foueis decem, fundo calycis extus prominentibus.

Stamina. Filamenta quinque, in cylindrum connata, supernè libera, patentia. Antheræ bifidæ in tergo apicis filamentorum.

Fœminei flores.

Calyx ut in mare, germines pedicello insidens, deciduus.

Corolla ut in mare.

Pistillum. Germen inferum obouatum, apice obliquum, quinque sulcatum. Stylus cylindricus, longitudine calycis, stigma capitatum, subquinquelobum, reflexum.

Pericarpium. Bacca obouata, quinque sulcata, apice inæqualiter gibbosa, muricata, unilocularis.

Semen unicum subouato-compressum, carnosum, bilamellatum.

Planta cucurbitacea cirrhosa, scandens.

Caulis succulentus, sulcatus, glaber.

Folia cordata, angulata, denticulata, supernè scabra.

Petioli inanes, succulenti, configuratione caulis.
Cirrhi laterales multifidi.
Flores parui, decolores, inodori, masculi racemosi, fœminei solitarii, pedunculati.
Baccæ carnosæ, insipidæ, magnitudine Pyri maioris, uersus apicem semina gerentes.
Habitat in Insulis Antillis et Noua Hispania. ♂.
Chayotl seu Chayote uulgo adpellatur.
Obseruatio. Maturis fructibus supernè rima finditur, perquam semina paululum eggrediuntur, primas radiculas per baccarum pulpam emittentia, quarum ita fisarum hemisphæria cotiledonum uices gerunt et hæc sunt prima germinationis rudimenta.
Proprietas. Caulis ramorunque teneriorum decoctum, aduersus catharralem tussim ab Indigenis commendatur.
Œconomia. Baccæ decocte siue inter epularum oluscula, siue solæ eduntur. Biennio â plantæ germinatione, prima transacto, radicæ tuberosæ fiunt, et tunc effodiuntur, atque decoctæ passim uendutur. Insipidæ omnium sunt, ad farinacea substantia, refertæ ad æstuantes humores refrigerandos, seu in ipsis, æstatis ordoribus, seu post aliquam corporis defatigationem adhibentur.

Palmata. Sycios foliis palmatis, stipulatis, floribus tetrandris, fœmineis geminis, stigmate quadrifido. Fl. Mex. Ic. 366.
Planta præcedentis habitu.
Folia palmata, denticulata, scabra, quinquelobata, lobo intermedio oblongo, sinuato-repando, lateralibus gibbis extimis, sublobatis.
Stipulæ cordatæ, trilobatæ, sessiles, dentatæ.
Masculi flores racemosi, conferti, axillares, tetrandri, fœminei bini ex unico pedunculo.
Baccæ obouate, acuminate, apicæ quinque striatæ, aculeis sparsis, incumbentibus, cuspidatæ.
Habitat in Ayahualtempam. Floret Augusto. ☉.

Triquetra. Sicyos foliis angulatis, corollis fœmineis tripartitis; fructibus triquetris, glabri. Ic. 434.
Masculi flores.
Calyx, corolla nectarium et stamina ut in caractere Sicyi Angulatæ.
Fœminei flores.
Calyx. Perianthium campanulatum, tridentatum, dentibus subulatis, breuissimis.
Corolla campanulata, calyci adnata, tripartita, laciniis ouatis, masculis duplo minoribus.
Pistillum. Germen inferum trigonum, stylus cylindricus, stigma trifidum, globosum.
Pericarpium. Bacca sicca, trigona, trisulcata, læuis.
Semina solitaria, trigona, lignosa, angulis muricata, punctata.
Præcedentes habitu refert.
Folia cordata, raro nec nisi ex summis, reniformia, angulata, angulis septem, acutis, denticulata, scabriuscula.
Petioli longissimi configuratione caulis.
Cirrhi laterales quadripartiti.
Racemus florum masculorum axillaris.
Flores masculi subuerticillati, nutantes, ex albo uirentes. Fœminei in eadem axilla umbellati subseri, masculis concolores, triploque minores.
Baccæ acutæ, trigonæ, trisulcatæ, læues, glabræ, Auellanæ magnitudine.
Habitat in plerisque calidis Nouæ Hispaniæ locis, ubi uulgo Nonoquelite adpellatur. Floret Augusto. ☉.
Œconomia. Ramorum teneriorum summitates decoctæ et Aurantii succo post refrigerationem, saleque conditæ acetariorum uices gerunt apud Indigenas.

CLASSIS XXII.

DIOECIA DIANDRIA.

G. SALIX.

Amigdalina. Salix foliis serratis, glabris, lanceolatis, petiolatis, stipulis trapeziiformibus. Roy. Lugdb. 83.
Salix stipulis serratis, glabris. Hall. Helu. n. 1636.
Habitat in Noua Hispania et Europa. ♄.

Rosmarinifolia. Salix foliis integerrimis, lanceolato-linearibus, strictis, sessilibus, subtus tomentosis. Roy. Lugdb. 84.
Salix procumbens, foliis lanceolatis, subtus sericeis. Hall. Helu. n. 1644. R.
Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃. ♄.

Alba. Salix foliis lanceolatis, acuminatis, serratis, utrinque pubescentibus, serraturis infimis glandulosis. Hort. Cliff. 473. Mat. Med. 241. Gow. Illustr. p. 78. t. 327.
Salix arborea, foliis elipticis, lanceolatis, subtus sericeis, dentibus crassescentibus. Hall. Helu. n. 1605.
Habitat in Noua Hispania et Europa. ♄.
Proprietas. Folia amara, antiuenerea, Dissentericis opem serunt. Cortex intermittentibus febribus medetur.
Œconomia. Cortex Coriariis ad robustiores pelles redendas ualde utilis.

G. CECROPIA.

Peltata. Cecropia. Lœfl. It. 272. Amœn. Acad. 5. p. 410. Iacq. Obs. 2. t. 46. f. 4. Fl. Mex. Ic. 435.
Coilotapalus ramis excauatis, foliis amplis, peltatis, lobatis. Brown. Iam. 111.
Ficus Surinamensis multifido folio, superna parte admodum scabro, aduersa densa lanugine molli. Pluk. Alm. 146. t. 243. f. 1.

Arbor instar Palmarum excelsa.

Rami in summitate caulis, frondis instar, conferti patentes, apice ferruginoso-tomentosi, scabri, excauatique.

Folia terminalia, alternatim, conferta, omnium maxima, peltata, lobata, lobis octo ad duodecim; supernè scabra, subtus sericea.

Petiolus communis, longus, teres, striatus, subtomentosus, puluinari infra basi spongioso.

Pedunculi florum masculorum axillares, subsolitari, parum depressi, scabriusculi.

Spathæ oblongæ, acutæ, purpurascentes, in apice pedunculi.

Amenta subsena flagelliformia.

Habitat prope Xorullum, Coahuayanæ maritimis et in Iamaica. Floret Septembri. ♄.

TRIANDRIA.

G. UISCUM.

Album. Uiscum foliis lanceolatis, obtusis, caule dichothomo, spicis axillaribus. Mat. Med. 241. Hall. Helu. n. 1609.

Uiscum. Hort. Cliff. 461. Duham. Arb. 356. Blackw. t. 184.

Habitat super Nouæ Hispaniæ et Europa arbores.

Proprietas. Lignum graueolens, mucilaginosum edulcorantia, decocta, ingreditur, uiribusque, cephalisis præditum creditur.

PENTANDRIA.

G. SPINACIA.

Oleracea. Spinacia fructibus sessilibus. Hort. Cliff. 457. Mat. Med. 243.

Spinacia foliis sagittatis, seminibus aculeatis. Mill. Dict. n. 1.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Proprietas. Herba, imo et semina diluunt humectant, aluunque benignè soluunt.

G. CANNABIS.

Satiua. Cannabis foliis digitatis. Hort. Cliff. 457. Mat. Med. 244. Mill. Dict et Ic. t. 77. Rumph. Amb. 5. t. 180.

Cannabis satiua. C. B. P. 320. Tour. p. 535.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ⊙.

Proprietas. Semina narcotica et repercusiua, gonorrææ, leucorrheæ et ictericiæ opitulantur.

HEXANDRIA.

G. SMILAX.

Laurifolia. Smilax caule aculeato, tereti, foliis inermibus, ouato-lanceolatis, trineruis. Gron. Uirg. 193. 156. Mill. Dict. 13.

Smilax læuis, Lauri folio, baccis nigris. Catesb. Carolin. 1. p. 15. t. 15.

China altera aculeata, foliis oblongis, cuspidatis. Plum. Ic. 85.

Habitat prope Apatzingam, aliisque Nouæ Hispaniæ locis, Uirginia et Carolina. Floret Autumno. ♄.

Tamnoides. Smilax caule aculeato, tereti, foliis inermibus, cordatis, oblongis, septem neruiis. Mill. Dict. n. 4.

Smilax Bryoniæ nigræ foliis, caule spinoso, baccis nigris. Catesb. Carol. 1. p. 52. t. 52.

Habitat cum præcedenti. Floret Iunio. ♄.

Caduca. Smilax caule aculeato, tereti, foliis inermibus, ouatis, trineruiis. Mill. Dict. n. 6.

Habitat in Mazatlami montibus et Canada. Floret Iulio. ♃. ♄.

Lanceolata. Smilax caule inermi, tereti, foliis inermibus, lanceolatis. Hort. Cliff. 459. Gron. Uirg. 120.

Smilax non spinosa, baccis rubris. Catesb. Carol. 2. p. 84. t. 84.

Habitat in Acahuizotlæ montibus et in Uirginia. ♃.

Pseudochina. Smilax cauli inermi, tereti, foliis inermibus, caulinis cordato-oblongis, rameis ouato-oblongis, trineruis. Fl. Mex.

Smilax caule inermi, tereti, foliis inermibus, caulinis cordatis, rameis ouato-oblongis, quinqueneruis.

Smilax caule tereti, inermi, foliis cordato-ouatis, acutis, inermibus, petiolis bidentatis. Hort. Cliff. 459.

Caulis teres, inermis, fusco-rubens, pubescens.

Folia caulina cordato-oblonga, acuminata, ramea ouato-oblonga, cuncta trineruia, breuissimè petiolata.

Cirri bini, indiuisi.

Habitat prope Uruapæ, cataractam Tzararacuam dictam, in Sina et Iamaica.

Mazatlanensis. Smilax caule aculeato, tetragono, foliis cordato-oblongis, aculeatis, quinqueneruis. Fl. Mex.

Habitat in Mazatlami montibus. ♃.

Proprietas. Easdem omnimo ac Zarzaparilla, possidet uires medicinales.

G. DIOSCOREA.

Aculeata. Dioscorea foliis cordatis, caule aculeato, bulbifero. Hort. Cliff. 459. Rumph. Amb. 5. t. 126.

Dioscorea Indiæ Orientalis folio Tamni longiore, floribus spicatis, spicis plurimis, ex uno pedunculo

excuntibus, scapo medio geniculato. Amm. Herb. 257.

Habitat in Chilpanzingi montibus et Mazatlam, ac in Malabaria. Floret Iunio. ♃.

Alata. Dioscorea foliis cordatis, caule alato, bulbifero. Fl. Zeyl. 260.

Uolubilis rubra caule membranulis exstantibus alato, folio cordato, neruoso. Sloan. Iam. 46. Hist. 1. p. 139.

Caulis uolubilis, trigono alatus, membrana purpurascente, undulata.

Folia cordata, acuminata, integerrima, multineruia, uenoso-reticulata.

Petioli caule similes.

Racemi axillares, gemini, penduli.

Flores pallidè lutei.

Habitat in umbrosis Acahuizotlæ montibus plurimisque aliis Americæ locis.

Satiua. Dioscorea foliis cordatis, alternis, caule læui, tereti. Hort. Cliff. 459. t. 28. Rumph. Amb. 5. t. 180. Fl. Mex. Ic. 183.

Dioscorea scandens foliis Zamni, fructu racemoso. Plum. Gen. 9. Ic. 117. f. 1.

Caulis uolubilis, teres, striatus.

Folia alterna, cordata, acuminata, multineruia, uenoso-reticulata.

Petioli canaliculati.

Racemi axillares gemini, elongati, pedunculo communi filiformi, partialibus subquadrifloris.

Flores albi.

Habitat in calidis Americæ regionibus et India Orientalis. Floret Iunio. ♃.

Trifida. Dioscorea foliis trilobis, cordatis. Fl. Mex.

Dioscorea foliis trifidis, cordatis. Supp. p. 487.

Caulis uolubilis, teres, minime alatus.

Folia trilobata, lobulis lateralibus indiuisis, integerrimis.

Habitat in Chilpanzingi montibus. ♃.

Forsan species hæc distincta.

Triandria. Dioscorea foliis cordatis, hastato, subtrilobis, floribus triandris, caule filiformi. Fl. Mex.

Caulis herbaceus, uolubilis, læuis, filiformis.

Folia cordata, hastata, subtriloba, multineruia, utrinque uillosa.

Petioli filiformes, breues.

Spicæ filiformes, laxæ, geminæ axillares.

Flores minimi, pallidè lutei, triandri.

Capsulæ inferæ, paruæ.

Habitat in montibus Ario uicinis. Floret Septembri. ⊙.

OCTANDRIA.

G. POPULUS.

Alba. Populus foliis subrotundis, dentato-angulatis, subtus tomentosi. Hort. Cliff. 460. Duham. Arb. t. 36. Blackw. t. 548.

Populus alba maioribus foliis. C. B. P. 429. Tourn. p. 592.

Habitat in temperatioribus Nouæ Hispaniæ et Americæ locis. ♄.

DECANDRIA.

G. CARICA.

Papaya. Carica foliorum lobis sinuatis. Hort. Cliff. 461. Rumph. Amb. 1. t. 50. 51. Threw. Ehret. t. 7. Hug. Barb. 181. t. 14. 15. Fl. Mex. Ic. 222.

Arbor Platani folio, fructu Peponis magnitudine, eduli. C. B. P. 131. Mex. Sur. 40. it. t. 62. 64.

Arbuscula uigintipedalis, caule instar Palmarum, stipitis recto, subindiuiso, tereti, læui, intus spongioso, fragili.

Rami rarissimi erecti, cauli similes.

Folia in sumitate caulis ramorumque alterna, septemlobata, lobis sinuatis, subpeltata, glabra.

Petiolus longissimus, teres, basi clauatus, erectus.

Racemi florum masculorum compositi, fere longitudine foliorum.

Flores pallidè lutei, pedicellis partialibus confertis, sessiles. Fœminei flores in distincta planta, infra foliorum exortum, sessiles.

Baccæ oblongæ, Melonibus similes, edules, dulcissimæ, mucilaginosæ.

Habitat in plerisque Nouæ Hispaniæ locis et in India Orientali. ♄.

Obseruatio. Uariat plerumque fructibus minoribus, subglobosis, forte culturæ defectu. Hincque uarietatem in Michoacanensis Prouincia *Melonzapote* Indigenæ adpellant.

Heptaphylla. Carica foliis digitatis, septenis, fructibus pedunculatis. Fl. Mex. Ic. 436.

Arbor frondosa et elegans, caule trigintapedali, rectissimo, tereti, glabro, læui, substantia molli, cortice cinereo.

Rami alterni, numerosi, erecto-patentes, cauli similes.

Folia alterna, digitata, foliolis septem, lanceolatis, integerrimis, utrinque glabris.

Petiolus comunis teres, glaber, longissimus, basi clauatus.

Racemi florum masculorum axillares terminalesque, compositi, petiolis breuiores.

Flores masculi pallidè lutei, Papaya minores, inodori. Fœminei in distincta planta, terminales, subterni, pedunculati, uirescentes, masculis multo maiores.

Baccæ ouato-oblongæ, basi angustiores, acutè pentagonæ, quinqueloculares, lactescentes.

Habitat in calidioribus Nouæ Hispaniæ locis, ubi *Bonete* uulgo adpellatur. ♄.

Usus. Baccæ subdulces ab Indigenis Regionum aliquarum eduntur, ab omnibus tamen saccharo in conseruam condiuntur.

G. SCHINUS.

Molle. Schinus foliis pinnatis, foliolis serratis, impari longissimo, petiolis æqualibus. Hort. Cliff. 483.

Lentiscus Peruuiana. C. B. P. 399.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♄.

Proprietas. Resina ab hac arbore extillans Fœniculi odorem habet, saporem uero acrem, subdulcem et cum amaritudine quadam abstringentem. Nucleus uentriculatum roborat corporaque etiam humiditate tumefacta exsiccat. Folia lotionibus addita œdemata dissolunt, ore commansa gingiuas, dentesque firmant, atque oris ulceribus medentur, ut refert celeberrimus Hernandius. Mex. 54.

Angustifolius. Schinus foliis pinnatis, foliolis linearibus, integerrimis, pedunculis trifloris. Fl. Mex.

Arbuscula inelegans, uix orgyas duas longa.

Rami alterni, scabri, â cicatriculis foliorum decidentium.

Folia in apicibus ramulorum fasciculata, imparipinnata, foliolis circiter uigintiquatuor, linearibus, integerrimis, æqualibus.

Pedunculi masculorum infra foliorum exortum, subuerticillati, triflori.

Flores congeneribus colore et magnitudine similes.

Habitat in aridis montibus Ixtlæ hæreditatis prope Queretarum. Floret Iulio. ♄.

Schinus molle redolet; uulgo *Xiote rubrum* adpellant.

Œconomia. Arboris huius cortex ad coria rufo colore tingendam usurpatur.

Occidentalis. Schinus foliis pinnatis, foliolis denticulatis, pedunculis solitariis. Fl. Mex. Ic. 406.

Tecopalquahuitl. Tepoztlani. Hern. Mex. 49.

Arbuscula decempedalis, ramis alternis, teretibus, glabris, fusco rubentibus.

Folia in apicibus ramorum conferta, impari pinnata, foliolis quinque ad septem, ouato-subrotundis, dentatis, utrinque glabris.

Petioli communes teretes.

Stipulæ lineari-subulatæ, breues, deciduæ.

Flores masculi ex albo rubentes, â foliorum axillis orti, solitarii, pedunculi filiformibus cernuis. Fœminei in distincta planta, subsessiles, solitarii.

Fructus. Drupa monosperma, odoratissima, subglobosa, obsoletè trigona.

Semina. Nux trigona, unilocularis, nitida, coccinea.

Habitat prope Queretarum. Floret Aprili et Maio. ♄.

G. CORIARIA.

Cuneifolia. Coriaria foliis obouato-lanceolatis. Fl. Mex. Ic. 437.

Calyx. Perianthium quinquepartitum, laciniis subrotundis, patentibus, coloratis, extimis incumbentibus, persistens.

Corolla monopetala, quinquepartita; laciniis obouatis, concauis, patentibus, basi conuexis.

Stamina. Filamenta octodecim ad nouemdecim, filiformia, basi lanata, fundo corollæ inferta, eaque breuiora. Antheræ lineares, erecteæ, apice bifidæ.

Pistillum. Germen obtusè pentagonum, styli quinque, filiformes, connexi, longitudine staminum, stigmata simplicia.

Pericarpium. . . . . .

Semina. . . . . .

Arbuscula elegans, quindecimpedalis.

Rami alternis â tuberculi, cicatriculisque foliorum decidentium, scabri, iuniores teretes, ferrugineo-tomentosi.

Folia alterna, obouato-lanceolata, dentibus setigenis inæqualibus serrata, supra uillosa, infra, præter costam, glabra, uenis subtus prominentibus, transuersè linneata, breuissimè petiolata.

Racemi compositi axillares, longitudine foliorum, terminalis uero maiores.

Pedicelli subtriflori.

Bracteæ lineares.

Flores albi, insipidi, inodori.

Habitat secus decursum aquarum è Jucutacati cataracta Tzararaqua dicta in oppido Uruapam effluentium. Floret Septembri. ♄.

Obseruatio. Flores postmodum, in ipso oppido Uruapam, masculi in hac fœminei in alia planta repenti sunt.

Œconomia. Perinde ac Coriaria Myrthifolia coriis tingendis inseruit.

MONADELPHIA.

G. CISSAMPELOS.

Pareira. Cissampelos foliis peltatis, cordatis, emarginatis. Mat. Med. 249. Mill. Dict. n. 3. Fl. Mex. Ic. 438.

Cissampelos caule erecto, suffruticoso, simplicissimo. Lœfling. It. 267.

Caulis uolubilis, teres, glaber.

Folia alterna, subrotundo-cordata, emarginata, retusa, peltata, integerrima, subtus uillosa.

Petioli teretes, pubescentes.

Racemi florum masculorum, axillares, gemini, bipartiti, petiolis breuiores; fœminorum foliosi elongati, nutantes.

Flores ex albo uirentes, minimi.

Folia floralia reniformia, nec peltata, persistentia.

Bracteæ setaceæ.

Baccæ rubræ, oblongæ.

Masculi flores.

Calyx nullus, nisi corollam dicas.

Corolla. Petala quatuor, obouata, plana, patentia.

Nectarium discus floris membranaceus, rotatus.

Stamina. Filamenta quatuor, minima, coalita; antheræ, latæ, planæ, filamentorum apicem circumdantes.

Fœminei flores.

Calyx nullus, nisi bractea lanceolata, concaua, pro calyce habeatur.

Corolla nulla.

Nectarium. Glandula subrotunda, membranacea, inter germen et bracteam posita.

Pistillum. Germen ouatum. Styllus uix ullus; stigmata tria, erecta, acuta.

Pericarpium. Bacca oblonga, uniloculariś.

Semina solitaria, rugosa, subcompressa.

Habitat in Mazatlami montibus et Colimæ agris, ac America meridionali. Floret Iulio. ♃.

Proprietas. Radix in officinis Pareira Braua nuncupata; sapore dulciusculo et amaro prædita quasi demulcens et diureticum egregium magnis á plerisque Medicis encomis commendatur, uiresque dicitur exserere præstantissimas, ad calculum dissuriam, attritidem hydropem, gonorrhœam, interunque curandum.

G. ADELIA.

Bernardia. Adelia foliis lanceolatis, serrulatis, tomentosis, alternis. Fl. Mex.

Adelia foliis oblongis, tomentosis, serratis. Mill. Dict. n. 1.

Bernardia fruticosa, foliis tomentosis, ouatis, serratis, alternis. Brown. Iam. 361.

Caulis fruticosus, octopedalis.

Rammi gemmis, innumeris, scabri.

Folia alterna, lanceolata, subserrata, supernè uillosa, subtus tomentosa, breuissimè petiolata.

Stipulæ setaceæ.

Spicæ axillares laxæ.

Bracteæ subrotundæ, concauæ, membranaceæ, persistentes.

Stamina filiformia, septemdecim circiter.

Habitat in Mazatlami montibus. Floret Aprili. ♄.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA MONŒCIA.

G. MUSA.

Sapientium. Musa spadice nutante, floribus pentandris, masculis deciduis. Fl. Mex. Ic. 439.

Musa spadice nutante, floribus masculis deciduis.

Musa spadice nutante, fructu breuiore, oblongo. Brown. Iam. 363.

Musa caudice maculato, fructo recto, rotunde, breuiore, odorate. Sloam. 192. Hist. 2. p. 147. Threw. Ehret. 4. t. 27. 22. 23.

Habitat in America pene omni. ♃.

G. CELTIS.

Occidentalis. Celtis foliis obliquè ouatis, serratis, acuminatis. Mill. Ic. t. 88.

Celtis fructu obscurè purpurascente. Tourn. p. 612. Duhan. Arb. 1. t. 53.

Caulis arborecens, decempedalis.

Rami alterni, diffusi.

Folia alterna, obliquè ouata, apice serrata, nonnulla recentiora, integerrima, acuminata, uenoso-neruosa, breuissimè petiolata.

Pedunculi axillares uniflori.

Habitat in Quahunahuacæ agris et prope Queretarum, in Uirginia etiam et Pensiluania. Floret Octobri. ♄.

G. UERATRUM.

Luteum. Ueratrum racemo simplissimo, foliis sessilibus. Fl. Mex. Ic. 324.

Reseda foliis lanceolatis, caule simplissimo. Gronow. Uirg. 59.

Ueratrum Zabadilla racemo simplici, corollis patentibus. Retz. Obs. 1. p. 29.

Ueratrum quod Mexicanum Zabadillæ semen. Uanderbeck. Phys. Med. n. 1. App. 120. Berg. Mat. Med. 875.

Itzcuinpatli. Hern. Mex. 307.

Radix. Bulbus subrotundus.

Folia radicalia, lanceolato-ensiformia, sesquipedalia, erecta, neruosa, glabra, rigida.

Scapus tripedalis, teres, strictus.

Racemus simplex, densus, longissimus, apice nutans.

Flores pallidè lutei.

Habitat in temperatis Mazatlami aliisque Nouæ Hispaniæ locis. Floret Augusto. ♂.

Proprietas. Semina amara, acerrima, corrosiua, uenenosa pediculis, imo uermibus occidentis aptissima, ac sordidis ulceribus detergendis maxime idonea.

G. MIMOSA.

Inga. Mimosa inermis, foliis pinnatis, quinque iugis, petiolo marginato, articulato. Fl. Mex. Ic. 205.

Arbor siliquosa Brasiliensis foliis pinnatis, costa media membranulis extantibus. Sloan. Iam. 153. Hist. 2. p. 58. t. 183. f. 1. Rai. Hist. 1762. Merian. Sur. 51. t. 51.

Inga flore albo, fimbriato, fructu dulci. Plum. Gen. 13. Ic. 25.

Quauxiniquile Mexicanorum.

Habitat in America temperate calida. ♄.

Unguis Cati. Mimosa spinosa foliis bigeminis, obtusis. Hort. Cliff. 207. Fl. Mex. Ic. 232.

Acacia quadrifolia, siliquis circinatis. Plum. Ic. 4.

Quamochitl. Hern. Mex. 94.

Arbor uigintipedalis.

Rami patentiusculi, teres, glabri.

Folia bigemina, obliquè ouata, obtusa, utrinque glabra.

Glandula in apice petioli subrotunda.

Aculei stipulares, gemini, distincti, breues, acutissimi, desidui.

Spicæ globosæ.

Flores albi, monopetali.

Filamenta plurima, connexa, raro libera, receptaculo inserta.

Legumina teretia, moniliformia, in spiram contorta, ex albo rubentia.

Habitat in Noua Hispania et Antillis. ♄.

Proprietas. Cortex adstringens dissenterias atque alios fluxus cohibet. Succus instillatus seminis humores pituitosos cerebri euacuat; idque puluis itidem præstat, maxime si cum Ruta misceatur, eoque internorum ulcerum uermes foras trapuntur, ut Hernandius inquit, loc. cit.

Œconomia. Legumina ab Indigenis eduntur quæ quidem sapore dulciusculum præ se serunt, halitum tamen inficiunt.

Purpurea. Mimosa inermis foliis coniugatis, pinnatis, pinnis intimis minoribus. Mill. Dict. n. 15.

Acacia frutescens, non aculeata, flore purpurascente, alia. Plum. Ic. 10. f. 1.

Habitat in Noua Hispania et aliis Americæ regionibus. ♄.

Reticulata. Mimosa spinis stipularibus, foliis coniugatis nouemiugis, petiolis aculeo, glandulaque terminatis. Fl. Mex.

Mimosa spinis stipularibus, foliis coniugatis, foliolis sexiugis, petiolis glandula, aculeoque terminatis.

Acacia Africana Abruæ foliis, aculeata spinis, longissimis, horrida. Pluk. Alm. 3. t. 123. f. 2.

Habitat in montibus Xorullo uicinis et capite Bonæ Spei. ♄.

Sensitiua. Mimosa aculeata, foliis coniugatis, partialibus tetraphyllis, foliolis intimis minimis. Fl. Mex.

Mimosa aculeata, foliis coniugatis, pinnatis, partialibus biiugis, intimis minimis. Mill. Dict. n. 7.

Mimosa caule aculeato, foliis geminatis, partialibus tetraphyllis, foliolis intimis minimis. Roy. Lugdb. 471.

Frutex tripedalis, ramis diffusis, hirsuto-ferrugineis.

Folia coniugata, foliolis utrinque quatuor subrotundis, obliquis, hirsuto-ferrugineis, scabriusculis, intimis, imis minimis.

Aculei stipulares gemini diuergentis, recurui.

Spicæ axillares globosæ.

Flores absque corolla.

Stamina quinque, purpurea.

Legumina parua, hispida.

Habitat in Quahunahuacæ agris et Brasilia. Floret Augusto. ♄.

Uirgata. Mimosa foliis bipinnatis, partialibus quinqueiugis, propriis multiiugis, siliquis planis, membranaceis. Fl. Mex.

Mimosa inermis foliis bipinnatis, spicis decandris, inferioribus castratis masculis, caule erecto, angulato. Fl. Zeyl. 505. Iacq. Hort. t. 80.

Mimosa inermis, foliis duplicato-pinnatis, siliquis linearibus, glabris. Hort. Cliff. 207.

Arbuscula octopedalis.

Rami flexuosi, cinerei.

Spicæ poliandræ.

Legumina plana, membranacea, parua.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus et in India. ♄.

Arborea. Mimosa inermis foliis bipinnatis, pinnis dimidiatis, acutis, caule arboreo. Mill. Dict. n. 14.

Mimosa arborea cortice cinereo, spica globosa, siliqua intensè rubente, seminibus sphæricis, atro uirentibus. Brown. Iam. 257.

Habitat in Noua Hispania et Insulis Antillis. ♄.

Lebbek. Mimosa inermiis, foliis bipinnatis quadriuigis, pinnis ouali-oblongis, floribus monadelphis, fasciculatis, caule arboreo.

Mimosa arborea. Gmel. It. 3. p. 378. t. 402? R.

Mimosa foliis pinnatis, foliolis oblongo-elipticis, petiolis obclauatis. Hasselq. Act. Ups. 1750. p. 9. It. 473.

Habitat in Acahuizotlæ montibus et superiore Ægypto. Floret Iulio. ♄.

Peregrina. Mimosa inermis foliis bipinnatis, partialibus sexdecimiugis; propriis quadragintaiugis, glandula baseos petiolari. Fl. Mex. Ic. 184.

Mimosa inermis foliis duplicato-pinnatis, glandula ab basim petiolorum, siliquis ouato-oblongis, planis. Hort. Cliff. 209.

Tlacoxiloxochitl. Hern. Mex. 104.

Frutex octopedalis.

Rami alterni, erecti, subangulati, glabri.

Folia bipinnata, partialia iugis sexdecim, propria quadraginta circiter, foliolis linearibus, acutis, basi inæqualibus.

Spicæ terminales, globosæ.

Flores rubri, poliandri.

Stamina longissima.

Legumina oblonga, compressa, seminibus isthmis interceptis.

Habitat in Sancti Angeli uiciniis prope Mexicum aliisque Americæ locis. Floret Augusto. ♄.

Proprietas. Cortex radicis adstringens, nonnihil glutinosus acrisque saporis; aqua in qua flores fusi fuerint, oculis instillata, illorum inflammationes cohibet, adnascentem carnem absumit et argemata discutit. Ipsus radicis decoctum uel infusum, prodest in diarrhœa, dissentheria et anorexia asserente. Hernandio, loc. cit.

Cornigera. Mimosa spinis stipularibus corniformis, connatis; foliis bipinnatis, partialibus subdecemiugis, glandulis tribus, ad basim petiolorum. Fl. Mex.

Mimosa spinis stipularibus connatis, diuaricatis, compressis, apice subulatis, foliis bipinnatis, foliolis duodecim, ad uigintiiugis, spicis axillaribus elongatis. Supp. p. 438.

Mimosa spinis stipularibus, geminis connatis, foliis bipinnatis. Hort. Cliff. 208. Sys. Pl. t. 4. p. 348.

Xoimamaxatli. Hern. Mex. 86.

Arbuscula decempedalis.

Rami alterni, erecto-patentes, glabri, cinerei.

Folia bipinnata, partialia iugis octo ad duodecim, propria iugis quim decim ad quinque supra uiginti, foliolis lineari-oblongis.

Glandulæ tres ad basim petioli communis.

Spinæ stipulares connatæ, reflexo-patentes, teretes, apice subulatæ, lutescentes, inanes.

Spicæ axillares, elongatæ.

Legumina teretia, acuminata, rubentia, intus pulpa eduli infarcta.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ locis, Cuba et India Orientali. ♄.

In spinarum cauitate formicarum quædam familiam hospitatur, quæ quamuis corpore exiguæ, ira tamen accedentibus, horrendæ experiuntur morsu quippe urentissimo in spinarum contrectatores insæuiunt, in quos uelut facto agmine cateruatim uiuumt.

Proprietas. Folia contusa et uulneribus à serpentium ictu factis adplicata, uenenum omne extrahere dicuntur, nigrescente interem natiuo colore. Hospitum formicarum oua, in puluerem reducta at auribus iniecta, earum dolorem sedat, quod et foliorum succus instillatus præstat. Hern. loc. cit.

Cinerea. Mimosa spinis solitariis, foliis bipinnatis, floribus spicatis. Fl. Zeyl. 215.

Acacia spinosa, ex alis spicata, foliis pennas auium referentibus. Burm. Zeyl. 3. t. 2. Bona.

Quahuxilotl. Mexicane.

Caulis angulatus, aculeis solitariis, rectis.

Folia bipinnata, partialia decem, aut septemdecimiuga. Pinnæ ut plurimum duo supra uiginti.

Spicæ axillares quaternæ, oblongæ.

Flores apetali, decandri.

Legumina plana, compressa, atro-rubentia, membranacea.

Habitat in Mazatlani montibus, et India Orientali. Floret Iulio. ♄.

Horrida. Mimosa spinis stipularibus, longitudine foliorum, foliis pinnatis, partialibus sexiugis ramis læuibus.

Acacia Maderaspatana foliis paruis, aculeis ê regione biniis, prægrandibus horrida cortice cinereo. Pluk. Alm. 3. t. 121. f. 4.

Frutex septempedalis.

Rami alterni, teretes, glabri, læues, puncti cinereis inspersi.

Folia bipinnata, pinnis partialibus senis, propriis uiginti circiter, foliolis lineari-oblongis, glandula interprimum, ultimunque partialium par.

Spinæ stipulares, geminæ, subulatæ, diuergentes, longitudine foliorum.

Spicæ axillares, pedunculatæ, globosæ.

Flores lutei.

Leguminia teretia, utrinque acuminata.

Habitat in aridis, siccis temperatisque Nouæ Hispaniæ regionibus et India. ♄.

Farnesiana. Mimosa spinis stipularibus distinctis, foliis bipinnatis, partialibus octoiugis, spicis globosis, sessilibus. Hort. Ups. 146. Mill. Dict. n. 11.

Acacia Indica Farnesiana. Ald. Farnes. 2. Rai. Hist. 977. Tourn. p. 605.

Acatia Ægyptia. Barr. Icon. 1138.

Habitat in Ayacapixtla, Insula Hispaniola, ac plurimis Europæ hortis. ♄.

Pennata. Mimosa aculeata foliis bipinnatis, numerosissimis, lineari-acerosis, panicula aculeata, capitulis globosis. Fl. Zeyl. 216.

Acacia aculeata multiflora, foliis pennas auium referentibus. Burm. Zey. 2. t. 1.

Arbuscula octipedalis.

Rami diffusi, ferruginei.

Aculei gemini, atro-rubentes, subulati, diuergentes.

Folia duplicato-pinnata, foliolis innumeris, minimes, sub sericeis.

Glandula infra infimum partiali par.

Capitula globosa, pedicellata.

Flores lutei.

Habitat in Quahunahuacæ agris et Zeylam. Floret Aprili. ♄.

Intsia. Mimosa aculeata foliis bipinnatis, pinnis

incuneis, caule angulato, stipulis aculeo longioribus. Fl. Mex. Ic. 264.

Mimosa aculeis undique sparsis, solitariis, foliis duplicato pinnatis, caule angulato. Hort. Cliff. 209. Gron. Uirg. 195.

Caulis fruticosus sesquiorgyalis, quinque angulatus, aculeis quinque fariam, subulatis, recuruis, minimis, in ipsis angulorum marginibus.

Folia bipinnata, pinnis partialibus quinqueiugis, propriis sexdecimiugis, foliolis obliquè oblongis.

Stipulæ setaceæ, aculeis longiores.

Glandula intra infimum par rudimentaque aculeorum petiolis disseminata.

Spicæ axillares binæ, globosæ.

Flores purpurei, poliandri, rosam spirantes.

Habitat in Noua Hispania prope Xorullum et in India. Floret Septembri. ♄.

Tenuifolia. Mimosa aculeata foliis bipinnatis, partialibus uigintiiugis, propriis multiiugis, aculeis ouatis, concauis. Fl. Mex.

Mimosa aculeata foliis bipinnatis, partialibus uigintiiugis, pinnis multiiugis. Sys. Ueg. p. 771.

Acacia repens aculeata, foliis omnium minimis. Plum. Sp. 17.

Frutex quinquepedalis.

Rami erecto-patentes, cinereo-punctati.

Folia bipinnata, pinnis partialibus uiginti, propriis septuaginta circiter, foliolis linearibus, obliquè acuminatis.

Glandula subrotunda, excauata ad basim petioli communis.

Aculei stipulares, gemini, ouati, concaui, membranacei, diuergentes.

Spicæ axillares, globosæ, pedunculatæ.

Flores lutei.

Habitat in Ayacapixtla et Zeylam. ♄.

Obseruatio. Uariat aculeis sublanceolatis, planis, subfalcatis.

Ceratonia. Mimosa aculeata foliis bipinnatis, quinqueiugis, partialibus triiugis, pinnis trineruis.

Acacia repens aculeata, flore albo, foliis siliquæ. Plum. Sp. 17. Ic. 8.

Caulis scandens, tetragonus.

Aculei recurui, solitarii tam in petiolis, quam in caule.

Foliola ouato-oblicua, trineruia.

Pedunculi axillares lateralesque, conferti.

Spicæ globosæ.

Flores albi purpuresque, decandri, apetali.

Stamina basi libera.

Habitat in montibus Ayahualtempæ aliisque Americæ locis.

Floret Septembri. ♄.

Huarinchi. Mimosa inermis foliis pinnatis, coniugatis, biiugis, foliolis æqualibus. Fl. Mex.

Arbor magnitudine mediocri.

Rami alterni, diffusi, cinericei, præter foliorum cicatriculas glabri.

Folia pinnata, simulque coniugata, foliolis octo, subouatis, oblicuis, eiusdem iugi æqualibus, terminalibus paulo maioribus, petiolatis.

Glandula inter singulum par depresso-truncata.

Flores. . . . .

Legumina semilunata, repanda, ubi tota planta, fœtida.

Habitat prope Apatzingam. ♄. Uulg. Huarinchi.

Fœtida. Mimosa inermis foliis pinnatis, triiugis, propriis coniugatis; glandula intra singula paria. Fl. Mex.

Arbor uigintipedalis.

Rami alterni, erecto-patentes, glabri, punctis albicantibus inspersi.

Folia pinnata, triiuga, propria coniugata, oblicui, obouata, glaberrima.

Glandula subrotunda, excauata intra singula paria.

Habitat cum præcedenti. ♄.

Præcedentem fœtore ingratissimo superat.

Parota. Mimosa inermis foliis bipinnatis, multiugis; glandula ad basim petiolorum; leguminibus reniformibus, repandis; seminibus macula ouata insculptis. Fl. Mex.

Arbor procera, frondosa.

Rami erecto-patentes.

Folia bipinnata, partialia uigintiiuga circiter, propria multiiuga, foliolis sexaginta circiter, lineari-oblongis, paruis, altero baseos lateres liberis.

Petiolus communis, basi incrassatus.

Glandula super petioli communis basim.

Legumina reniformia, repanda, cortice sublignosa.

Semina ouata, nitida, fusco-purpurea, macula ouata, saturatius purpurea insculpata.

Habitat in calidissimis Nouæ Hispaniæ Prouinciis. ♄.

Œconomia. Truncum satis quidem, magnum, et crassum, ad tabulas, ligna aliaque, huiusmodi conficienda, maxime idoneum. Cedroque, tum læuitate, tum duratione non dissimilem, Fabri magni habent. Hoc excauato cymbas transmeandis fluminibus accommodatas, Indi sibi construunt.

Semina tosta, ab ipsis eduntur saporeque, Ciceris prædita illa esse adfirmant, quod et summus experti. Ipsa legumina uiridia, cocta, etiam exculenta sunt.

Michoacanensis. Mimosa inermiis foliis bipinnatis; partialibus triiugis, propriis septemiugis; foliolis ouatis. Fl. Mex.

Arbuscula decempedalis, ramis erectis, glabris.

Folia bipinnata, partialia triiuga, propria septemiuga, foliolis ouatis, margine reuolutis.

Petioli basi clauati.

Spicæ globosæ.

Flores albi, poliandri, completi.

Legumina plana, membranacea.

Habitat in oppido Sancti Ioannis de los Plátanos, prope Apatzingam. Floret Decembri. ♄.

Obseruatio. Mimosæ Lebbek maxime affinis.

Sarmentosa. Mimosa aculeata, foliis bipinnatis, partialibus propriisque septem iugis, foliolis subouatis, caule quinqueangulari, aculeis solitariis, recuruis. Fl. Mex.

Caulis sarmentosus, quinque angularis, scandens, aculeis solitariis, recuruis, undique obsitus.

Folia bipinnata, septemiuga, foliolis subouatis, quatuordecim circiter, glabri.

Petiolus communis supernè canaliculatus, infernè aculeatus.

Glandula ad petioli communis basim, ac inter singula foliorum partialium paria.

Spicæ axillares, geminæ, elongatæ, nutantes, densæ. Flores albi, apetali, decandri.

Legumina plana, oblonga, membranacea, repanda.

Habitat prope riuulus per Tepalcatepeci et Coahuayanæ montes in anfractibus fluentes. Floret Decembri. ♄.

Esculenta. Mimosa inermis foliis bipinnatis, multiiugis, glandula oblonga, excauata ad basim petioli, spicis globosis, floribus poliandris. Fl. Mex. Ic. 185.

Arbor quinquagenta pedalis.

Rami alterni, erecto-patentes, crassiores, teretes, cinerei, glabri, iuniores quadrangulares è uiridi rubentes.

Folia alterna, bipinnata: partialia iugis quinquaginta circiter; propria nonaginta, foliolis linearibus, acutis, breuibus.

Glandula oblonga, excauata ad basim petioli communis.

Racemi terminales, compositi, spicis globosis.

Flores albi, poliandri, inodori.

Legumina plana, membranacea, subrepanda, obscurè purpurea.

Habitat in temperatis Nouæ Hispanie locis. Floret Septembri. ♄.

Usus. Legumina passim uenduntur, semima quippe ab Indis auide deuorantur, quamuis saporem habeant ingratum. Aphrodisiaca uulgo credentur.

Hirsuta. Mimosa inermis foliis bipinnatis, partialibus quinqueiugis, pinnis plurimis hirsutis, spicis globosis, poliandris. Fl. Mex.

Frutex octopedalis ramis hirsutis.

Stipulæ lanceolatæ.

Pedunculi axillares petiolo communi longiores.

Spicæ globosæ.

Flores poliandri.

Stamina longissima, coccinea, basi in cilindrum connexa.

Habitat in calidioribus Nouæ Hispaniæ, regionibus. ♄.

Trunca. Mimosa inermis foliis coniugatis, partialibus ternatis: spicis globosis, pentandris. Fl. Mex. Ic. 339.

Arbor magnitudine mediocri, ramis patentibus, teretibus, glabris.

Folia alterna, coniuga, partialia ternata, foliolis binis ad apicem petioluti, alteroque inferiore subouatis, oblicuis, glaberrimis.

Spicæ axillares, globosæ.

Flores albi, pentandri.

Filamenta basi connexa.

Habitat in Mazatlami montibus. Floret Augusto. ♄.

Rotundata. Mimosa inermiis foliis coniugatis, pinnatis, propriis uiginti quinqueiugis; floribus spicatis, decandris. Fl. Mex.

Mizcuitl. Hern. Mex. 59.

Arbor quindecimpedalis.

Rami cauli similes.

Folia coniugata, pinnata: propria uigintiquinqueiuga, foliolis linearibus, obtusis, glabris.

Glandula setaque subulata in apice petioli communis.

Flores arctè spicatis, decandris, corollis uiridibus intus uillosis.

Legumina moniliformia, recurua, glabra.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus, ubi uulgo *Mezquite* adpellatur. Floret Octobri et Nouembri. ♄.

Proprietas. Ex hac arbore ubertim selectius gummi arabicum extillant, cuius exicantes et adstringentes uires omnibus notæ sunt. Liquor è tenerrimis turionibus uel sponte defluens, uel expressus, uel maceratione, in aqua extractus, oculorum morbis efficacem præbet mederam. Corticis decoctum nimium cohibet mensium profluuium. Hern. loc. cit.

Œconomia. Siliquæ dulci, gratoque sapore præditæ, edules sunt.

Octophylla. Mimosa inermis foliis coniugatis, pinnatis, partialibus tetraphyllis, foliolis intimis minimis, spicis globosis, floribus poliandris. Fl. Mex.

Caulis fruticosus, inermis, octopedalis.

Rami cinericei.

Folia coniugata, pinnata, propria foliolis octo, oblicuè oblongis, obtusis, subcoloratis, sericeis, intimis minimis.

Stipulæ ad basim petiolorum, oblongæ, membranaceæ setigeræ.

Spicæ globosæ, floribus poliandris.

Stamina basi connexa.

Habitat in Mazatlami montibus. Floret Maio. ♄.

Uncinata. Mimosa spinis stipularibus, recuruis, foliis bipinatis, pinnis decemiugis. Fl. Mex.

Caulis fruticosus tripedalis.

Rami teretes, albicantes.

Folia bipinnata; pinnæ partialis quaternæ, raro

quinnæ, pinnulæ denæ, foliolis oblongis, paruis, glaberrimis.

Spinæ stipulares binæ, deciduæ, recuruæ, infra petiolorum communem et in basi petiolulorum.

Flores. . . . . .

Legumina plana, membranacea.

Habitat in montibus Xochitepeci. Floret Septembri. ♄.

Niuea. Mimosa inermis foliis bipinnatis, partialibus decemiugis, propriis multiiugis, floribus apetalis, poliandris. Fl. Mex. Ic. 338.

Caulis fruticosus, sexquiorgyalis.

Rami angulati, ferruginei, scabri.

Folia bipinnata, partialia decemiuga, propria iugis quinquaginta, pinnis linearibus.

Petioli canaliculati, hinc rubentes, hirsuti.

Stipulæ subulatæ, ciliatæ.

Spicæ globosæ, subaxillares, longitudine foliorum.

Flores albi, apetali, poliandri.

Stamina longissima, basi connexa.

Habitat in Chilpanzingi uiciniis. ♄.

G. CLUSIA.

Alba. Clusia foliis aueniis, corolli pentapetalis. Iacq. Amer. 271. t. 166. Ic. 440.

Clusia flore albo, fructu coccineo. Plum. Gem. 22. Ic. 87. f. 1.

Masculi flores.

Calyx. Perianthium tetraphyllum, foliolis subrotundis, patentibus, concauis, membranaceis, persistentibus, extimis duobus incumbentibus.

Corolla. Petala quinque, subouata, concaua, patentia.

Stamina. Filamenta plurima, subulata, corolla breuiora. Antheræ simplices, lateribus filamentorum adnatæ.

Fœminei flores.

Calyx et corolla ut in masculis.

Stamina nulla.

Pistillum. Germen globosum, styllus nullus, stigmata quinque, plana, foueâ excauata in stellam disposita, persistentia.

Pericarpium. Capsula baccata, globosa, quinquesulcata, quinquelocularis, quinqueualuis, elasticè dehiscens.

Semina plurima, ouata, pulpa operta, receptaculo columnari pentagono adfixa.

Arbor quindecimpedalis, inelegans. Ficus habitu.

Rami diffusi, dichotomi, geniculati, fragiles, succulenti.

Folia opposita, obouata, auenia, membranacea, integerrima, glabra, in petiolum crassum breuissimum desinentia.

Pedunculi terminalis, subquadriflori, breuissimi, crassi.

Bracteæ subrotundæ, concauæ, membranaceæ, persistentes.

Flores albicantes, cinammomum redolentes.

Capsulæ. Psidii pomiferæ fructibus simillimæ.

Habitat in oppido Uruapam aliisque Americæ locis. Floret Septembri. ♄.

Obseruatio. Dioicam semper reperimus, nec infloribus fœmineis stamina ulla in nectarium coalita uidimus. Uariat partibus fructicationis quinque aut sex.

Usus. Eosdem cum apice habet resina è cortice stillans.

G. PARIETARIA.

Officinalis. Parietaria, foliis lanceolato-ouatis, pedunculis dichothomis, calycibus diphyllis. Fl. Dan. t. 521. Mat. Med. 252.

Parietaria foliis lanceolato-ouatis, alternis. Sp. Pl. 2. p. 1492.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃.

Proprietas. Emolliens, diuretica, obtundens, in calculo hydrope, et disuria opem sert, urinæ odorem renunque dolorem tollit.

DIŒCIA.

G. DIOSPYROS.

Tiltzapotl. Diospyros glabra, foliis oblongis floribus axillaribus, solitariis, pedunculatis, decandris, racemo terminali. Fl. Mex. Ic. 334.

Hermaphroditus Flos.

Calyx. Perianthium monophyllum, quadrangulare, semiquadrifidum, laciniis ouatis, inflexis, persistens.

Corolla monopetala, urceolata, limbo quinquefido, laciniis, ouato subrotundis, acuminatis, patenti-reflexis.

Stamina. Filamenta decem, setacea, receptaculo ferme inserta, corolla dimidio breuiora, antheræ oblongæ, erectæ.

Pistillum. Germen subrotundum, stylus quadrifidis, parum staminibus longior, stigma simplex.

Pericarpium. Bacca globosa, magna, octilocularis, calyci aucto insidens.

Semina solitaria, ouato-oblonga, hinc gibba, inde compressa, durissima.

Masculos Flos in distincta planta.

Calyx et corolla ut in hermaphrodita.

Stamina. Filamenta duodecim circiter, hermaphroditi similia. Antheræ oblongæ, didymæ.

Pistillum. Rudimentum germinis.

Arbor trigintapedalis, frondosa, elegans.

Rami alterni, erecto-patentes, teretes, glabri, intensè uirentes.

Folia alterna, oblonga, membranacea, integerrima, oblicuè uenosa, utrinque glabra, breuissime petiolata.

Pedunculi axillares solitarii, uniflori, breues, crassiusculis.

Racemis terminalis simplex.

Flores albi.

Baccæ globosæ, Mali magnitudine, pulpa nigricante mollissima infartæ.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus.

Proprietas. Baccæ immaturæ acerrimæ et urentes lepræ, tineæ, impetigini et scabiei medentur, influmina, frustulatim coniecta pisces interimunt.

Œconomia. Maturæ uero pellicula direpta seminibusque extractis saccharo, uino, cinammoque, permixtæ inter gratissima adhibentur.

G. FRAXINUS.

Excelsior. Fraxinus foliolis serratis, floribus apetalis. Mat. Med. p. 255.

Fraxinus excelsior. C. B. P. 416. Tourn. p. 577.

Habitat in temperatis Nouæ Hispaniæ locis et in Europa. ♄.

Proprietas. Cortex et folia sapore austericulo, acri et amaro gaudent, interthraumatica, diuretica et febrifuga medicamina referuntur. Semen uero aromaticum et stimulans, lignum autem adstringent.

TRIOECIA.

G. FICUS.

Carica. Ficus foliis palmatis. Amœn. Acad. 1. p. 34. Mat. Med. 256.

Ficus communis. C. B. P. 457.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♄.

Proprietas. Fructus Caricæ in Officinis dicti dulcis, mucilaginei, lactescentes, analeptice, lubricantes, emolientes, humorum acrimoniam obtundit, tussique medetur.

Sicomorus. Ficus foliis cordatis, subrotundis, integerrimis, subtus tomentosis. Amœn. Acad. 1. p. 26.

Ficus folio maiori, fructum incaudice ferens. C. B. P. 459.

Habitat in calidis et temperatis Nouæ Hispaniæ, regionibus ac Ægipto. ♄.

Editur ab Indigenis qui *Amate* eam adpellant.

Nymphæifolia. Ficus foliis cordatis, subrotundis, mucronatis, integerrimis, glabris, subtus glaucis.

Ficus Nymphacæ folio uulgo. Roy Lugdb. 211.

Amacoztic. Hern. Mex. 81.

Texcalamatl. Id. ibid et uulgo.

Arbor excelsa inter saxa radicans, lactescens.

Caulis læuis, rufescens, epidermide tenuissima, papiracea, exsiliente.

Rami alterni, erecto-patentes, tortuosi, cauli concolores, læues, glaberrimi.

Folia alterna, cordato-subrotunda, acuminata, integerrima, utrinque glabra, uenoso-rubentia, dependentes.

Petioli teretes.

Fructus parui, pedunculati, bini uel solitarii.

Habitat in saxosi Cuahunahuacæ calidarumque aliarum Nouæ Hispaniæ regionum montibus et in India. ♄.

Proprietas. Radicis decoctum febrientium sitem temperare pectorisque doloribus conferne, asserit Hernandius, â quo etiam uis lactis catarticæ refertur si nondum excuso radices ad uncias tres, in tribus aquæ libris ad comsumptionem, usque medietatis incoquantur.

Succus lactescens ulceribus inueteratis etiam curandis, magni habetur, imo et repositis herniis annulo constringendo maxime idoneus, ad quæ duntaxat modo, nec inmerito, adhibentur.

Beniamina. Ficus foliis ouatis, acuminatis, transuersè striatis, margine læuis.

Ficus arbor densioribus, foliis paruis, integris. Pluk. Phyt. t. 243. f. 4.

Arbor trigintapedalis.

Rami erecto-patentes, glabri, albicantes.

Folia alterna, ouata, acuminata, uenis transuersis subtus prominentibus, lineata, utrinque glabra.

Fructus sessiles, solitarii, glabri, cerasi magnitudini.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus et India. ♄.

Bengalensis. Ficus foliis ouatis, integerrimis, obtusis, caule infernè radicato. Amœn. Acad. 1. p. 29.

Ficus Americana, latiore folio uenoso. Pluk. Phyt. t. 178. f. 1.

Ficus Bengalensis, folio subrotundo, fructu orbiculato. Comm. Hort. 1. p. 119. t. 62.

Habitat in oppido Tigambato et India Orientali. ♄.

Indica. Ficus foliis oblongis, obtusis, integerrimis, fructu subrotundo, gemina. Fl. Mex.

Ficus foliis lanceolatis, integerrimis, petiolatis, pedunculis agregatis, ramis radicantibus. Mill. Dict. n. 15.

Ficus Indica, foliis Mali cotoneæ similibus, fructu Ficubus simili. C. B. P. 457. Tourn. p. 663.

Habitat in calidissimis Indiarum locis. ♄.

Retusa. Ficus foliis obouatis, oblongis, obtusissimis, ramis angulatis, fructibus sessilibus.

Arbor procera ramis innumeris, diffusis, scabris, umbrosissima.

Folia ouato-oblonga, utrinque glabra, breuiter petiolata.

Fructus axillares, sessiles, subsolitarii.

Habitat in India et Xorulli prædiis. ♄.

Siranda, Tarasco idiomate adpellata.

Pertusa. Ficus foliis ouatis, glabris, calycibus bifidis, baccis globosis, foramine umbilicatis. Supp. p. 442.

Ficus alia Lauri foliis, fructu minori. Plum. Ic. p. 124. t. 132. f. 2.

Arbor tres orgyas longa.

Folia ouato-oblonga, integerrima, glabra.

Fructus torulosi, Fambrosiæ magnitudine.

Habitat in Quahunahuacæ agris et Surinam. ♄.

Americana. Ficus foliis lanceolato-oblongis, integerrimis, pedunculis solitariis, fructibus maculatis. Fl. Mex.

Arbor excelsa, ramulis terminalibus geniculatis.

Folia lanceolata, oblonga, integerrima, transuerse uenosa, petiolata.

Petioli compressi, breues, canaliculati.

Pedunculi axillares solitarii.

Fructus globosi, magnitudine mediocri, semperuirentes, maculis albis prominentibus.

Habitat in calidis Nouæ Hispaniæ regionibus. ♄.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA FILICES.

G. EQUISETUM.

Aruense. Equisetum scapo fructificante nudo, sterili frondoso. Mat. Med. 257. Leers. Herb. n. 780.

Equisetum caule florigero nudo, sterili uerticillato radiorum duodecim. Hall. Helu. 1676.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃.

Proprietas. Herba diuretica, adstringens, sanguinis, nictui, gonorrhϾ, alui profluuis, phtysique confert.

Limosum. Equisetum caule subnudo, læui. Dalib. Par. 308. Gou. Illustr. 80.

Equisetum scapo nudo simplicissimo. Roy. Lugdb. 496.

Habitat in limosis, ac stagnantibus Nouæ Hispaniæ et Europa aquis. ♃.

G. POLIPODIUM.

Piloseloides. Polipodium frondibus lanceolatis, integerrimis, hirtis; sterilibus, ouatis; fertilibus, lanceolatis, fructificationibus solitariis.

Lingua ceruina minima, repens et hirsuta. Plum. Filic. 103. t. 118. Tourn. p. 545.

Filix foliis oualibus et longis, pilosis. Pet. Filic. 175. t. 10. f. 5.

Habitat in America. ♃.

Taxifolium. Polipodium frondibus pinnatis, lobis approximatis, ensiformibus, parallelis, acutis, ascendentibus, radice hirta.

Polipodium tenue et pendulum. Pet. Filic. 69. t. 89. Tourn. p. 541.

Polipodium taxifolio pendulum. Pet. Filic. 35. t. 14. f. 1.

Habitat in oppido Uruapam utriusque Americæ locis. ♃.

Alatum. Polipodium frondibus pinnatifidis, læuibus, pinnis oblongis, distantibus, dentatis.

Polipodium serratum, maius, costa alata. Pet. Filic. 37. t. 7. f. 13.

Habitat in austris cliui Tepelpæ prope Mexicum aliisque Americæ locis. ♃.

Aureum. Polipodium frondibus pinnatifidis, læuibus, pinnis oblongis, distantibus, infimis patulis, terminali maxima fructificationibus serialibus. Ic. 186.

Polipodium fronde pinnata, pinnis lanceolatis, integerrimis, basi connatis, patulis, terminali maxima. Hort. Cliff. 475.

Habitat in Cuyuacani saxetis et Europa. ♃.

Filix mas Polipodium frondibus bipinnatis, pinnis obtusis, crenulatis, stipite paleaceo. Hort. Cliff. 475. Gunn. Noru. n. 4. t. 1. f. 4. Blackw. t. 323. Mat. Med. p. 259.

Polipodium pinnis pinnatis, obtusis, dentatis. Hall. Helu. n. 1701.

Habitat in Nouæ Hispaniæ et Europæ syluis. ♃.

Proprietas. Radix subamara, antihelmintica et tonica; podagram, rachitidem scorbutumque leuat, mira ad tæniam interimendam præstat.

Pubescens. Polipodium frondibus bipinnatis, pilosis, pinnis lanceolato-ouatis, subincisis, acutis, extimis, confluentibus.

Habitat in Noua Hispania et Iamaica. ♃.

Leptophyllum. Polipodium frondibus bipinnatis, sterilibus breuissimis, pinnis cuneiformi-lobatis.

Adianthum Filicinum leptophyllum, elatius, Hispanicum. Barr. Rau. 1270. t. 431. Optima.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃.

G. ADIANTHUM.

Reniforme. Frondibus reniformibus, stipitatis, multifloris.

Filix Heminionitis dicta Maderensis, foliis Asari rotundioribus, crenarum, segmentis oblongo quadratis, per ambitum circuncirca, reflexis. Pluk. Alm. 155. t. 287. f. 5.

Habitat in prædis Xorullo uicinis et Insula Maderensi. ☉.

Capillus Ueneris. Adianthum frondibus de-

compositis, foliolis alternis, pinnis cuneiformibus lobatis, pedicellatis. Mat. Med. p. 260. Scopol. Cau. n. 1277.

Adianthum petiolis ramosis, foliis flabelliformibus, lobatis. Hall. Helu. n. 1713.

Habitat in Noua Hispania et Europa. ♃.

Proprietas. Decoctum foliorum roborans et diureticum ideoque exhibetur, in uiscerum obstructionibus mensium et lochiorum retentione.

Cordifolium. Adianthum frondibus bipinnatis, pinnis alternis, cordatis. Fl. Mex.

Radix fibroso-ramosa, horizontalis.

Stipes sesquipedalis, teres, glaber, albicans.

Folia bipinnata, foliolis alternis, cordatis, glabris, subpetiolatis.

Habitat in Cuyuacani saxeto et Sancti Augustini parietibus prope Mexicum. ♃.

Digitatum. Adianthum frondibus digitatis, foliolis oblongis, serratis, stipite tetragono. Fl. Mex. Ic. 187.

Radix fibrosa.

Stipes tenuis, sesquipedalis, glaber, quadrangularis.

Folia quina aut septena, oblonga, acutè serrata, glabra.

Habitat ad margines riuulorum Sancti Augustini prope Mexicum. ♃.

Ternatum. Adianthum foliis ternatis, setaceo-mucronatis, integerrimis. Fl. Mex.

Stipes. Simplex, exilis, atro-rubentis, hic teres, inde sulcatus.

Folia inferiora oposita, ternata, foliolis oblongis, setaceo-mucronatis, reuolutis, glabri, breuissime petiolatis, superiora simplicia, alterna, eiusdem configurationis.

Habitat in oppido Sanctæ Rosæ, prope Guanasuatum. ♃.

MUSCI.

G. BRYUM.

Murale. Bryum antheris erectis, foliis poliferis rectiusculis, sulculis simplicibus, cæspitosis. Weis. Cript. 189.

Bryum cauliculis breuissimis, foliis ouato-lanceolatis, patulis, pilo terminatis, capsulis aristatis. Hall. Helu. n. 1825.

Habitat in Noua Hispania et Europa.

FUNGI.

G. AGARICUS.

Muscarius. Agaricus stipitatus, lamellis dimidiatis, solitariis, stipite uoluato, apice dilatato, basi ouato. Michel. Gen. 78. f. 2. Schæff. Fung. t. 27 et 28. Uarietas absque uerrucis.

Agaricus caulescens pileo sanguineo-uerrucis, lamellisque albis, stipite albo, basi globoso. Fl. Lappon. 595.

Habitat in Nouæ Hispaniæ et Europæ pratis.

Proprietas. Cimices citissime destruit, et enecat. It. Scand. 430.

Deliciosus. Agaricus stipitatus, pileo setaceo, succo lutescente. Pall. It. 1. p. 44. Pellich. Pal. n. 1168. Schæff. Iung. t. 11.

Amanita fuluus lacte croceo. Hall. Helu. n. 2419.

Habitat in Nouæ Hispaniæ montibus. ⊙.

Campestris. Agaricus stipitatus, pileo conuexo, squammato, albido, lamellis rufis. Pall. It. 1. p. 44. Fl. Darr. t. 714. Schæff. Fung. t. 33 et t. 310 et 311.

Agaricus caulescens, pileo sordido lacero, albo, membranaceo, lamellis rufescentibus. Fl. Lapp. 482.

Habitat in Americæ et Europæ pratis.

Cinammomeus. Agaricus stipitatus, pileo sordido, flauo, lamellis luteo-rufis. Pall. It. 1. p. 44. Pollich. Pal. n. 1146.

Agaricus caulescens, flauus, pileo plano. Fl. Lapp. 544.

Habitat in Nouæ Hispaniæ et Europæ syluis.

Fimetarius. Agaricus stipitatus, pileo campanulato, lacero, lamellis nigris, lateraliter flexuosis, stipite fistuloso. Pollich. Pal. n. 1170. Schæff. Fung. t. 7. 8. 46. 47.

Agaricus caulescens, pileo conico, cinereo, lamellis nigris, margine lacero, stipite longissimo, albo. Fl. Lapp. 503.

Habitat in Nouæ Hispaniæ et Europæ sterquiliniis.

Umbeliferus. Agaricus stipitatus, pileo membranaceo, lamellis basi latioribus. Pollich. Palm. n. 1173. Schæff. Fung. t. 309.

Amanita albus, tener, pileolo campanulato, striato. Hall. Helu. n. 2946.

Habitat in interfoliorum aggeres putrescentes.

Clausus. Agaricus stipitatus, pileo conuexo, uolua connato, lamellis alternis, dimidiatis, albis. Fl. Mex.

Squammæ pilei superiores apice reflexæ. Habitat in Paztquari montibus.

G. BOLETUS.

Uersicolor. Boletus acaulis, subpuluinariformis, scaber, setis erectis, ramosis, poris angularibus præuiis rotundatis. Fl. Mex.

Boletus acaulis, fasciis decoloribus, poris albis. Pollich. Pall. n. 1177. Neck. Gallob. 540. Schæff. Fung. t. 136.

Agarico-polyporus uersicoloribus, lineis uarius, poris albis tenuissimis. Hall. Helu. ad priori. 26.

Habitat in annosarum arborum truncis.

G. CLATHRUS.

Reticulatus. Clathrus stipitatus, capitulo globoso, glande ouali. Fl. Suec. 2. n. 1264.

Habitat in arborum truncis.

G. PEZIZA.

Auricula. Peziza concaua, rugosa, auriformis. Mat. Med. 265.

Tremella (Auricula) sessiles, membranacea, auriformis, cinerea. Sp. Pl. ed. 3. p. 1625. Blackw. t. 334.

Habitat super putridarum arborum truncos.

Proprietas. Refrigerat et adstringit, ophtalmiæ, anginæ, aliisque inflamationibus confert.

APENDIX.

PALMÆ.

G. CORYPHA.

Umbraculifera. Corypha frondibus pinnato-palmatis, plicatis filoque interiectis. Hort. Cliff. 482.

Palma montana, folio plicatili, flabelliformi, maximo, semel tantum frugifera. Rai. Hist. 1363.

Habitat in Noua Hispania et in India.

G. COCOS.

Nucifera. Cocos inermis frondibus pinnatis, foliolis replicatis, ensiformibus. Iacq. Amer. 277. t. 169.

Cocus frondibus pinnatis, foliolis ensiformibus, margine uillosis. Hort. Cliff. 483.

Palma elegantissima, omnibus procerior.

Stipes, teres, erectus, orgyas, non raro quadraginta circiter, uiginti longus.

Frondes in stipitis apice quindecimpedalis, pinnatæ, foliolis utrinque centum circiter, oblongis, ensiformibus, infernè plicatis. Infimæ nutantes, mediæ horizontales, omniumque, summæ ad medietatem, erectæ de hinc inflexæ.

Spathæ ê frondium infimarum axillis, longitudinaliter deshiscentes, cylindricæ.

Spadices ramosi, undulati.

Flores gemini alternatim inferti; fœminei circa basim, masculi uersus apicem confertissimi.

Nuces immaturæ libram et amplius pellucidi liquoris continent saporis dulciusculi, quem abcisso pericarpio, ac terebrata nuce imbibunt sitientes, ac refrigerium hauriunt, minimi ingratum. Ast, ubi in maturitatem peruenerunt, liquor omnis partim un pulpam nuci interiori accretam partim uero in nucleum duriorem uestitur, oleo sapidissimo perinde ac tota pulpa, scatentem, cui referendas ducimus uires illas laxantes, et emollientes, in colicis adfectionibus celebratas, modo butyrum non rancescat.

Indi priusquam spatha, dehiseat, eam cum contento spadice funiculo, circunligant arcte, quatuorque uel sex digitis ab apice acuto, cultello truncant et in urceoli cauitatem incuruant, qui chorda ab eadem spatha pendet. In eam liquorem album et dulcem *Tuba* dictum, per integrum mensem ad senas singulis diebus libras ex stillant qui uinosam postridie fermentationem subit, uinumque *pulque* ualde simile suppeditat, eo solum præstantius, quod minime ut *pulque* solet, in fine nauseosum, adpareat. Uix autem tribus quatuorue diebus transactis, denuo incisionem instaurare opus est; obstructis quippe stillatoriis canaliculis, nullus tam liquor efflueret, atque ita abscindendo amplius, et abscindendo spatham pene totam ad stipitem usque truncant. Liquor huiusmodi uinosus, citam etiam subit acetosam fermentationem, quare asseruari impotens ea solum quantitate ex hauritur, quæ Indorum luxurici sufficiat.

Durissimi ac flexiles stipites tigna, et pauimentis struendis maxime idoneas. Frondes quoque superimpositæ tegularum adiustar casas â pluuiis immunes reddunt. E frondibus demum intertextis stoueæ parantur, ingentis in hoc terrarum tractu usus, quibus ditiorum etiam domi teguntur, bruma præcipue uigente, ad frigoris semsum aucendum.

Guinensis. Cocos aculeata tota frondibus distantibus, radice repente.

Bactris (minor) fructibus subrotundis. Iacquin. Amer. 279. t. 171. f. 1.

Palma frondibus pinnatis, tereti, aculeato, fructu minore. Mill. Dict. n. 6.

Habitat, ut præcedens, in utraque America.

Quauhcoyolli. Hern. 401.

Butyracea. Cocos inermis frondibus pinnatis, foliolis simplicibus. Supp. p. 454.

Pindoua. Pis. Bras. p. 62. cum figura.

Habitat in calidioribus Americæ locis.

G. PHŒNIX.

Dactilifera. Phœnix frondibus pinnatis, foliolis complicatis ensiformibus. Kæniph. Cent. 2. n. 55. Fœmina. Mat. Med. Append. 267. Kæmph. Amœn. 668. t. 12.

Phœnix frondibus pinnatis, foliolis alternis ensiformibus, basi complicatis, stipitibus, compressis dorso, rotundatis. Hort. Cliff. 482. Roy. Lugdb. 5.

Habitat in toto pene orbe. ♄.

Proprietas. Fructus dulces, pinguiculi, nutritiui, roborantes, dulcorantes et pectorales tussi raucedi, ac stranguriæ opem ferunt.